vt omnes Sectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret; denique Philo diſertiſsimus Iudæorum videns Alexandriæ primam Eccleſiam adhuc Iudicantem, quaſi in laudem gentis ſuæ, librum ſuper eorum conuerſionem ſcripſit; & quomodo Lucas narrat Hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia, ſic ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri Doctore cernebat, memoriæ tradidit. Ex hac Hiſtoria receptum eſt ab omnibus Scriptoribus Eccleſiaſticis, quod Eſſeni, de quibus Philo, primi fuerunt Chriſtiani à D. Marco in perfectione euangelica inſtructi, à quibus Monaſticus ordo in vita communi originem trahit. Sic Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 2. cap. 5. laudatque Patres in ſuis locis videndos, & Patrem Serarium in trihæreſi cap. 17. dicentem, à nullo Catholico poſſe negari, & benè quidem, nam Eugenius IV. Pontifex Maximus communem doctrinam Patrum confirmauit apud Bordonum tom. 5. cap. 1. num. 20. in Bulla pro Canonicis Lateranenſibus, ibi: *Huius profecto Sacri Ordinis, & Sancti inſtituti poſt Sanctos Apoſtolos primum in Alexandrina Eccleſia Marcus Petri diſcipulus inſtitutor, & conditor, &c.*

112 Contra hanc antiquam, & receptam doctrinam præterito ſæculo, vel paulo ante inſurrexerunt hæretici Magdeburgenſes, & vt ſtatum Religioſum ab Eccleſia reijcerent, & à Chriſto Domino non fuiſſe inſtitutum, neque per Apoſtolos fundatum probent, conſtanter negant Eſſenos, de quibus Philo, fuiſſe Chriſtianos, & pertinaciter contendunt fuiſſe Iudæos, contra antiquam traditionem SS. PP. Centuria 1. lib. 7. cap. 3. pag. 18. apud Bellarminum vbi ſupra. Hoc hæreticorum aſſertum, iam à Doctoribus Eccleſiaſticis ex communi Patrum doctrina, & Eccleſiæ Catholicæ ſententia de falſitate conuinctum nouiſsimè propugnat Hiſtoricus propheticus libro 3. cap. 14. & Patribus relictis in ſolitudine ſui ipſius hæreticis fauet antiquam hiſtoriam ab Eccleſia receptam impugnans ex profeſſo, Eſſenos illos Iudæos fuiſſe, totis ſuis viribus probare contendit, libro 3. cap. 22. num. 8. ſed quia eiſdem fundamentis, quibus hæretici Magdeburgenſes, conuincitur Autor ab eius impugnatione hic nos abſtinemus, poſtea vero de Eſſenis ſpecialem diſputationem inſtituentes, falſitatem Authoris probabimus infra 2. part. diſcurſ. 1. §. 3.

***

§. II.

Digitized by Google

LYDIUS LAPIS

RECENTIS ANTIPROBABILISMI,

SEU

DISSERTATIO THEOLOGICA

CONTRA NUPEROS EIUS PROPUGNATORES.

SACRATA

EMINENTISSIMO PRINCIPI

D. D. ILDEFONSO

DE CORDOVA,

S. R. E. PRO HISPANIA CARDINALI.

AUTHORE

DOCT. D. FRANCISCO DE PEREA

GRANATENSI.

In Regia ac Primaria Salmantina Academia Maioris D. Iacobo Zebedæo dicati Collegij (vulgò de GUENCA) olim Rectore, nunc vero Hoſpite Collega, poſt antiquiorem Artium Cathedram, & aliam Proprietatis Philoſophiæ, iam Theologiæ Sancti Anſelmi Cathedræ à Supremo Regali CaſtellæSenatu deſignato Moderatore, Catholicæquè Maieſtatis Caroli Secundi Hiſpaniarum Regis Concionatore.

Salmanticæ: Ex Officina GREGORIJ ORTIZ GALLARDO, Anno Dom. 1697.

Dom. Prof. Rom.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI

D. D. ILDEFONSO

DE CORDOVA,

MARCHIONVM DE PRIEGO, DVCVM DE FERIA, &c. Excelentiſsimæ Soboli, Maioris Salmanticenſis Collegij (vulgò de CVENCA) fœliciſsimo ornamento, iàm pro Hiſpania S. R. E. Aclamatiſsimo Cardinali.

INHIABAT *Diu* (Princeps Emin.) *hoc ad tuas Aras opus devolvi: te primum ſalutare decreverat, dum Orbis oculis deſtinaveram; invitabat enim animum, mẽtemque meam vberrima virtutum amœnitas, quas mente, & animo excoluiſti, vt hunc ſplendori tuo Librum devoverem, dum luci darem: cum ecce obtutum ferit ea flamma Purpuræ fulgor votis Hiſpaniæ tandem excitatus, vt iàm mihi non liceat libera tuum Numen adire ſalatatione; nec iã ſinit immenſa luce perculſos oculos novus ſplendor, niſi tuis fulgoribus inhærere, nec iàm hinc, indè palpebras patitur circunferri. Aquilinis ergò auſibus in purpuratum Solem oculorum aciem defigam, tuaque lumina circumvolans periculum ambiam: ter, & ampliùs fœlix Pyrauſta, ſi ad gratiſsimæ lucis gyrum perirem! Volet calamus, quem non iàm tua præexcelſa merita alliciunt, ſed omninò captivant, & non tam referat ſpontanei cultus, quem tuis altaribus parabam, de-*

Digitized by Google

generem libertatem, quam gratam gratulationem exponat, ex nova maieſtate Purpuræ, & ardoribus reſilientem. Nec potuit quidem vnquam, abſque dedecore alio, animus exerrare: eſſet enim crimen, vel intra adulationis fucum abhorrendum, meum vulgi oculis ſubmittere libellum, tuo nomine deſiderato. Norunt omnes, imo nec te latet, (Princeps Emin.) meum tuo nomini opus multis nominibus deſignari, & in te vno dominum pariter, patronumque obtinere. Cauſam proferam; ſed ferat prius ampliſsima tua humanitas; vt fortunam adorem, quod calami volatum compreſſerim, donec celerrimum ſupra gloriæ faſtigia levaveris volatum; gloriabor ſemper, quod repenti calamo, non iam vulgaris gloria, ſed ſingularis Ildefonſi dignitas plumas ſuppeditaverit nobiliores; quibus ad Solis templum liber aſſurgat, dum ad tanti Principis purpuratum Solium ſe ſiſtit. Expoſcunt equidē exarati diuturno ſtudio hi caracteres, qui clariorem ſortiuntur lucem, dum tuam vmbram expectant, tibi velut domino adſcribi, cui non ſolum calamum, ſed mentes etiam dicatiſsimo affectu diu libaveram; nec in medium producere contendit animus, tanquam mei muneris ſtrictiſsimum nexum, tuorum merita, quæ tantum tibi nomen, quantam Heſperiæ gloriam adhibuere, addentibus effuſo hoſtili ſanguine ipſorum gladijs, Hiſpanicæ coronæ lucidiſsimos pyropos: eſſet enim vertendum crimini, cui nec ſanguis ille ſat eſſet excuſationis colorem miniſtrare, ſi meam ſubiret mentem inter tot belli fulmina iniuſto calamo aliquando verſari. Suadeat Hieronymus, Heroem quærere maiorum luce: Præcepta ſunt Rethorum, vt Maiores eius, qui laudandus eſt, & eorum geſta altiùs repetantur, ſicque ad ipſum per gradus ſermo perveniat: *Ego tamen, vel ſine ſpecie criminis, præceptum proteram: nequirem ſanè intra calami terminos illorum glorias coarctare; (etiamſi*

adeo opulentiſsimam virtutis rempublicam ingredi conarer) quas nec vaſtiſsima Neptuni imperia, nec Martis campi cœpere. Teſtetur Heros ille non minùs in totius ævi memoria, àc in noſtra perenaturus veneratione, in quo multiplici vidimus ſtupore alium aſſurgere Andronichum Conteſtephanum, MAGNI DVCIS ſtemmate intèr Græcos deſignatum; pari quidèm fortuna, ſed impari virtute, ſi Gundiſalvo Fernandez de Cordova, tuo, noſtroque MAGNO DVCI libeat conferre. Teſtetur ſtrenuus Hiſpaniarum Procer, D.D. Ildefonſus de Aguilar, in ſuis victorijs glorioſsimè ſepultus, ad cuius æternam pyram deſiderarunt oculi antiquitatis vrnam, ſupra ſtrenui Principis mauſolea lachrymis excipiendis conſtructam. Teſtetur denique Hiſpania, imò & orbis, qui ſtirpem tuam fœcundiſsimam veneratur arborem, gloriam pro frondibus, pro fructibus nobiliſsima ferentem trophæa, vt,

Quantum truncus, tantum tua nomina creſcant.

Eſt etenim Stirps Cordubenſis *arbor illa,*

Exuvias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona Ducum.

Arbor hinc indè ramos ſpargens hoſtium ſanguine diſperſos. Arbor in cuius folijs tot miracula conſcripſit, quot litteras tuorum virtus. Calamo nè licebit ad tot fulmina ſine ignis diſcrimine advolare? Volatum inter tot virgulta præcipitare, quin obverſantibus ramis implicetur? Verum ne cœcutientes oculos mentemque admoveam tuorum ſplendoribus, denuò ſeſe obijcit ardentior flamma, nimia luce demulcens animum, dum perſtringit obtutum. Scintillant quidèm tua merita, non tantum minorum Syderum, ſed tuorum paritèr claritatem, Solis adinſtar, abſorbentia: nec amas inter àtemetipſo mutuata lumina, aliorum merita recenſere, quæ etiàm in tua ſtirpe re-

Digitized by Google

regioneque, velut aduenas dignoſcis. Diſertorum viam ſemper auſpicaris, glorias detrectantium, quibus præbuere originem, & claritatẽ aliena merita præſtitere. Tibi annuebat diſertiſsimus Vliſes:

Nàm genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Trahit igitur calamum, vt te dominum fidelibus exprimat caracteribus, ſapientia illa, quæ tot eloquentiæ flores, tot doctrinæ fructus in te vno cumulavit, quot ſingulos diviſa non ornarent modò, ſed ad miraculum beaviſſent. Trahit prudentia illa, quam aliquando obſtupuit in ſuo Pompilio Roma, & in ſui Lycurgi legibus cultiſsima Græcia. Trahit iuſtitia, (in teſtes advoco Hiſpanica Tribunalia Rectiſ. Princeps) nec diffitetur ipſa te dignum evadere, qui Hiſpaniæ fortuna *prædiceris, Ariſtidis rectitudinem,* Græciæ fœlicitas *ob illam proclamati, vltra contentionem ſupereminens. Trahunt humantias, comitas, clementia, qui Traiani præconia ſui in Plinij calamo illudunt. Trahit denique cumulata virtutum copia, intra Hiſpaniam noſtram vocem edens, ſed clariſsimam intra Vrbem efformans echon, eamque excipiens gratis auribus fidelisſimus Orbis Parens, intendit ſpatium illud purpura æquare, quod in tuis temporibus mitratus honos vacuum dimiſſerat. Complectat ergò in breviſsima oratione tuarum dotum longam ſeriem. Abſit quidèm audax gloriatio. Transferat ad ſmaragdum Pyrrus Muſarum chorum, cõcarceretur in Archimedis vitro ſphæræ magnitudo: verum tuas glorias dinumerare, nec calami ſufficiunt, nec mentes. Dixerim verò cum floridiſsimo Barclaij ingenio, quod non valerem abſque crimine præterire:* Sed hæc magna maioribus factis deles, nec parcis ad iſtum cumulum laureas addere.

Te deinde proclamat dominũ, Mœcenatemque exoptat hic Libel-

bellus; quia refert authorem violacea Toga inſignitum, tuaque adhuc animata exempla, cultui, ac imitationi mandata, mirè auſcultantem. Concepit te pretioſiſsimam Margaritam; noſtris animis tanti Alumni memoria tumentibus, Salmanticenſis concha; quæ vix cœperat ornatiſsimum obſtupere Togatum, cum invida præſtantiſsimi Herois Tribunalia, gloriam & ornamentum in hoc vno faſtigium vſque adeptura, certatim feſtinavere: arripuere denique, nec reluctantibus Alumnis, ſocijſque: didicerant enim Ambroſij documenta, non lachrymas in hac ſorte, ſed gratulationem commendantia: nec doleas, *aiebat Sanctus Doctor,* quod talem amiſeris ſed gaudeas, quod talem habueris. *Gaudet ſanè nobiliſsimum Choncbenſe Collegium, quod adeo micans genuerit ſydus, vt in Eccleſiæ Solem Hiſpaniæ vota expetiverint, & obtinuerint. Gaudet, quod clariſsimum ſuorum filiorum ſanguinem tua purpura (Princeps Eminentiſsime) rubentem conſpexerit. Gaudet iterum, quotquot tibi prudentia, fides, ſapientia, comitas, iuſtitia, magnanimitas, cæteraque ſeſe ad invicem ſuperantia naturæ ornamenta, honoribus intulere. Gaudet denique quod tantum in ſui gloriam filium adoptaverit; ſi enim filij gloriæ Patris temporibus intexuere coronam; ſcripſit floridiſsimus Mendoza:* dicturus erat Propheta, vbi eſt filius meus? Dixit honor meus, quia filius eſt honor Patris, *nonne Alumni meritis ſupra naturæ verticem ſurgentibus gaudebit, & gloriabitur Conchenſe Collegium?*

At ecce tibi (Princeps Eminentiſsime) pijſsima huius Libri materies tete Dominum etiam properat veneratura, non minori titulo quam author. Supra veritatis baſim pietatis turrim fabricatur, quæ tot flammis quot aſsurgit lapidibus tranquillitatis portum turbi-

bines inter, & procellas indigitat: æmulatur illam, quam erexerat olim Alexandria fluctuantibus viam demonſtrantem & indicentem. Agnoſcit ideo & digniorem dominum opus reveretur, qui viam fecit glorijs, iterque parabit honoribus, doctrina & pietate facem prælucentibus, ut comprobarent exempla tua, & meritiſſima Eccleſiæ electio, quod haud vulgari ſtupore in barbara gente Iuſtinus mirabatur: hos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. *Accipe ergo, & tuam ſobolem fatere victimam, ſapientiſſimi benigniſſimique Principis, pietatem doctrinamque exhalantem, namque ſi non alienum à Deitate cultum altaribus immittere, ut mos fuit apud Perſas, vota debuere:*

Placat equo Perſis radijs Hyperonia cinctum

Ne fieret celeri victima tarda Deo,

Benignum cultum, licet ex tuis aris ad victimam ſuſtulerim, iterum tuis aris immitto, benigniſſimo Numini undique reſpondentem: dolens tamen, quod adeo marcida olivæ fronde frontem tot abundantem lauris coronem.

Eminentiſſime Princeps.

Em. V. obſervantiſſimus cliens.

D. Franciſcus de Perea & Porras.

APRO-

CENSVRA RR. P. M. Fr. FRANCISCI SOLIS, REGALIS B. M. de Mercede, Ordinis Redemptionis Captivorum, in Academia Salmanticenſi Philoſophiæ, & Theologiæ celebratiſſimi Magiſtri, poſt plures in eadem Vniverſitate triumphos, nunc Theologiæ Moralis Cathedræ inſignis Moderatoris, Catholicique Caroli II. Regis Hiſpaniarum eloquentiſsimi Concionatoris.

IVSSV Illuſtriſ. àc RR. D. D. Franciſci Calderon de la Bares, Epiſcopi meriſsimi Salmantini Catholicę Maieſtatis à conſilijs; (cuius & dignationi, & Magiſterio inter alia complura benefacta, diſcipuli nomen, & honorem longè incomparabilem, mihique ſemper magni habitum gratiſsimè refero) qua par eſt animi voluptate librum perlegi, quem pro benignæ ſententiæ vindicijs ingenti Reipublicæ literariæ, atque animarum bono pari prorſus ſubtilitate, & ſoliditate compoſuit D. D. Franciſcus de Perea & Porras, Collega emeritus Mayoris, vt vocant, de Cuenca, in hac noſtra Academia, poſt plures Cathedras, nunc Theologiæ S. Anſelmi Anteceſſor, Regis Catholici à Sacris Concionibus.

Intentum quidem operis in hac rerum præſentia vtilius profecto eſſe nequit, vt proindè ſit illius ſcopus, Autoris fęlici ingenio, culta ſapientia, àc chriſtiano zelo digniſsimus: Siquidem controverſia hæc, quam ſuſcipit recta iudicij trutina penſitandam, tum immani clamore, quem tutioriſtæ, & Rigoriſtæ (ſic enim eos appellare liceat) excitarunt; & quem Probabilioriſtæ iàm ex magna parte ſopitum, his proximis diebus inſtaurarunt immota interdum omninò, àc ne turbata quidē ſubdola illa pace peccatorum, in quos alioqui zelus verè cœleſtis ſua librat fulmina, quæ poſtmodum Deus in pluvias vertit, (a) vt vberes pœnitentiæ fructus reportet) nulla neceſsitate, vtilitate nulla, quorundam non tam doctrinæ, & intelligentiæ, quam pietati, devotionique addictas animas exterruit, & pro candida qua gaudebant ſerenitate, densā admodum; & immenſam dubietatum, perplexitatum, ſcrupulorumque nubem, aut nebulam oppoſuit; quæ in æſtivæ tempeſtatis modum, lucem obfuſcaſſe; ſenſuſque gravare viſa eſt, multo quidem diſpendio capitū, nullo ſegetū beneficio. Ex alia verò parte ſpecioſas, àc corpori ſimilimas vmbras, inexplicabiles artes, ac machinas omni prorſus ingenio exquiſitiſsimas, quas vt in cautos hallucinarēt, oppoſitamque demonſtrationū vim vaferrimè eluderent, Recentio-

(a) *Fulgura in pluviā facit.* Ierem. 10.

rũm Antiprobabiliſtarum vehemẽtes conatus congeſſere, non facilè (tales ſunt eæ & tantæ) quivis & iam ex ſapientibus aut explicet, aut fuget, quin ſumma mentis acie contendat, ſummaque egeat perſpicacia, vt ex denſiſsimo pulvere, quo illam obſcurare, àc pęne tumula auſi ſunt, emergere, àc prodire faciat veritatis lucem.

Et verò quamvis hæc animum alioqui meum nihil de ſe iactantiùs opinantem tardare, remorarique ſatis ſuperque poſſent. Cęterùm cum his fermè diebus Regalis Senatus Caſtellæ egregio me prorſus honore affecerit, noſtræ ſcilicet Academiæ Cathedram Theologiæ Moralis, nec vulgaribus, aut paſsim obvijs, ſuæ dignationis, & aliqualis de me exiſtimationis ſignis, & teſtimonijs mihi conferens, in animum tandem induxi, vt pro opinione certo probabili cauſam agerem, calamumque ſummere non gravarer. Iàm quia tranſcendentia, vt ita dixerim, & vniverſalitas nervoſę huius, & capitalis controverſiæ illam inter omnes aliàs in Theologia Morali exagitari ſolitas, vtiliorem, aut magis ex optandam Auditoribus efficit. Tum vt ipſa rei dificultate ardua & præruptam regiam quodammodo exilitati àc tenuitati meæ concreditam, atque oppignoratam fidem exolvam. Vt enim ſemper in me tanto molimini longe impares vires inveniam, optare nihilominus auſim, quod in cauſa vſqueadeò iuſta, pius innocentiæ tuendæ ardor ſuos etiàm inſtar numinis alicuius aflatus exerat.

Interim tamèn quià nondum tempus adeſt Auditoribus ſuggerendi animo præconceptum opus; oportunitas hæc minimè patitur, vt omninò ſileam quanta admiratione, quantove ſtupore animi exceperim, quod iàm pridem viderim quoſdam Recentiores ex propugnatione Antiprobabiliſmi ad oppugnationem ſententiæ benignæ importunè, ne dicam iniuſtè admodum tranſilire. Incuſant enim hanc, quin etiàm pręiudicato damnant tanquam mortis ream, illam nimirum fontem, immò lacunam, aut ſentinam omnium diſolutionum, corruptarumque, & malè olentium opinionum in morali doctrina, vel vt ex tripode, aut cenſorio ſubſellio pronuntiantes; anſam interim inepti gaudij præbentes VVẽdrochij, Paſchalis, & Arnaudi aſleclis, qui non egrè ferent, quod hac ratione in Virorum Catholicorum ſcriptis, non quidem illorum errores, ſed Satyrarum fuci, àc mendoſi colores irrepſerint.

Et quidem ſi benigna ſententia, opinio tantundem eſſet decem, aut duodecim Doctorum, qui & ſi alioqui ſapientes & ſpectabiles, hic tamèn eo vſque labores ſuos, vigiliaſque maleferiaſſent,

Digitized by Google

ſent, vt refragandi cæterorum omnium ſapientum cœtui immanem provinciam ſuſcepiſſent, certè nulla non laude dignus eſſet conatus, qui in illa expugnanda, profligandaque deſudaret, immò & condonandus eſſet commotæ mentis calor, ſi quis eſſet, qui in illa propulſanda ferventius non nihil excurreret. At verò cum res ipſa ea ſit, quæ celebrior àc plauſibilior omnium quæ in vtraque Theologia locum habent abſdubio audit: etenim non facile reperias aliam, aut æqualis, aut minoris ponderis, in qua ea animorum conſenſione vniverſim omninò conſpirarint, tum Sacrorum Ordinum Familiæ, tum omnes Academiæ primariæ, tum omnes alicuius nominis Scholæ (has quippe iure appelles fortiſsimas phalanges quarum virtute, & perſpicacitate munitur Chriſti miſticum Corpus: his Atlantes firmiſsimos, quorum in fatigabilibus numeris Theologiæ cœleſtis machina nulla vnquam oppugnatione ruitura requieſcit, & quibus alios ſi conferas, futuros alioqui procera magnitudine montes, miris ſtatim modis videas decreviſſe) hęc ita inquam, cum ſint; quod in tantum proceſſerit, aut aliorum audacia, aut aliorum zelus immoderatior, vt ſententiam benignam aperte traducant, & miſerè dilacerent, Cœlum ob hoc terræ miſcentes, & Mare Cœlo! Certe niſi me reverentia, honoſque ſemper impendendus doctrinæ, pietatique aliquorum impugnatorum contineret, ex nimis hoc ſe verò, triſtique dolore ad ludicros iocos me converterem, effuſoſque riſus, quos ſupponit juvenalis in ijs qui non diſsimilem luctam ſpectarent. (b)

Nec vero me latent quæ pro ſuadendo Antiprobabiliſmo illius detonant Patroni, hunc enim, ac ſi eſſet Apoſtolica, vt minimum traditio contendant eſſe, fuiſſeque ſemper doctrinam Spiritum, & praxim inconcuſam Eccleſiæ, in ea conſtanter ſtatuam, ſtabilitamque à Summis Pontificibus SS. Patribus, Cardinalibus, Epiſcopis, Theologis, quotquot viri pietate & doctrina inſignes extitere à die, qua eam Chriſtus Servator inſtituit vſque ad finem ferè ſæculi precedentis, (c) tunc enim patere cœpit novum hoc

§§ 2 iter

(b) Iuvenal. Satyr. 13.
Ad ſubitas Thracum volucres nubemque ſonoram: Pygmeus parvis currit bellator in armis, mox impar hoſti, raptuſque per aera curvis. Vnguibus à ſæva fertur Grue. Si videas hoc. Gentibus in noſtris riſu quatiere.

(c) Cardinal. de Aguirre to. 1. Cōcilior. Hiſp. in ratione ope. ad lector. n. 25.
Nimirum hic fuit ſēper ſpiritus Eccleſiæ tam in Pontificibus Romanis, Cardinalibus, & Epiſcopis quotquot Canones Conſiliorum ediderunt quam in ijs qui pietatis, & doctrinæ laude illos vſquemodo imitati ſunt. Et num 36. Hæc videtur praxis aſsidua Sanctorum Patrum, Pontificum, àc Theologorum doctrina, àc pietate inſignium à tempore naſcentis Eccleſiæ Vſque ad finem ferè ſæculi præcedentis, quo cœpit reputari ſecurus vſus opinionis benignæ probabilis in conſpectu opinionis auſterioris æquè probabilis, aut probabilioris per reflexiones antiquis ignotas.

Digitized by Google

iter æque latum & fallax, per quod ingreſsi Recentiores Theologi, alij catervatim alios non ſatis prævio examine conſectantur.

Hæc autem ſpectabili quantumcumque colore pingantur, attamen cum tot ſemper vtique extiterint, qui venerandæ antiquitatis, Patrumque authoritatis ſpecioſo prætextu ſuas obtegere novitates ſtuduerint; cuius quidem rei Eccleſiaſtici annales continent infauſta monumenta, atque in dies ij ipſi, quos Rigoriſtas vocant nobis exhibent exempla ſatis infœlicia: certe nobis cautione, ac circumſpectione maxima opus eſt, ne animus fortaſſe nimium credulus levitate magis quam ratione ductus his oraculis fidem adiungat.

Equidem Catholica Eccleſia ab ipſo ſuę nativitatis exordio, quo ſcilicet eam ChriſtusDominus ac Servator Noſter inſtituit ad hæc vſque tempora eadem omnino eſt, eademque fuit. Et quamquam tot annos, tot ſæcula à ſua ipſius inſtitutione numeret, tamen, vt quæ ætatem non tempore mectitur, ea vſque nunc illibata pulchritudine durat, quam ſcilicet, nec minimus id fidei nævus, nec in doctrina macula, vel levi vnquam admiſſo prorſus errore fædaverit; (d) adeo vt quemadmodũ eam Ioannes contemplatus eſt olim, (e) quovis die, immo quovis horæ momento, illam facile cernere ſit cœlo lapſam, aut deſcendentem, novam nitidam, ac præcioſis illis monilibus ſplendidam, feſtivaque nuptiarum chlamyde & byſsino coruſcam. Iam ſi Antiprobabiliſsimus Margarita, aut monile eſt, quo eam Chriſtus dotavit, aut ditavit ſponſus, queis viribus, quas ne inferorum quidem portæ habent, potuere Theologi eandem tali, tantoque ſpoliare pignore? Queis machinis horum temporũ Doctores prævaluere contra ipſius inexpugnabilem firmitatem? Queis præſtigijs obnubilarunt traditionis lucem in re doctrinæ, qua tantum pendet rectiſsima regula illa probitatis morum? Peroſatque integros Sacrarum Religionum ſenſus, quas doctrinæ & Spiritui Evangelij innixas nemo piorum neget, quo peſtilenti pharmaco venenarunt? Quibus artibus ſuperare potuere ſcholarum perpetuam diſſenſionem, emulas Academiarum controverſias, genio denique, & ingenio inditam nationum ſimultatem, ita vt totam varij, tam diſiti, tamque ex diametro, vt dicunt, oppoſiti hominum ſenſus in re iſta vnanimi quadam concordia, velut agmine facto conſpirent? Queis muſicis tandem carminibus, ac beneficijs Summorum

(d) *Vt hexiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiã non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* Paul. ad Epheſ. 9.

(e) Apocalyp. 21.

rum Pontificum, Sacrorumque Tribunalium Argo vigilantio res oculos ſoporarunt, ne tam diram peſtem,ſerpenſque malum provid ijs remedijs prevenirent?

Certe cum hæc nihil aliud appareat, niſi evidentia, pulchraque, ſi dici oportet, impoſsibilia prodigio interim ſimilima eſt animi ſidentia & audatia,qua ſibi aliqui perſuaſum habent,ſuadereque alijs nituntur, Theologiæ Scholaſticæ ſolem (qui ſane tempeſtate hac ſuum contigit,ac conſcendit Auxem)tenebris pluſquam cimmerijs mundum oppleviſſe, vt plane qui lincibus acutius cernebant; iam Talparum more cæcutiant, & Europa ipſa (quod olim Portius Feſtus obiecit Paulo) (f) doctrina ſua, & copia litterarum inſaniat. Rem profectò æque infauſtam, ac gratam futuram ijs, vt ſuos mordicus tueantur errores, erè ſua eſſe ſæpius exiſtimant, ſi Theologiæ ſacræ lucernam ſub modio locent, & hanc veluti flagrantiſsimam Eccleſiæ facem invidioſis conatibus extinguant.

(f) *inſanis Paule; multa te litera ad inſaniã convertunt.* Act. 26.

Sed age; demus adverſarijs quidquid intendunt, atque ſententiæ benignæ affingamus relaxationes illas conſcientiarumque ſtrages, quas obijciunt: immane quantum hoc auget admirationem! Etenim ſi nihil his obſtantibus eam tam communi plauſu his poſtremis ſæculis provabere primarij in Republica Chriſtiana viri, qui omnes illam iuſtam, prudentem, honeſtiſsimam; immo neceſſariam metiendis cum lege moribus cenſuere regulam, vt ſua ſemper evangelio conſtet ſuavitas iugo; ſane in hac rerum conſtitutione, vehemens, & concitatior eam impugnandi, atque expugnandi niſus, niſi pedem pauliſper referat, & parcius agat, in alterum (vt videtur) duorum præceps feratur neceſſe eſt. Quippe aut aſſeret Chriſti miſticum Corpus, probabiliſmi ſententia in intimis præcordijs ſautium, nævum etiam fœdamque rugam vultu pati (quodquidem, quid aliud rogo eſſet quam Chriſto Domino ſponſam adimere, cum non alia hæc cenſenda ſit, niſi quæ puritate, ac candore ſpiritus tali,tantoque ſponſo digna eſſet) aut affirmare audebit Eccleſiam (qualiter Heladius quondam tantum in ſardis ſervari iactabat) (g) vnice manere in Antiprobabiliſtis paucis quidem illis, qui inter horrentis, ac communis naufragij quod aſtruunt prominentes vndas apparent rari nantes in gurgite vaſto. Hoc vero ſicut illam parum decenter ſtrictis liminibus arctaret, ita non parum detraheret ipſi Chriſto, eiuſque precioſi ſanguinis inexhauſto theſauro, tanquam minus potenti opulentiam

(g) Hierony. adverſus Luciferanios in princip. *Non ſine cauſa Chriſtũ mortuum fuiſſe, nec ob Sardorum tantũ maſtrucam Dei filium deſcendiſſe.*

tiam ſuam toto terrarum orbe diffundere, quod ſummatim ipſi Heladio obijciebat Hieronymus (h) *Si Eccleſiam non habet Chriſtus, aut in ſardinia tantum habet, nimis pauper factus eſt.*

(h) Hierony. codē loco.

Cæterum ne vltra videar, quod vulgò dicunt pugnare cum larvis, & nequis hucuſque dicta, vana omnino fingentis hoſtem tela exiſtimet, opere pretium duxi exhibere ob oculos inſignem profecto locum Eminentiſsimi Cardinalis de Aguirre, qui tum eminentia loci, tum inſignis pietatis & ſapientiæ nomine maiori eſt veneratione ſuſpiciendus; atque ob hæc cum Antiprobabiliſmi cauſam tuendam ſuſceperit, novos ei nec vulgares animos ſua egregia authoritae addidit. Igitur pius hic & ſapiens Cardinalis de eo tempore, atque annis, quibus hic noſtræ Salmantinæ Academiæ Magiſtrum, ac Profeſſorem egit ſermonem inſtituens ita habet. (i) *Eo* vſque enim communi ferè ſenſu, aut præiudi„tio abductus in Probabiliſmo veluti in pulvino molliter quieſcebam: & plerumque ſtudium meum (ita ingenuè fateor) ſitum erat in examinando potius an aliquid eſſet probabile, quam inveſtigando, an eſſet verum. Detecta enim probabilitate nullatenus dubitabam me poſſe illud in praxi ſequi, aut alijs *conſulere.* Pauciſque interiectis, ſubiungit. *Nec* proceſsi vlterius ad quærendum, an dato quod opinio aliqua ſit probabilis, liceat omnino illam ſequi in praxi, aut alijs conſulere relicta probabiliore. De hoc enim nemo tunc Salmanticæ dubitabat. Vſque adeo invaluerat Probabiliſmus *ibidem.* Tandemque mentem, ac iudicium ſuum per palam reponit his verbis. *Cæpi* itaque rem maturius examinare ab anno circiter milleſimo ſexceteſimo ſeptuageſimo primo vſque modo lectis, ac relectis plurimis Authoribus recentibus, qui hinc & inde controverſiam hanc graviſsimam profligarunt ex inſtituto. Deprehendi vero ingens periculum ſalutis inſectando, aut conſulendo alijs Probabiliſmo, ſive vſu cuiuſlibet opinionis minus probabilis faventis libertati in concurſu alterius probabilioris adhærentis *præcepto.*

(i) Cardinal. de Aguirre, vbi ſupra. num. 31. 32. & 33.

Quis vero hic non ſtatim agnoſcat, quod ſcilicet Academicus ardor huius graviſsimi Authoris pennam extollit vltra id quod voluit animi ſui candor, atque vltra quod ſinebat obſervantia illa, quam ſerio profitetur, nec de merentur quidem hæc noſtra, immo ſua potius Academia, ſuuſque Sanctiſsimus Benedictinus, ordo?

do? Quippè ſi in Probabiliſmo patet, aut latet quod ipſe aſſerit ſalutis æternæ diſcrimen, iam ab eo edoceri vehementer opto: ſuus nè inſignis Religioſus ordo agnovit aliquando baratrum hoc, aut tanto tempore penitus ignoravit? Si agnovit, inquiro: aut ipſum pia educatione inſtituens diſcriminis huius admonuit; aut ſemper admonere neglexit? Si admonuit, qua ratione tot annos nil de huiuſmodi diſcrimine veritus, nihil omninò dubitans Vixit? Aut qui fieri potuit, vt cum ipſius conſcientiæ puritas, ac morum circunſpectio ea fuerit, quam merito Salmantica, immò verò tota Hiſpania venerabunda conſpexerit, tamèn in Probabiliſmo, velut in molli, ac plumeo pulvinari iacens, tandiu re quieſcere qui verit apertos & experrectos interim habens oculos ad videndum in eo latentes venenatos aculeos? Si verò non admonuiſſe exiſtimemus, certè Sanctiſsima Benedictina Familia crudelitatis impijſsimæ, ſuis abſdubio benigniſsimis, immò ferinis quibuſque etiam, maternis tamen viſceribus, longè indigniſsimæ rea foret: quandoquidem hoc admiſſo impoſsibili, ſalutem æternam tam præclari filij, immò tot aliorum, quos illius doctrinæ, ac diſciplinæ credidit, præcipitio, ac barathro, cuius imma vorago inferuus eſt, vltro citroque exponeret. Tandèm ſi dicere velit ſacrum ordinem diſcrimen hoc non advertiſſe, quæ illi, & quanta ex hoc irrogaretur iniuria. Cum enim ille, omnium piorum iudicio in Eccleſia fuerit, ingens, ac veluti prætoria navis, quæ tot animarum miriadas ad beatitudinis portum fęciliſsimè vexit; quis ferat eam hac ratione fateri horrendis Syrtibus pœnè naufragam, ſuoſque expertiſsimos naucleros ſcopulo hærentes, deſidia, ac non tolerabili ſomno obrutos?

Quod ſi quis accuratè conferat ea, quæ Eminentiſsimus Autor in nuper exſcriptis locis habet, cum ijs, quæ docet locis alijs margini adſcriptis, haud dubiè vberiorem materiam admirationis inveniet. Quippè ſi Antiprobabiliſmus eſt, vt ipſe aſſerit, ſpiritus, praxiſque Eccleſiæ inconcuſſa in ea ſtatuta per ſummos Eccleſiæ Præſules, SS. PP. Cardinales, Epiſcopos, Theologoſque quotquot inſigni pietatis & doctrinæ laude præfulſere ab ipſius ortu vſque ad finem ferè ſæculi præcedentis; cum aliundè aſſerat, Probabiliſmum adeò profundas radices egiſſe Salmanticæ, vt eius tempore, ne vnius quidem ex Salmantinis Profeſſoribus eſſet, qui de illius firmitate, ac ſecuritate dubitaret, omninò ſequitur, atque evidentiſsima, vt videtur, ratiocinatione convincitur, ſpiritum Eccleſię

in

In re doctrinæ morum, in Academia Salmantina integro hoc ſæculo defeciſſe, vſqueadeò, vt ne dubitationis quidem ſcintilla ſuperſit. Rem fœdam profecto & execrandam! Quam ſi admiſiſſet Salmantina Schola, nec filialis amor diſsimulare nos vnquam cogeret.

At, vt modo prætercam, quanto ſit ſtupore exipiendum ab ijs, qui Chriſtianas Academias perſpectas habent, aliqualique ſpirituum diſcretione ſunt prædiri, quod ſcilicet ſpiritus Eccleſiæ defecerit Salmanticæ, lovanij verò profecerit, ac perpetuo vixerit: certè non ea fuit exiſtimatio Magni Pontificis Innocentij XI. in literis Vniverſitati noſtræ directis, quibus dignatione ſumma reſpondit gratijs, quas eidem Sanctiſsimo conſeſſus noſter humillime egerat, quod præfatum Dominum de Aguirre, ad Cardinalatus apicem evocaſſet; in illis enim elucent præclara encomia, queis eam honorat, puraque, ac ſanè doctrinæ nomine toti Orbi Chriſtiano grandi teſtimonio commendat.

Sed ſto ſanè, atque Antiprobabiliſmus (quanto ita placet) nil aliud ſit quam Chriſtianæ profeſsionis vitalis aura: Vt hæc tamen Salmanticæ credatur extincta, adeò vt ne veſtigia quidem appareant, oportebit planè fateri, aut Academiam noſtram latuiſſe prorſus huiuſmodi veritatis lucem, obvelatis illius interim oculis craſsiſsima ignorantia, quandoquidem niſi hæc obſtaret, fieri haud quaquam poſſet, vt indubitatam, atque patentem traditionem mille amplius quingentis annis perdurantem, noſtroque ſæculo vicinam non vidiſſet! Aut dicendum erit integra ſcientia apertis, atque inconnivis oculis contuentem, per ſummum ſcelus ſe ſe in immanè nequitiæ barathrum egiſſe præcipitem: hoc verò nonnè erit Cœlum oppugnare, & integerrimum ſapientiæ, atque pietatis nomen, quod apud Sanctam Sedem, Orbemque Chriſtianum Academia noſtra ſemper merito ſuo habuit temerarijs auſibus laceſſere? Quo certè pacto fiducia hac reſpondere poſſet tantam ſibi calumniam irroganti; quod olim Matrona Iſraelitis nomine docta Civitatis ſuæ Joabo obiecerat. (j) *Nonnè ego ſum, quæ reſpondeo veritatem in Iſrael, & tu quæris ſubvertere Civitatem, & evertere Matrem in Iſrael? Quare præcipitas hereditatem Domini?*

(j) 2. Reg. 20.

Ingens deinde hęc, aut ignorātię aut nequitię nota, quę in vi factę hipoteſis exurgit, quamvis eo ſolum titulo contemnenda, quod Salmantinæ obijciatur Academiæ, eo magis adhuc eſt riſu aut compaſ-

Digitized by Google

paſsione excipienda, vel magis publicè exibilanda, quod facile cernitur Academiam hanc conſurgere, ac veluti firmiſsimam aciem conflari peritiſsimis, ac celeberrimis vtriuſque Iuris Conſultis, ex Theologis Sacrorum Ordinum ſelectiſsimis; totius præterea magni corporis armonia conſtat quatuor verè inter primaria Europæ Maioribus Collegijs, pluribus etiam alijs, cum ſæcularium; tum regularium ſtudiorum domibus. Atque ita fit quod Salmanticenſem Scholam iure optimo quivis appellet ardentiſsimam vndequaque paleſtram, in qua fœlicitate ſumma; dexteritate pari, quadam ſcientiarum atque opinionum lucta exereentur ingenia: vt proinde hinc veluti ex refertiſsimo armamentario, ac generali bonarum diſciplinarum officina Prælati, Paſtores, & Doctores ſubminiſtrentur Eccleſijs; fidei iuſtitiæque minoribus, ſupremiſque tribunalibus integerrimi iudices; Sacris denique Religionum Ordinibus Magiſtri quique præſtantes Concionatores, ac Confeſſarij: ex quo rurſus fit vt evaneſcente, aut infatuato Salmantino ſapientiæ ſale, fœda quæ hinc contagio promanaret, totumque pervaderet vaſtæ huius Hiſpanicæ Monarchiæ corpus, ijs, qui eam pietate, iuſtitia, ac religione alunt, vividis, ac nobiliſsimis ſpiritibus paſceretur. Ac tandem quod qui in ea eff[illegible]rent Sacri Religionum Ordines, quamquam pietate, ac litteris e[illegible]traneis ſemper fuerint æmulationi, aut admirationi; aut ſtultiſsim[illegible] deſidia neſcirent Sanctorum Patrum doctrinam, ſpiritumque incor cuſſum Eccleſiæ; aut eundem, quod magis eſt, abominanda turpitudine desererent.

Immània hæc profecto, gravioraque quam vt dicere quis poſsit, abſurda; quamvis ex hipotheſibus, fundamentiſque eminentiſsimi huius Authoris deducta tam longe tamen ab eius animo, huiuſque puro, ac nativo candore ab eſſe arbirror, vt firmiſsime mihi perſuadam, quod ſi peſsimorum conſequentium bonam cõſequentiam iudicaſſet, legitimamve illationem hanc, qua ex ijs, quæ ipſe adſtruit tutioriſmus potius, quam aliud quidpiam quod intenderit ſubinfertur, anſam nullam, aut ocaſionem nobis ea inferendi, aut in medium adducendi miniſtraſſet.

Hac igitur ratione, intellectuque eadem propono, hac mente infero, quantum ſcilicet, neque vltra quod fervor diſputationis patitur: atque hoc modo etiam omnia reverenti ſilentio ob volverem, niſi me aliunde honor Magnæ huius Academiæ adcenderet, immo omnium qui in Hiſpani a florent Sacrorum Ordi-

rum, ac præcipuè quidem mei, in quo eſt quidem, fuitque ſemper doctrina Probabiliſmi prorſus indubitata, quam vt talem proinde plures hauſimus è copioſis illis, atque illimis doctrinæ fluentis Magiſtri mei Illuſtriſsimi Reverendiſsimi ac Sapientiſſimi D. D. Fr. Joſephi Gonçalez, huius Academiæ Primarij Sacræ Theologiæ ex Cathedrarij, meritiſsimi Epiſcopi Placentini, Theologi ſane, ac Præſulis, inter primores etiam huius ſæculi verè Magni.

Hinc iam ad authoritatem Summorum Pontificum, Sanctorumque Patrum qua ſatis ſententiam ſuam adverſarij muniri iactitant gradum faciens; ſto, tot, tàmque fęlicia ingenia hanc provinciã aſſumpſerint; vt facile oſtenderint eandem Pontificum authoritatem, Sanctorumque Patrum eſſe validius ſententiæ benignæ fundamentum; tamen cum res hæc ea ſit, in qua veluti in præcipuo cardine volvitur tota diſputationis ſeries operæ pretium facturus fors videbor, ſi ex ijs quæ hactenus huc ſpectantibus obſervavi, non nihil adnectant.

Diſpenſationes, & gratiæ quas Summi Pontifices innixi opinionibus communi Doctorum iudicio minus probabilibus conceſſe notæ ſunt omnibus vſque adeo, vt cum de ipſarum veritate nullus ſit ambigendi locus, neque lateat quantum hoc Antiprobabiliſtas fulmen exarmet, niſi ſunt eorum aliqui (K) illud eludere conſati, in his eventibus Pontifices Maximos opiniones minus receptas veras exiſtimaſſe, communiores vero, & plauſibiliores falſas proinde reputaviſſe.

(K) *RR. Thyrſus diſſert. 14. ca. 6. num. 44.*

At vero cum iudicio RR. Thyrſi (cuius eſt evaſio) (l) ad alicuius operis honeſtatem ſatis non ſit quod opinio illud dirigens, cum re ipſa non ſit rigidior & auſterior, verior vtcumque appareat operanti; ſed exigatur inſuper, vt ipſius vero ſimilitudo adeò manifeſta ſit, adeò patens, tamque longo intervallo, tam ſenſibili, tamque noto opinionem aliam veroſimilitudine antecellat, vt allj comparata, ac veluti cauſam agens ſuæ veritatis iudiciũ fundet ex vna quidem parte apathum, & quod humanis nullo modo pateat affectibus; ex alia vero adeò firmum, adeò immobile, adeò (vt ſic dixerim) decretorium, quod oppoſitam ſententiam falſitatis illico appellet, & convincat, immò damnet omnia appellatione interdicta, adeò vt fundamenta, quibus nititur, ęſtimans, leves tantum fore ratiunculas, vt illas audiat, prudentiæ ſuæ minime liceat: hæc ita cum ſe habeant, clare deducitur, vt quod

(l) *Idem RR. propoſit. 6. 7. 8. & 9. capital. lociſque ibi indicatis, ac fere in toto opere de recto vſu opinionũ.*

aliquis

aliquis SummisPontificibus nullam temeritatis, aut impietatis notam impingat, quod aliquoties in vi opinionum certo probabilium, quamvis tunc minori receptarum plauſu, aut in voto ſolemni caſtitatis, aut in matrimonio rato, aut in alijs huiuſcemodi diſpenſarunt, opus omnino erit aſſerere, quod ſummorum Præſulum prudentiſsimo, ſapientique iudicio præfatæ opiniones audierunt indubitabiliter veræ; oppoſitæ vero falſæ, futiles, aut vix tolerabiles; quod quidem, nec citra offenſam maturitatis, ac ſoliditatis tanti iudicij aſſeri poteſt (præſertim, cum Pontificum alij in rebus nuper inſinuatis diverſis & oppoſitis ſententijs privato iudicio ſubſcripſerint) nec citra iniuriam ipſarum opinionum, quæ & non leviter ſtabilitæ & veluti plauſu dignæ in Eccleſia ſunt habitæ, etiam poſtquam illarum oppoſitæ ſupremi ipſius capitibus placuerunt in praxi.

Cæterum miſsis modo, quæ in hanc rem ex huiuſmodi abſurdorum illatione commodum explanari poterant; vnice placet ob oculos ponere eventum quendam in ijs ipſis diſpenſationis terminis, cuius vel ſimplicior ennarratio faſtuoſam omnem Antiprobabiliſtarum machinam ſolo æquat. Igitur (rem ita refert Ferdinandus Rebellus(m)) cum ab Adriano Sexto PontificeMaximo aliquando fuiſſet efficaciſsimè poſtulatum vt vinculum matrimonij rati ſua authoritate diſſolveret quam quidem diſpenſandi authoritatem opinione, ac ſententia Caietani fulciri ipſa ad Pontificem facta ſuplicatio continebat, miratus vehementer eſt ſapiens hic Pontifex, quod tam præcellens, veneranduſque Theologus opinaretur id, quod certe ſibi durum ac diſonans aliunde videretur re tamen ſecum pauliſper cogitata, annuere ſe libenter ſubiunxit, gratiamque poſtulatam vltro concedere, quanquam quod ad ſuam attineret ſententiam, conceſſam gratiam nullam atque in ſubſiſtentem deffectu poteſtatis exiſtimaret. En vobis Antiprobabiliſtæ hoc facto indicatam, immo extra inditij aleam conſtitutam doctrinam omnem Probabiliſmi. En vt Romani Pontifices diſpenſant, àc ſerio operantur, non iam ſententiam ipſam, quam exequtioni mandant indubitabilem arbitrari (ſed quod ſcopus diſputationis eſt) eam vt minus probabilem reſpectu oppoſitæ iudicantes: ac denique en vt Adrianus Sextus, olim in Cathedra Lovanij Antiprobabiliſta, Probabiliſta extiterit in ſublimi & Supræma Cathedra Petri.

(m) Ferdinandus Rebellus 2. p. lib. 2. q. 15. ſect. 3. n. 4. *Vnde ferunt Adrianum 6. cum ab eo talis diſpenſatio peteretur adducta in favorem Caietani opinione, primò miratum fuiſſe noſtrum Theologum id ſibi perſuaſiſſe; deinde reſpondiſſe, ſe dare quod poſſet, ſed tamen credere ſe nihil poſſe.*

Eandem rurſus opinionis benignę praxim mirę comprobant,

non

Digitized by Google

non ſolum diſpenſationes, ſed etiàm factæ à Pontificibus & Concilijs approbationes. Etenim paſsim conſtat plurium Sanctorum Patrum ſcripta recepta, atque approbata in Eccleſia fuiſſe Pontificum, àc Sacrorum Conciliorum decretis; (n) aliundeque quis dubitet; aut neſciat inter ipſos Sanctos Patres plurimis de rebus non convenire, ità vt alij alijs invicem non raro contradicant inferendis ſententijs, tum circa explanationem Theologicorum dogmatum, tum circa Sacrorum Blibiorum non paucis in locis intelligentiam: (o) ergò cum præcipua baſis ſupra quam Recentiores ſui Antiprobabiliſmi ſtatuam erigunt, illud ſit, quod ſcilicet duæ opiniones interſe pugnantes, eidem ſimul intellectui repræſentari, atque apparere nequeunt ambæ, vt probabiles ambæ vt vero ſimiles; (p) ſit conſequens, dum hæc maxima vera ſubſiſtat, quod ſupremo illo, àc Sacroſancto Eccleſiæ iudicio plures Patrum ſententiæ ſunt receptæ, àc candida nota inſignitæ, quin interim in illo, vt probabiles ſaltem, aut vero ſimiles exiſtimari quiverint. At verò hoc abſurdum, cum ſit omni abſurdo maius, Antiprobabiliſmi coloſſum funditus evertere quis non videt?

Pergamus verò vimque rationis huius vrgere liceat, hoc, ſi placet, dilemmate. Etenim Eccleſia recipiens, ſinuque ſuo amplectens præfatas oppoſitas, invicemque contrarias Patrum ſententias, aut vtraſque omninò reputavit veras, aut vtraſque æquè, vel levi interſe diſcrimine probabiles; aut alias alijs longè probabiliores, harumque oppoſitas minùs probabiles; aut denique ipſarum nullam probabilem iudicavit? Primum quidem impoſsibile eſt omnibus patens; quod ſcilicet veritas poſsit ſibi ipſi contradicere. Secundum verò male cohæret omninò cum Antiprobabiliſtarum placitis, àc fundamentis, quippè aſſerunt, (q) quod ſi duplex quandoque ſententia intellectui proponatur æqualibus, aut fermè æqualibus momentis, & rationibus nitens, nec totum, quantum illud eſt voluntatis pondus, ſat eſt, vt nutantem, atque hinc indè pendentem intellectum ferat, aut moveat, vt aliquam practicè probabilem pronuntiet. Tertium deindè deſtruit, àc radicitus vellit Antiprobabiliſmum; quandoquidem ſi Eccleſia, eſto ſententiā ali-

(n) Quinta Synodus Conſtantinopolitana collat. 3. & concilium primū Romanum ſub Gelaſio Papa in decreto quod incipit *Poſt pro feticas*, aprobant & ſuſcipiunt Eccleſiæ Doctores. Athanaſ. Hilar. Baſil. Gregor. Nicen. Ambroſ. Auguſt. Theophil. Ioā. Conſtantinop. Ciril. Leon. Procul. Hieronym. & Proſper.

(o) Cardinal. de Aguirre tom. 1. Theolog. S. Anſelm. diſp. 2. ſect. 3. n. 58. *Quoniam ſæpe inter ipſos Patres, & nominatim inter clariſsima illa duo Eccleſiæ lumina Hieron. & Auguſt. ſunt opiniones contrariæ, aut contradictoriæ circa res fidei ſeu Scripturæ Sacræ quoad germanum illius ſenſum.*

(p) RR. Thyrſ. diſſert. 7. §. 18. per totum.

(q) Idem. Eadem diſſert. 7. §. 7. n. 42. 43. & ſequentibus.

aliquam ſuo rectiſsimo iudicio, alia exiſtimet, àc reputet longè probabiliorem; oppoſitam nihilominùs probat cenſetque dignam, vt tuto recipi, tutoque poſsit amplecti, quâdam ratione, qua via ſanè poteſt defendi, quod idem perindè ſit ſententiam aliquam noſtro iudicio reputare probabiliorem, atque huic oppoſitam cenſere improbabilem, falſam, & contemptibilem? Quartum denique ſuſtineri nequit integra, & ſalva authoritate notiſsimæ huius ſacræ, àc ſeriæ approbationis, ſiquidèm rationi ipſi pugnat, vt ſententia quæ approbatione digna non eſt, recta, ſacrataque approbatione probetur.

Hinc rurſus facile colligere fas eſt; quod cum duas contradictorias, ſivè invicem pugnantes ſententias eſſe ſimul veras in terminis, quod dicunt, implicet; ſententiæ oppoſitæ, àc pugnantes Sanctorum Patrum æſtimativo Eccleſiæ iudicio ſolum obijci, & repreſentari potuere, vt probabiles, aut æquè, aut minùs æquè; cumque ſatis conſtet, quod, ſivè vno, ſivè altero modo, illas ſinu ſuo eſt amplexata, illas probavit, illas fidelibus tanquam ſanam, & tutam doctrinam continentes propoſuit, ad praxim vtique hoc facto ducens, ſatiſque commendans omnem probabiliſmi doctrinam; certè concluditur, quam levitèr, quam fruſtra clamant Adverſarij, quod ſuus ille Antiprobabiliſmus fuerit Eccleſiæ vividus ſpiritus, praxiſque Pontificum inconcuſſa.

Quod verò attinet ad Sanctorum Patrum teſtimonia plura quidèm ſunt eaque perſpicua, àc meridiana luce clariora, quę apertè favent Probabiliſmo, eiuſque tuentur innocentiam. Placuit tamèn duo indigitare, quod illa in huius propugnationem adduci non viderim. Eſt quidèm primum Angelici Præceptoris D. Thomæ, Principis abſdubio Theologiæ, communiſque Magiſtri. Igitur diſſerens 1. 2. q. 105. de congruitate, & convenientia præceptorum iudicialium in argumento 8. art. 2. Rationem dubitandi obijcit, diſputans æquum nè fuerit, àc rationi conſonum, quod Deuteron. 19. iubebat lex in Tribunalibus videlicet, teſtimonij ſingularis vnius adverſus alterum rationem non haberi, at duorum vel trium teſtimonium probare, atque convincere; Sic igitur inquit. (r) *Præterea: poſsibile eſt non ſolum duos, ſed etiàm tres, vel plures mentiri: inconvenientèr igitur dicitur Deuteron. 19. In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* Cui obiectioni in hunc modum occurrit. *Ad octavum dicendum quod in negotijs humanis non poteſt haberi demonſtrativa probatio, &* in-

(r) Angelicus D. 1.2. q. 105. art.2. ad 8.

infallibilis, ſed ſufficit aliqua coniecturalis probabilitas, ſecundum quam Rethor perſuadet. Vbi manifeſtiſsimè patet, quantum ab Angelici Doctoris mente Adverſariorum conatus abſint, immò & ab eo quod Deus Optimus Maximus à nobis in impletione præceptorum exigit; ſiquidem ipſi lege charitatis nos conantur adſtringere ad hoc, vt vel omnimoda ſecuritate operemur, aut ad hoc quod ſcilicet operari non liceat abſque directo iudicio affirmante, adeò irrefragabilitèr veritatem, vt prudenti dubitationi non ſuperſit locus. Deus autem adhuc in materia iuſtitiæ, & inferendo iudicio, vndè gravia damna, & nocumenta paſsim poſſunt proximo provenire, hoc vno contentus eſt iuxta Angelici Præceptoris explicationem, quod ſcilicet Iudices coniecturali quadam probabilitate ſegerant. Iàm verò cum his minimè liceat vſus opinionis minùs probabilis evincitur, quod adhuc ad maiorem probabilitatem, quam ſectari iudices tenentur, opus omninò non eſt tali, tantaque iudicij immobilitate, àc claritate, vt in illo manifeſtè veritas eluceat, hæc enim reperiri vix, aut nè vix, quidem poterit in illo, quod tantum nititur cuidam coniecturæ probabili.

Alter locus, iſque, ni fallimur, egregius, eſt D. Hieronymi, quiquidem ſententiam rogatus diſſertè protulit, quod Chriſtianus vir, qui ante baptiſmum vxorem iterato duxiſſet, poterat citra piaculum quodvis *Sacris Ordinibus* initiari, quod ſcilicet bigamiam luſtralibus aquis penitus eluiſſet. Reprehenſus autèm hoc nomine à Cryſogono Rufini Sectario, qui hanc opinionem Hieronymi nimis laxam, parumque Chriſtianis inſtitutis conſonam ſuggillabat, reſpondit pius, àc Maximus Doctor, non quidem ſententiæ, quam conſuluerat mordicus adhærens, non eandem probabiliorem, veramque abſolutè propugnans, non oppoſitam comtemptim traducens, àc floccifaciens, quæ ſunt Antiprobabiliſtarum propugnacula, quibus tuto ſe paſsim recipiunt, ſed docilitate quadam mentem ſuam pandens, alijs autèm opinionibus non præiudicans, integrumque cuivis relinquens, quod maluerit ſequi, atque abundare, quod Paulus ait, (s) in ſuo ſenſu. En verba quibus intentum, & minimè oſcitantem lectorem volumus; ſunt enim, aut nimium fal-
„ limur, mirè oportuna. (t) *Audio* præterea obijci mihi à Cryſo-
„ gono ſectatore eius: Cur in baptiſmate dixerim vniverſa pec-
„ cata dimitti, & mortuo bimarito, novum virum in Chriſto reſur-
„ gere, atque iſtius modi Sacerdotes in Eccleſijs eſſe nonnullos. Cui
„ brevi ſermone reſpondebo: habent libellum, quem in crimen vo-

cant,

(s) Paul. ad Rom. 14.

(t) D. Hieron. lib. 1. adverſus Rufinum prope finem.

Digitized by Google

,, cant , ille reſpondeat , & ſcripta ſcriptis arguat. Quid auſteritate ,, frontis,& contractis,rugatiſque naribus concava verba trutinan- ,, tur , & ſanctitatem apud vulgus ignobile ſimulato rigore menti- ,, tur? Audiat iterum proclamantes: Veterum Adam in lavacro to- ,, tum mori, & novum cum Chriſto in baptiſmate ſuſcitari , peri- ,, re Choicum , & naſci ſuper cœleſtem. Hæc dicimus, non quod ,, ipſi propitio Chriſto hac quæſtione teneamur , ſed interrogati à ,, fratribus , quid nobis videretur reſpondimus , nulli præiudican- ,, tes ſequi quod velit , nec alterius decretum noſtra ſententia ſub- ,, vertentes : neque enim ambimus Sacerdotium , qui latemus in ,, *cellulis*. Huc vſque Divus hic , quo palam cernitur exequtioni mandata , quin & commendata ſententia benigna, & hoc à viro in paucis ſpectatiſsimo, ſapientiſsimo,& (quod in rem noſtram maiori eſt ponderatione dignum ; illo enim riget, àc friget ingens ille fervor Adverſariorum) in paucis etiàm rigidiſsimo, àc ſeverioris , & auſterioris diſciplinæ Doctore.

Sed vt omittatur etiam pro nunc Sacrorum Doctorum venerandus , ac maximi ſemper habendus honos qui tamen tantum Benignæ Sententiæ conciliat ponderis , & authoritatis ; inſpiciantur ſolum , atque oculis perluſtrentur fundamentales illæ baſes,ſuper quas Antiprobabiliſmi ſtatuam moderni illius ſectatores ad cœlum vſque tollere geſtiunt : ingentem ſane parient admirationem cuivis libero , ac ſereno iudicio eas tantiſper , vt par eſt , intuenti. Equidem cogitatus ille nimium ſui tenax, quo quiſque indubitanter propriæ opinioni fidit , ſubſiditque veluti in centro , & propria veritatis ſede, vſque adeo vt in vi iſtius modi iudicij (quod neque alij cuicumque ſapientiori ſubijcere fas eſt , neque vlla quavis prudenti reflexione moderari) alias oppoſitas opiniones reſolutiva, decretoria, ac veluti diffinitiva ſententia falſitatis convincat atque damnet , eſto illas viri tum doctrina , tum pietate conſpicui aliunde tueantur ; hoc inquam , præterquam quod audax conatus eſt , ac veluti pelagus periculoſis illis Syrtibus patens, ad quas ſæpe ducunt animi præſumptio , atque philautia immane deinde quantum diſtat ab illis regulis , quas vt hæc vitemus naufragia præſcribunt nobis Chriſtiani mores & inſtituta. Et verò miſſa pro nunc faciens plurima quidem , oportuna tamen teſtimonia, quæ in rem hanc abunde offerunt Scripturæ, Sacræ Eccleſiæ Patres , Scriptoreſque parænetici , Ethinici vnius interim teſtimonium exhibere libuit , vt hinc pateat , quantum dictis conatibus

ob-

Digitized by Google

obſit, alijs licet ſplendoribus deſtitutum ipſum naturalis rationis lumen. Loquitur igitur Curtius in rem hanc, & Cobarem quendam inducit in huuc modum nervosè ſatis, nec ineleganter orantem. (v) *Naturæ* mortalium, hoc quoque nomine prava & ſiniſtra dici poteſt quod in ſuo quiſque negotio hebetior eſt quam in alieno, turbida facta ſunt conſilia eorum: qui ſibi ſuadent, obſtat alijs metus, alijs cupiditas, non nunquam naturalis eorum quæ cogitaveris amor. Expertus es vnumquemque, quod ipſe repererit, aut ſolam, aut optimum *ducere*. Hucuſque Curtius, cuius politiſsima, ac multum meditata ſententia ſat eſt ad faſtuoſam illam veluti Pavonum rotam diſſipandam, atque vt bonæ tandem menti redeant, quicumque ſibi nimium plumarum fulgore blandiuntur.

(v) Q. Curtius lib. 6.

Nec minoris eſt ſtuporis, quod nempe ipſi, eo quod propriæ ſententiæ probabiliores, eas habentibus videantur, (quaſi ſcilicet maior reſpectiva probabilitas leges inviolabiles ſtatueret, & quaſi peculiaris, ac mutua prohibitio Rituum Eccleſiarum Græcæ & Latinæ in ipſis Scholis commertium intellectuale vetaret) peccati formalis nota damnant Scotiſtam v. g. qui adverſus Magiſtri ſententiam executioni mandaret, conſuleretve quamcumque ex opinionibus illis, quas in libertatis favorem Angelicus Doctor propugnat, & toto Orbe Chriſtiano plauſu vniverſali ſunt receptæ.

Sed nec prætereunda eſt in præſentiarum inconſequentia, qua Antiprobabiliſtæ, non ſatis animadvertentes, quantum in ſe ipſos propria iacula intorqueant, ſententiam benignam incuſant, tanquam ſcilicet fontem laxarum opinionum: Etenim cum totus rei ſcopus, obiectumque, vt ſic dicamus, attributionis, vnicè inſiſtat abſtractivæ illi generalitati, qua adſtruunt quod eædem ſententiæ, quæ probabiliores habitæ & reputatæ, regulæ ſanctæ ſunt atque prudentes, deſinunt eſſe tales ſtatim ac minus probabiles exiſtimantur: iam ſi opiniones quas ſequuntur aliqui, alijque exequuntur, illi quia eas probabiliores, ij vero minus, & ſi certo probabiles cenſent, re ipſa laxæ ſunt, omnes vtique huius noxæ rei erunt, multoque potius Antiprobabiliſtæ, qui eaſdem opiniones altiori teſtimonio commendant, tanquam innocentes omnino. Si vero non ſunt, quo iure ſententiæ benignæ fœdam notam impingunt, eandem complicem fore iactantes in propoſitionibus, quas Summi Pontifices Alexander VII. & Innocentius XI. meritò

dam-

Digitized by Google

damnarunt; id interim diſsimulantes, (x) quod ſcilicet triginta & vna, quas ſeptima Decembris 1690. damnavit Alexander VIII. in ipſa rigoriſmi mente, tanquam in nativo ſolo fundantur.

(x) Cardinal. de Aguirre, vbi ſupra in operis ration. n. 22.

Cæterum ad inſinuatam iam maximam regreſsi, quod nempe minime fas ſit alicuius Scholæ ſectatoribus docere, aut exequi oppoſitas benignaſque alterius Scholæ Sententias; proponere omninò non deſinam, quam altum feriat conatus hic iuſtis inſtitutis ſtatutiſque noſtræ Salmantinæ Academiæ, reliquarumque alicuius nominis: ſiquidem, quod ad noſtram attinet, facto ipſo contingit, quod profeſſores continuo circulo, omnique indiferentia tuentur ex Cathedra iam hanc, iam oppoſitam ſententiam, aptantes ſe genio, & ſtudijs propugnatoris, qui ſtatuta ſerie contingit. Deinde indubitatum eſt, quod finis, quo in illa erectæ ſunt Cathedræ D. Thomæ, Scoti, & Durandi, non alius fuit, nec eſſe potuit, niſi vt ipſarum Regentes horum Doctorum ſententias docerent, propugnarentque; quo circa harum Cathedrarum petitores ſeſe exercent Authoris mentem, in re quæ ſortitò obtigit, publicè propugnantes; eandemque firmantes, atque illuſtrantes, quo maiori poſſunt ſtudiorum & ingenij conamine.

Cum igitur moraliter fieri non poſsit, quod eiſdem Magiſtris, ſententiæ omnes, quas propugnatores tuendas, ac defendendas afferunt, aut offerunt, probabiliores videantur; tum quod hoc impedit geniorum, aut ingeniorum ipſa varietas; tum Scholarum contradictio; tum quod intra ipſas tam variæ paſsim, atque diſsitæ opiniones exurgant: Sitque etiam paradoxum omnino incredibile, quod Cathedrarum profeſſores neceſſario reputent modo magis, modo minus probabiles eaſdem ſententias Scoti, D. Thomæ, atque Durandi, quo ſcilicet gradu horum Cathedris præficiuntur: ac tandem quod earum competitores ſerio ſententiam mutent, vt ſors fert Cathedrarum vacantium; evincitur inſpectis regulis, quas nobis exhibet Antiprobabiliſmus, noſtræ Vniverſitatis morem antiquum licet, comprobatumque, immo commendatum praxi eorum, qui his temporibus maioris nominis Antiprobabiliſtæ iure cenſentur, quod magis opinor vrgebit adverſarios, omni rectæ inſtitutioni, ac diſciplinæ nimium adverſari; eſſeque tum in ſubſtantia, tum in modo perniciòſam erectionem, oppoſitamque tot Cathedrarum doctrinam. Nihil autem horum afirmari poteſt illæſa maieſtate noſtrorum Regum, citraque

que offenſionem Romanorum Pontificum; Regiæ quandoquidem ac ſacræ iſtorum providentiæ Academia Salmanticenſis debet, atque refert, tum erectionem, tum ſtipendia tot Cathedrarum, quarum varietate atque oppoſitione reſultat elegantior harmonia litterarum, tum etiam leges, atque ſtatuta, queis in Dei, Eccleſiæ, atque ampliſsimæ huius Monarchiæ obſeqium, exactiſsimum ſuorum ſtudiorum penſum, & curſum inviolabiliter moderatur.

Video vero aliquem his quæ hucuſque protuli commodum objicientem, quod cum noſtrarum controverſiarum, quas in ſcholis agitamus materies vnicè ſit Theorica & ſpeculativa, neque frequenter ad mores attinens, nihil eſt abſurdi, in eo quod Magiſtri propugnent, doceant, aut tueantur, abnuente etiam proprio iudicio opiniones eas, quæ alijs probabiles cenſentur, eſto ſibi non videantur magis probabiles. At vero adverſus evaſionem, aut eluſionem hanc pugnat apertè, tum evidentia iuris, tum facti: facti quidem, ſi quidem paſsim cernimus, quod ratione & modo nuper inſinuatis, intra noſtras Scholas propugnantur, traduntur que plures ſententiæ non ſolum ad morum honeſtatem attinentes, ſed quod plus eſt, ad explanationem Sacrorum Dogmatum, pluriumque Scripturæ locorum germanum, atque genuinum ſenſum, vbi tam providenti ſolertia caveri errores opus & labor eſt. Iuris autem quoniam cum ſit intrinſecè malum id vt verum aſſerere, quod aliunde intellectus reprobat, reputatque reſolutivè & decretoriè falſum, cum aliunde iuxta Antiprobabiliſtarum placita, perinde ſit aliquam ſententiã exiſtimare probabiliorem, atque illam reputare veram, illique oppoſitã cenſere manifeſtè falſam, fit hinc, quod etiam in rebus purè Theoricis, minime fas ſit tueri, & aprobare minus probabilem opinionem, non ſecus ac mendacium proferre; atque adeo ſequitur intra Academiam noſtram plus minuſve iuxta materiæ gravitatem in tradenda diſciplina peccari.

Quod ſi ita eſſet; quid dicendum veniret de ſapientibus, atque integerrimis tribunalibus, vbi iudices in rebus graviſsimis, tum civilibus, tum criminalibus proprio poſtpoſito iudicio ſubſcribunt, ſuffraganturque ſententiæ, quam ipſorum collegæ maiori ſuffragiorum parte ferunt? Quid de legibus hanc praxim, cui ſequendæ ipſos iudices obligant, perſcribentibus? Certè ſi Antiprobabi-

Digitized by Google

babiliſmus aliquam nobis lucem affert, opus erit vt illa ducti fateamur orbem vniverſum hucuſque denſiſsimis tenebris obrutum ac ſepultum, quibus, ſuis centum oculis ſtertuere Argo ipſo magis vigiles.

Quod ſi aliquis in ea quibus nituntur Adverſarij oculos, ac nervos intendat, certe in vi illorum, non tantum non licebit alicuius Scholæ ſectatoribus exequi opiniones benignas alterius Scholæ, ſed neque etiam proprias, ac peculiares ſuæ, eſto eas probabiliores, ac meliores concipiant: primo, quoniam iuxta ipſorum ſtatuta, vt maioris probabilitatis iudicium, à peccati formalis labe excuſet, aut abſolvat materialem tranſgreſsionem præcepti, quæ contingenter evenire poteſt, opus eſt vt neceſſario ſit non nutans, non fluctuans, ſed imperturbatum, firmum, ac decretorium; at qui in rebus adeò dubijs, atque perplexis, quales ſunt eæ, quas varietas & oppoſitio Scholarum offert, moraliter fieri nequit, quod Scotiſta v. g. ſereno præditus intellectu paſsim non nutet, atque fluctuet circa veritatis ipſius ſpeculationem, iuxta quod magis, vel minus ponderat & examinat iam huius, iam alterius partis fundamenta, & rationum ſpicula; cum certiſsimum ſit, quod eorum acumina, quæ hac inſpecta luce minus fulgent, alijs obiecta radijs magis ſplendeant, atque ijs qui vivida inventiva pollent, diuturnaque diſputatione exercentur, ſoleant in dies fulgentiora, & efficaciora repræſentari: quam ob rem Seneca hunc perpetuum iudiciorum motum obſervans, tantum varietate ipſa fluxuum, atque refluxuum ſervari cenſuit immunem eum, quem nempe inimaginaria, & platonica idæa nunquam ſui futuri ſapientis, velut in tranquillitatis portu conſtituit, illis verbis: (y) *Nemo non quotidie conſilium mutat, & votum:: præter ſapientem autem nemo vnum agit, cæteri multiformes ſumus.*

(y) Seneca epiſt. 120.

Deinde: quoniam vt iudicium maioris probabilitatis legitima, ac prudens operationis regula exiſtat, formari debet iuxta quod RR. Thyrſus edocet (z) in vi perſcrutationis ſummè quidem exactæ, & radicalis, quæque affectibus & paſsionibus minime ſinat, vt in hac re ſuffragium ferant: vtque ſapientiſsimus hic Autor fatetur; (a) ex vna parte difficile admodum eſt, quod aliquis etiam poſt quamcumque diligentiam, tutus ſit quod quantam oportet, & ſat eſt adhibuerit; ex alia vero, vt inquit; (b) in

(z) RR. Thyrſ. Diſſertat. 14. cap. 2. n. 6.

(a) Idem. Diſſert. 7. §. 14. n. 85.

(b) Idem. Diſſert. 3. cap. 2. n. 19.

in opinionum trutina propenſio ad proprias ſententias , iudicium nimio ſuo pondere trahit.

Denique : nam cum in hoc examine opus ſit, vt appareat perſpicuè , & manifeſtè veritas ſententiæ benignæ, quæ praxi mandanda eſt , alteriuſque oppoſitæ falſitas ; cum deinde impoſſibile videatur , quod in rebus adeò dubijs, AntiThomiſta ſomno non gravatus , aut delirio , firmiſsimè iudicet , quod Angelicus Doctor huiuſque ſapientiſsima Schola falluntur in quotquot ſuæ propriæ opinionibus opponuntur , & quod tantum ſuæ , veritas penitus & radicitus innotuerit ; evincitur hinc non fore licitum ipſi , opinioni benignæ etiam ſibi probabiliori , ſe adaptare. Ex quo rurſus fieret in omni eventu ad tutiora teneri ; atque hinc clare apparebit ratio , qua ducti ſapientes viri obſervarunt Probabilioriſmum nihil aliud eſſe quam circulum , cuius centrum eſt tutioriſmus.

Atque hinc horum & ſimilium abſurdorum inſpectu , aliud non minoris ponderis ſubinfertur ; huiuſmodi autem eſt , quod fateri ſcilicet teneantur adverſarij iuramenta , quibus in Scholis ſeſe obligant Profeſſores ſecuturos ſuos Duces , & Anteſignanos, ſuaſque ſententias defenſuros (quamvis hæc coram vniverſa Eccleſia à primis,Sapientibuſque Magiſtris eandem ſua doctrina illuſtrantibus concipiantur , atque emitantur) eſſe , aut illicita , aut nugatoria : etenim vt in diſcipulo Doctoris Subtilis , qui huius ſententias tuendas emiſſo ſuſcipit iuramento , exemplum afferimus ; vel animus quo hic ſe obligat tantundem eſt tuendi eas ſolummodo quas probabiliores iudicaverit ; aut etiam quas cenſuerit minus probabiles ; aut omnes ad vnam ad maioris probabilitatis gradum evehendi ; aut denique omnibus ſuis affectibus conandi , vt omnes ſui Doctoris opiniones meliores & probabiliores ſuo ipſius intellectui videantur?

Si dicatur primum ; iuramentum profecto erit nugatorium, quandoquidèm cum illo,& ſine illo,Scotiſta æquè maneret adſtrictus opinionibus Durandi, aut Bachonis. Si ſecundum in vi doctrinæ Antiprobabiliſmi , nequitiæ manifeſtæ , tam ſacro , quantum eſt iuramentum , vinculo ſe ſe adſtringeret. Si aſſeratur tertium; Rurſus inquiro : nàm vel quando iuramentum emiſsit , adhibuerat laborioſiſsimam illam, atque oppidò prolixam diligentiam examinandi , àc rectiſsima trutina perpendendi opiniones omnes eo ſtudio;

dio;

Digitized by Google

dio, eo labore, quem adeò prædicant & iniungunt, in huius grauitate, àc ſerietate iudicij, Adverſarij; vel certè iuravit conceptis verbis tali tantoque examine non præeunte? Si hoc ſecundum affirmetur, ſanè iuramentum eſſet valdè temerarium, ſiquidem vno ictu ſententiam ferret tot de rebus, examini non ſubiectis earum cauſis: Si verò primum; præterquam quod impoſsibile moralitèr apparet, quod omnibus Scotiſtis repræſententur, vt manifeſtò probabiliores, quotquot ſuus Doctor opiniones tuetur, quin vna ſaltèm alicui videatur, aut minus probabilis, aut æquè probabilis, aut probabilior levi diſcrimine reſpectu oppoſitæ, & quin in tam ampla Schola intellectus aliquis exiſtat, qui in hoc iudicio tantiſper nutet; præter hæc, inquam, contra ſe habet, quod cum vix longiſsima vita, capaciſsima mens, ſtudiumque omninò infatigabile ſatis ſit ad faciendum, vt cumque etiàm, & non ex actione multa prædictum examen, tamèn iuramenta hæc emittuntur (vt omnibus propalam eſt) aut ipſis initijs, aut medio fervore Scholaſtici curſus, & pulveris.

Tandem ſi quartum aſſeratur; licebit ex vna parte, ſacra iuramenti religione profiteri affectu potius, quàm ratione duci in ſententijs illis, quibus mores veniunt regulandi; ex alia verò impoſsibile voluntati non erit intellectum adigere, vt ſeriò exiſtimet, id vnicè eſſe meliùs, quod ſibi placens: quod quidem Antiprobabiliſmo ipſi, quin & rationi, quod magis eſt, apertiſsimè pugnat.

Hinc denique infertur, & apparet contradictio non levis, quam Antiprobabiliſmi placita involvunt, dignam tamèn, vt vel perſtrictim animadverſione non careat: Eſt autèm huiuſmodi, quod nempè facta, poſsibili admodum, immò frequentèr contingenti, hipotheſi, quod Scotiſta, qui in verba & ſententias Magiſtri iuravit, ambigat àn illius aliqua opinio libertati favens probabilior ſit nec nè, ex vno capite non poterit licitè eam docere, praxi vè mandare, & hoc in vi fundamentorum, quæ tantum Adverſarij magnificant; ex alio verò tenebitur eorundem principiorum vi eam amplecti, àc defenſare. Etenim iuxta illos ſemel atque operans dubitet vtra ſit opinio probabilior, tenetur vtique eam ſequi, aut praxi mandare, quæ ipſum ſub legis tutamine, vmbraque conſtituit: igitur vt in huiuſmodi eventu teneatur Scotiſta ſui Doctoris ſententiam ſectari, opus non erit quod illam probabiliorem iudicet, ſed ſat erit ad hoc tantum, quod de maiori probabilitate dubitet,

quandoquidem ſtante hoc dubio, prædictam opinionem amplecti, nihil aliud erit, quam legi à ſe facti iuramenti ſeriò obtemperare: quippè licèt quantumcumque reclament adverſarij, quod ſententia contraria Scoti opinioni, in ſimili eventu in favorem legis militaret; quâ quidèm ratione, in vi alterius præcepti vniverſalis, ſuperiorisque, obligatio conſurgeret operandi conformitèr ad illam, quotieſcumque de maiori probabilitate alterius ambigeretur: eſto, inquam, hæc dicant, obſtat manifeſtè, quod cùm lex hæc vniverſalis, quam ipſi adſtruunt, adeò dubia ſit, quod illam tot tantique ſapientes palam negent; ex oppoſito autèm clara ſit, atque patens iuramenti lex; aliundè verò in concurſu duplicis legis certa manifeſtè prævaleat illi, de qua dubium eſt; videtur abſ dubio Scotiſtam in conſcientia rebus ſic ſtantibus obligari ad ſui Doctoris opinionem tuendam, quamvis hìc & nunc, iuxta Adverſarios, ipſi obijceretur non magis vera, quam falſa.

Graviſsima hæc inconvenientia, atque omni ænigmate magis paradoxa, alijs miſsis, quorum inſinuationem non capit brevitas iſtius ſcripti (prolixi quidèm ſi conſuetum morem cenſuræ inſpicias, pro rerum tamèn dignitate parciſsimi) ingentem quidem admirationem in me excitant, quod videlicet Antiprobabiliſmus, vndè ortum habent, potuerit in ſui propugnationem allicere Viros cùm ſapientia, tum pietate præclaros: intuens autem hinc pro cauſa iſta tanto conamine deſudantem RR. Patrem Magiſtrum Thyrſum Gonçalez, Sacræ Societatis Ieſu Generalem Prepoſitum, noſtræque Academiæ Theologiæ Primarium, atque Emeritum Anteceſſorem: Indè verò eiuſdem venerandam perſonam ſuſpiciens ea reverentia, àc demiſsione animi, quæ & ipſius ſublimi dignitati debetur, iureque expoſcunt egregia Viri Sapientia, Zelus Apoſtolicus, & præter exemplares virtutes, ingens ille fructus, quem in noſtra Hiſpania ſuis ferventiſsimis Concionibus Deo retulit, obmuteſcerem ſanè inter obſervantiam, admirationemque multum ambigens, niſi mihi M. Tullij eloquentia præſto eſſet verbis elegantibus, queis & deſcribit, & lenire intendit Catonem, cum illius ſeveriſsimam authoritatem adversùs Murenam ferventiùs ferri conſpexiſſet: hæc (ni fallor) mentem meam magna ex parte prodent: ſic igitur inquit iàm cum Catone, iàm cum Iudicibus loquens. (c) *Finxit* enim te ipſa natura ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iuſtitiam, ad om-

(c) Cicero. pro L. Murena.

"nes

,, nes denique virtutes magnum hominem, & excelſum: Acceſsit ,, his tot, doctrina non moderata, nec mitis, ſed vt mihi videtur, ,, aſperior & durior, quam aut veritas, aut natura patiatur; & quo- ,, niam non eſt nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita mul- ,, titudine, aut in aliquo conventu agreſtium, audacius paulo de ,, ſtudijs humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & iudicanda ſunt ,, diſputabo. In M. Catone, Iudices, hæc bona, quæ videmus di- ,, vina, & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria; quæ non nunquam ,, requirimus, ea ſunt omnia, non à natura, ſed à Magiſtro: Fuit ,, enim quidam ſummo ingenio Vir Zeno (*Celladæum ſubintelli- ,, ge*) cuius inventorum æmuli ſtoici nominantur; huius ſententię ,, ſunt & præcepta huiuſmodi; Sapientem gratia nunquam move- ,, ri:: Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re fal- ,, li, ſententiam mutare nunquam. Hæc homo ingenioſiſsimus M. ,, Cato, Authoribus eruditiſsimis inductus arripuit, neque diſpu- ,, tandi cauſa, vt magna pars, ſed ità vivendi:: Noſtri autèm illi à ,, Platone, & Ariſtotele moderati homines, & temperati aiunt, ,, apud Sapientem valere aliquando gratiam :: ipſum ſapientem ,, ſæpè aliquid opinari quod neſciat :: quod dixerit, interdum ſi ,, ità rectiùs ſit, mutare; de ſententia decedere aliquando; omnes ,, virtutes mediocritate quadam eſſe moderatas. Hos ad Magiſtros, ,, ſi qua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet, non tu quidem ,, vir melior eſſes, nec fortior, nec temperatior, nec iuſtior (ne- ,, que enim eſſe potes) ſed paulo ad lenitatem *propenſior*. Et quam- vis locum iſtũ claudere poſſem cum eodem Tullio ſic eundem Ca- ,, tonem alloquente. *Quare* noli Cato maiorum inſtituta, quæ res ,, ipſa & diuturnitas imperij comprobat, nimium ſevera oratione ,, *reprehendere*. Nolui tamèn ſilentio prętерire graviſsimam con- gruentiæ rationem, qua eloquentiſsimus hic Rhetor, vt ardorem Catoniani animi adversùs Murenam non nihil temperaret, ob ocu- los exhibet, quam gratus erat conatus ille Catilinæ infenſiſsimo ſuę Reipublicæ hoſti. *Si L. Catilina cum ſuo conſilio nefariorum hominum, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet iudicare, condem- naret L. Murenam, ſi interficere poſſet, occideret.* ——— ——

Cæterum quamvis hoc re ipſa ita ſit, & quantum ad præ- ſens poſſet excogitari, tutò tamen affirmaverim, quod ad ſapien- tiſsimum hunc Magiſtrum attinet, id quod Divus Hieronymus olim protulit, cernens quendam Præſulem, cui magna obſervantiæ ſig-

ſigna exhibet ſpeculativè tuentem ſententiam, cuius oppoſitam praxi ſua, opereque ipſo commendabat. (d) *Vnum eſt quod etiam in præſenti loquar, verbis eum à nobis diſentire, non rebus.*

Talis igitur, ac tanta cum ſit diſſertatio præſens, profectò eſt omni admiratione digniſsima, Magiſtralis ea, immò miraculoſa comprehenſio, qua amiciſsimus Author opere in hoc ſedulò artificio coniunxit cum iudicio ingenium, cum maturitate acumen, cum ſuavitate efficaciam, cum ſubtilitate ſoliditatem, cum perſpicacia profunditatem, cum copia delectum; quodque magis eſt, qua ingentem ac vividam animam tam exiguo corpore incluſit, quin ipſius brevitas, aut claritatem, aut magnitudinem cogitatuum minuat, aut obfuſcet, qui quidem quamvis denſo velut agmine iuncti, mirèque compacti, fulgent tamen ſinguli, emicantque, quin aliorum fulgor, aliorum claritati obſit. Eſt verò miraculo ſimillimum, quod cum liber hic non paſcendis oculis, ſed formandis moribus ſit ſcriptus, invenias tamen hic, nec deſiderès amœnitatem, quantam ſcilicet arenæ huius, in qua deſudat ſancta illa, ſi dici licet, ac religioſa ſiccitas patitur. Quod cum ſpecioſis his, ac prætioſis titulis accedat oportunitas ſumma, qua in præſenti rerum ſerie liber hic editur (quandoquidem hæc in ſcriptis luci publicæ datis maiores conciliat plauſus) (e) affirmare facile auſim, ac ſecurus auguror, tam ingentes, tamque honorificos, hinc Authoris nomen conſequuturum, quod etſi adeò præclari, altique profectò ſint, quos hucuſque Concionatoris verè regij munere eloquentia ſua promeritus eſt, calamus tamen politiſsimus, eoſdem altius ſupra vocis ſphæram efferet. (f)

Quam ob rem muneri iniuncto ſatisfaciens libenter aſſero librum hunc, propoſitionem continere nullam, aut Chriſtianis dogmatibus, aut rectis moribus repugnantem, quin hos dirigit, hoſque erudit iuxta Canones ſanioris, ac prudentioris Theologiæ: atque hinc exactum opus meritò cenſens, non tantum luce publica dignum, ſed etiam maiori æſtimatione, atque honore ſapientum; finiam iam iiſdem vocibus, quibus olim Paulinus Parenti

Auguſ-

(d) Hieronymus adverſus Luciferian.

(e) D. Ambroſ. l. 6. epiſt 62. *Inventa ſapiētiæ in tempore ſunt gratiora nec tam mirāda quæ ſpatio temporis reperiuntur, quam illa quę præſentis fundūtur ingenij vivacitate.*

(f) Trithem. de laudibus ſcriptorum. *Maior eſt ſcriptoris pietas oficio prædicantis, quià illius cum tēpore perit monitio, iſtius perſeverat in annos multos anūtiatio; Prędicator loquitur duntaxat præſentibus; Scriptor prædicat etiam futuris: illius Sermo ſimel auditus in nihilum redigitur; iſtius lectio milleſies repetita nunquam minuitur: Cum Prædicator deficit, ceſſat officium; ſcriptor etiàm mortuus, in volumine Moribus facit inſtitutum.*

Digitized by Google

Auguſtino reſcripſit. (g) *Quam obrem obſecro vos omnes, in quorum manibus liber iſte verſabitur, vt credatis vera eſſe quæ dicimus: nec putet me quiſquam ſtudio amoris aliquid, quod fide careat, poſuiſſe.* Ità equidem aliquid protuli eorum, quæ menti ſe offerunt, quantum ad rationem, materiamque operis ſpectant; quod verò ad ipſius dignitatem pretiumque attinet, quantum omninò ſentio. Sic cenſebam. In hoc Collegio Veræ-Crucis Regalis, àc Militaris Ordinis B. M. de Mercede, Redemptionis Captivorum, Vniverſitatis Salmantinæ 15. Kalend. Ianuarij anno ſalutis 1697.

(g) Paulin. Epiſt. ad Magnum Auguſt. extat apud ipſum tom. 2. eſtque numero 35.

M. Fr. Franciſcus Solis.

PRÆCIPVA ERRATA QVÆ IN HANC APROBATIONEM OBREPSERUNT, ſic corrige.

Fol.	*Pag.*	*Linea*	*Inquit*	*Dicat.*
1.	2.	2.	Et iam.	Etiam.
1.	2.	5.	Tumula.	Tumulare.
2.	1.	13.	Numeris.	Humeris.
2.	2.	17.	Mectitur.	Metitur.
2.	2.	22.	Defendentem.	Deſendentem.
2.	2.	36.	Vt totam.	Vt tot tam.
3.	1.	4.	Appareat	Appareant.
3.	1.	13.	Ijs vt ſuos.	Ijs qui vt ſuos.
3.	2.	26.	Per palam.	Propalàm.
4.	1.	37.	Ne vnius.	Ne vnus.
4.	2.	15.	Sanè	Sanæ
4.	2.	17	Sto.	Eſto.
4.	2.	17	Quanto.	Quando.
5.	2.	17.	Adnectant.	Adnectam.
5.	2.	19.	Conceſre.	Conceſſere.
5.	2.	36.	Omnia.	Omni.
5.	2.	39.	Vt quod aliquis.	Quod vt aliquis.
6.	1.	13.	Supremi.	Supremis.
6.	1.	30.	exiſtimaret.	Exiſtimaret.
6.	2.	8.	Blibiorum.	Bibliorum.
8.	1.	4.	Audiat iterum.	Audiat nos iterum.
8.	1.	8.	Veterum.	Veterem.
8.	[illegible]	[illegible]	Naturæ.	Natura.

§§§§§ LICEN.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS D. FRANCISCO CALDERON DE LA BARCA, por la Gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Obiſpo de Salamanca, del Conſejo de Mageſtad, &c. Por la preſente damos licencia para que ſe imprima vn libro, cuyo titulo es LYDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI CONTRA NVPEROS EIVS PROPVGNATORES, cuyo Autor es el Dr. D. Franciſco de Perea y Porras, Colegial Hueſped en el Mayor de Cuenca de eſta Vniverſidad, &c. Por quanto de mandato, y orden nueſtro, ha ſido viſto, y examinado, y no tiene coſa contra la Santa Fè Catholica, ni buenas coſtumbres. Dada en la Ciudad de Salamanca, y Palacio de nueſtra habitacion à 17. del mes de Enero de 1697. años.

Franciſco, Obiſpo de Salamanca.

Por mandado del Obiſpo mi Señor.
D. Pedro de la Peña.

LIC-

CENSVRA RR. P. M. Ioannis de Palazol, Societatis Ieſu, in Regalibus ſtudijs Collegij Imperialis, apud Matritenſes, Sacræ Theologiæ ſapientiſsimi Profeſſoris, Catholicęque Maieſtatis Caroli II. Hiſpaniarum Regis Concionatoris egregij.

VRGENTE Supremi Caſtellę Senatus iuſsione vidi cenſorio examine (& quis niſi iuſſus, coactusve auderet?) hunc egregium tractatum Theologicum, cuius titulus eſt LYDIUS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI, apprimè elaboratum à præſtantiſsimo Doct. D. Franciſco de Perea & Porras, in Alma Salmanticenſi Academia Toga Chonchenſis Maioris Collegij meritiſsimè inſignito, in illaque celeberrima Vniverſitate, Scientiarum, ingeniorumque matrice, tot ingenij ſui triumphalibus laureis, ſive ex Cathedra ad Magiſterium, ſive in circo ad certamina, ſive ex ſuggeſtu ad conciones notiſsimo, celebratiſsimo.

Opus ſanè numeris omnibus abſolutum, tantoque Authore dignum, qui penè ætate floridus, ſed iam ingenio, & labore ad maiora maturus, veluti alter Ioſeph Patriarcha, non ſomnians, ſed vigilans, ſpicas victricis ſuæ ſapientiæ non tam falce metit, quàm manu ligat in hunc aureum faſciculum, miro acumine vbique coruſcans, copia ſoliditateque argumentorum intentum ſibi propoſitum tractans, diſputans, abſolvens pro li- *Gen. 37.*

§§§§§. 2 cito

cito vſu opinionis minus, ſed certò probabilis contra legem, quæ eo ipſo non eſt ſufficienter promulgata, cùm prudenter dubitamus de eius exiſtentia. Quod, me iudice, innuiſſe videtur Sacer ille textus: *Cunctus populus videbat voces*. Vox ſiquidem legis obligantis quaſi debet inducere naturam lucis oculis ſe videndam præbentis, vt non niſi quando oculis hauritur, ſatis promulgata exiſtimetur. Legem, cuius vocalem lucem, vt ita dicam, oculatiſsimi, prudentiſsimique Doctores non vident, quo iure quis inducat ſatis intimatam ad obligationem? Exod. 20

In toto igitur hoc tractatu pro benigna, antiqua, communique ſententia ferè omnium Theologorum nihil reperio ſtatui, Fidei, boniſque moribus contrarium. Ita cenſeo, ſalvo meliori iudicio. Matriti in hoc Collegio Imperiali Societatis Ieſu, 17. Ianuarij anno 1697.

Ioannes de Palazol.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Doct. D. Franciſco de Perça, Colegial Hueſped en el Mayor de Cuenca en la Vniverſidad de Salamãca, &c. Se nos ha repreſentado aviades cõpueſto vn Libro intitulado LYDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI, SEV DISSERTATIO THEOLOGICA CONTRA NVPEROS EIVS PROPVGNATORES, del qual, con licencia del Ordinario haziades preſentacion; ſuplicandonos, que reſpecto de ſer vtil, y provechoſo, y averos coſtado ſumo desvelo, fueſſemos ſervidos de concederos licencia para poderle imprimir, y Privilegio por diez años, con las calidades, y prohibiciones ordinarias: Y viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la Pragmatica vltimamente hecha, ſobre la impreſsion de los libros, diſpone, ſe acordò dar eſta Nueſtra Cedula. Por la qual os concedemos licencia, y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que han de correr, y contarſe deſde el dia de la fecha de ella, vos, ò la perſona que vueſtro poder huviere, y no otra alguna podais imprimir, y vender el dicho Libro, de que ſe ha hecho mencion por el original que en el nueſtro Conſejo ſe viò, que va rubricado, y firmado al fin de Diego Guerra de Noriega, nueſtro Secretario, y Eſcrivano de Camara, i de los que en èl reſiden, con que antes de venderle le traigais ante ellos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme à èl, y aſsimiſmo traereis fee en publica forma; como por Corrector, por Nos nombrado, ſe viò, y corrigiò la dicha impreſsion por el dicho original, y ſe taſſe el precio à que ſe ha de vender: y mandamos al Impreſſor que imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo Libro con el original al Autor, ò perſona à cuya coſta ſe imprimiere, para efecto de la dicha correccion, haſta que primero eſtè corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtandolo aſsi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta licencia, y la aprobacion, taſſa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en las Pragmaticas, y Leyes deſtos nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda impri-

Digitized by Google

in opinionum trutina propenſio ad proprias ſententias, iudicium nimio ſuo pondere trahit.

Denique: nam cum in hoc examine opus ſit, vt appareat perſpicuè, & manifeſtè veritas ſententiæ benignæ, quæ praxi mandanda eſt, alteriuſque oppoſitæ falſitas; cum deinde impoſſibile videatur, quod in rebus adeò dubijs, AntiThomiſta ſomno non gravatus, aut delirio, firmiſsimè iudicet, quod Angelicus Doctor huiuſque ſapientiſsima Schola falluntur in quotquot ſuæ propriæ opinionibus opponuntur, & quod tantum ſuæ, veritas penitus & radicitus innotuerit; evincitur hinc non fore licitum ipſi, opinioni benignæ etiam ſibi probabiliori, ſe adaptare. Ex quo rurſus fieret in omni eventu ad tutiora teneri; atque hinc clare apparebit ratio, qua ducti ſapientes viri obſervarunt Probabilioriſmum nihil aliud eſſe quam circulum, cuius centrum eſt tutioriſmus.

Atque hinc horum & ſimilium abſurdorum inſpectu, aliud non minoris ponderis ſubinfertur; huiuſmodi autem eſt, quod fateri ſcilicet teneantur adverſarij iuramenta, quibus in Scholis ſeſe obligant Profeſſores ſecuturos ſuos Duces, & Anteſignanos, ſuaſque ſententias defenſuros (quamvis hæc coram vniverſa Eccleſia à primis, Sapientibuſque Magiſtris eandem ſua doctrina illuſtrantibus concipiantur, atque emitantur) eſſe, aut illicita, aut nugatoria: etenim vt in diſcipulo Doctoris Subtilis, qui huius ſententias tuendas emiſſo ſuſcipit iuramento, exemplum afferimus; vel animus quo hic ſe obligat tantundem eſt tuendi eas ſolummodo quas probabiliores iudicaverit; aut etiam quas cenſuerit minus probabiles; aut omnes ad vnam ad maioris probabilitatis gradum evehendi; aut denique omnibus ſuis affectibus conandi, vt omnes ſui Doctoris opiniones meliores & probabiliores ſuo ipſius intellectui videantur?

Si dicatur primum; iuramentum profectò erit nugatorium, quandoquidèm cum illo, & ſine illo, Scotiſta æquè maneret adſtrictus opinionibus Durandi, aut Bachonis. Si ſecundum in vi doctrinæ Antiprobabiliſmi, nequitiæ manifeſtæ, tam ſacro, quantum eſt iuramentum, vinculo ſe ſe adſtringeret. Si aſſeratur tertium; Rurſus inquiro: nàm vel quando iuramentum emiſsit, adhibuerat laborioſiſsimam illam, atque oppidò prolixam diligentiam examinandi, àc rectiſsima trutina perpendendi opiniones omnes eo ſtudio;

Digitized by Google

dio, eo labore, quem adeò prædicant & iniungunt, in huius grauitate, àc ſerietate iudicij, Adverſarij; vel certè iuravit conceptis verbis tali tantoque examine non præeunte? Si hoc ſecundum affirmetur, ſanè iuramentum eſſet valdè temerarium, ſiquidem vno ictu ſententiam ferret tot de rebus, examini non ſubiectis earum cauſis.: Si verò primum; præterquam quod impoſsibile moralitèr apparet, quod omnibus Scotiſtis repræſententur, vt manifeſtò probabiliores, quotquot ſuus Doctor opiniones tuetur, quin vna ſaltèm alicui videatur, aut minus probabilis, aut æquè probabilis, aut probabilior levi diſcrimine reſpectu oppoſitæ, & quin in tam ampla Schola intellectus aliquis exiſtat, qui in hoc iudicio tantiſper nutet; præter hæc, inquam, contra ſe habet, quod cum vix longiſsima vita, capaciſsima mens; ſtudiumque omninò infatigabile ſatis ſit ad faciendum, vt cumque etiàm, & non ex actione multa prædictum examen, tamèn iuramenta hæc emittuntur (vt omnibus propalam eſt) aut ipſis initijs, aut medio fervore Scholaſtici curſus, & pulveris.

Tandem ſi quartum afferatur; licebit ex vna parte, ſacra iuramenti religione profiteri affectu potius, quàm ratione duci in ſententijs illis, quibus mores veniunt regulandi; ex alia verò impoſsibile voluntati non erit intellectum adigere, vt ſeriò exiſtimet, id vnicè eſſe meliùs, quod ſibi placens: quod quidem Antiprobabiliſmo ipſi, quin & rationi, quod magis eſt, apertiſsimè pugnat.

Hinc denique infertur, & apparet contradictio non levis, quam Antiprobabiliſmi placita involvunt, dignam tamèn, vt vel perſtrictim animadverſione non careat: Eſt autèm huiuſmodi, quod nempè facta, poſsibili admodum, immò frequentèr contingenti, hipotheſi, quod Scotiſta, qui in verba & ſententias Magiſtri iuravit, ambigat àn illius aliqua opinio libertati favens probabilior ſit nec nè, ex vno capite non poterit licitè eam docere, praxi vè mandare, & hoc in vi fundamentorum, quæ tantum Adverſarij magnificant; ex alio verò tenebitur eorundem principiorum vi eam amplecti, àc defenſare. Etenim iuxta illos ſemel atque operans dubitet vtra ſit opinio probabilior, tenetur vtique eam ſequi, aut praxi mandare, quæ ipſum ſub legis tutamine, vmbraque conſtituit: igitur vt in huiuſmodi eventu teneatur Scotiſta ſui Doctoris ſentẽtiam ſectari, opus non erit quod illam probabiliorem iudicet, ſed ſat erit ad hoc tantum, quod de maiori probabilitate dubitet,

quam

Digitized by Google

quandoquidem ſtante hoc dubio, prædictam opinionem amplecti, nihil aliud erit, quam legi à ſe facti iuramenti ſeriò obtemperare: quippè licèt quantumcumque reclament adverſarij, quod ſententia contraria Scoti opinioni, in ſimili eventu in favorem legis militaret; quia quidèm ratione, in vi alterius præcepti vniverſalis, ſuperioriſque, obligatio conſurgeret operandi conformitèr ad illam, quotieſcumque de maiori probabilitate alterius ambigeretur: eſto, inquam, hæc dicant, obſtat manifeſtè, quod cum lex hæc vniverſalis, quam ipſi adſtruunt, adeò dubia ſit, quod illam tot tantique ſapientes palam negent; ex oppoſito autèm clara ſit, atque patens iuramenti lex; aliundè verò in concurſu duplicis legis certa manifeſtè prævaleat illi, de qua dubium eſt; videtur abſque dubio Scotiſtam in conſcientia rebus ſic ſtantibus obligari ad ſui Doctoris opinionem tuendam, quamvis hìc & nunc, iuxta Adverſarios, ipſi obijceretur non magis vera, quam falſa.

Graviſsima hæc inconvenientia, atque omni ænigmate magis paradoxa, alijs miſsis, quorum inſinuationem non capit brevitas iſtius ſcripti (prolixi quidèm ſi conſuetum morem cenſuræ inſpicias, pro rerum tamèn dignitate parciſsimi) ingentem quidem admirationem in me excitant, quod videlicet Antiprobabiliſmus, vndè ortum habent, potuerit in ſui propugnationem allicere Viros cum ſapientia, tum pietate præclaros: intuens autem hinc pro cauſa iſta tanto conamine deſudantem RR. Patrem Magiſtrum Thyrſum Gonçalez, Sacræ Societatis Ieſu Generalem Præpoſitum, noſtræque Academiæ Theologiæ Primarium, atque Emeritum Anteceſſorem: Indè verò eiuſdem venerandam perſonam ſuſpiciens ea reverentia, ac demiſsione animi, quæ & ipſius ſublimi dignitati debetur, iureque expoſcunt egregia Viri Sapientia, Zelus Apoſtolicus, & præter exemplares virtutes, ingens ille fructus, quem in noſtra Hiſpania ſuis ferventiſsimis Concionibus Deo retulit, obmuteſcerem ſanè inter obſervantiam, admirationemque multum ambigens, niſi mihi M. Tullij eloquentia præſto eſſet verbis elegantibus, queîs & deſcribit, & lenire intendit Catonem, cum illius ſeveriſsimam authoritatem adversùs Murenam ferventiùs ferri conſpexiſſet: hæc (ni fallor) mentem meam magna ex parte prodent: ſic igitur inquit iàm cum Catone, iàm cum Iudicibus loquens. (c) *Finxit* enim te ipſa natura ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iuſtitiam, ad om- nes

(c) Cicero. pro L. Murena.

Digitized by Google

„ nes deniquè virtutes magnum hominem, & excelſum: Acceſsit
„ his tot, doctrina non moderata, nec mitis, ſed vt mihi videtur,
„ aſperior & durior, quam aut veritas, aut natura patiatur; & quo-
„ niam non eſt nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita mul-
„ titudine, aut in aliquo conventu agreſtium, audacius paulo de
„ ſtudijs humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & iudicanda ſunt
„ diſputabo. In M. Catone, Iudices, hæc bona, quæ videmus di-
„ vina, & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria; quæ non nunquam
„ requirimus, ea ſunt omnia, non à natura, ſed à Magiſtro: Fuit
„ enim quidam ſummo ingenio Vir Zeno (*Celladæum ſubintelli-
„ ge*) cuius inventorum æmuli ſtoici nominantur; huius ſententię
„ ſunt & præcepta huiuſmodi; Sapientem gratia nunquam move-
„ ri:: Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re fal-
„ li, ſententiam mutare nunquam. Hæc homo ingenioſiſsimus M.
„ Cato, Authoribus eruditiſsimis inductus arripuit, neque diſpu-
„ tandi cauſa, vt magna pars, ſed ità vivendi:: Noſtri autèm illi à
„ Platone, & Ariſtotele moderati homines, & temperati aiunt,
„ apud Sapientem valere aliquando gratiam:: ipſum ſapientem
„ ſæpè aliquid opinari quod neſciat:: quod dixerit, interdum ſi
„ ità rectiùs ſit, mutare; de ſententia decedere aliquando; omnes
„ virtutes mediocritate quadam eſſe moderatas. Hos ad Magiſtros,
„ ſi qua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet, non tu quidem
„ vir melior eſſes, nec fortior, nec temperatior, nec iuſtior (ne-
„ que enim eſſe potes) ſed paulo ad lenitatem *propenſior*. Et quam-
vis locum iſtũ claudere poſſem cum eodem Tullio ſic eundem Ca-
„ tonem alloquente. *Quare* noli Cato maiorum inſtituta, quæ res
„ ipſa & diuturnitas imperij comprobat, nimium ſevera oratione
„ *reprehendere*. Nolui tamèn ſilentio pręterire graviſsimam con-
gruentiæ rationem, qua eloquentiſsimus hic Rhetor, vt ardorem
Catoniani animi adversùs Murenam non nihil temperaret, ob ocu-
los exhibet, quam gratus erat conatus ille Catilinæ infenſiſsimo
ſuę Reipublicæ hoſti. *Si L. Catilina cum ſuo conſilio nefariorum
hominum, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet iudicare, condem-
naret L. Murenam, ſi interficere poſſet, occideret.*

Cæterum quamvis hoc re ipſa ita ſit, & quantum ad præ-
ſens poſſet excogitari, tutò tamen affirmaverim, quod ad ſapien-
tiſsimum hunc Magiſtrum attinet, id, quod Divus Hieronymus
olim protulit, cernens quendam Præſulem, cui magna obſervantiæ
ſig-

ſigna exhibet ſpeculativè tuentem ſententiam, cuius oppoſitam praxi ſua, opereque ipſo commendabat. (d) *Vnum eſt quod etiam in præſenti loquar, verbis eum à nobis diſentire, non rebus.*

Talis igitur, ac tanta cum ſit diſſertatio præſens, profectò eſt omni admiratione dignisſima, Magiſtralis ea, immò miraculoſa comprehenſio, qua amicisſimus Author opere in hoc ſedulo artificio coniunxit cum iudicio ingenium, cum maturitate acumen, cum ſuavitate efficaciam, cum ſubtilitate ſoliditatem, cum perſpicacia profunditatem, cum copia delectum; quodque magis eſt, qua ingentem ac vividam animam tam exiguo corpore incluſit, quin ipſius brevitas, aut claritatem, aut magnitudinem cogitatuum minuat, aut obfuſcet, qui quidem quamvis denſo velut agmine iuncti, mirèque compacti, fulgent tamen ſinguli, emicantque, quin aliorum fulgor, aliorum claritati obſit. Eſt verò miraculo ſimillimum, quod cum liber hic non paſcendis oculis, ſed formandis moribus ſit ſcriptus, invenias tamen hic, nec deſiderес amænitatem, quantam ſcilicet arenæ huius, in qua deſudat ſancta illa, ſi dici licet, ac religioſa ſiccitas patitur. Quod cum ſpecioſis his, ac prætioſis titulis accedat oportunitas ſumma, qua in præſenti rerum ſerie liber hic editur (quandoquidem hæc in ſcriptis luci publicæ datis maiores conciliat plauſus) (e) affirmare facile auſim, ac ſecurus auguror, tam ingentes, tamque honorificos, hinc Authoris nomen conſequuturum, quod etſi adeò præclari, altique profectò ſint, quos hucuſque Concionatoris verè regij munere eloquentia ſua promeritus eſt, calamus tamen politisſimus, eoſdem altius ſupra vocis ſphæram efferet. (f)

Quam ob rem muneri iniuncto ſatisfaciens libenter aſſero librum hunc, propoſitionem continere nullam, aut Chriſtianis dogmatibus, aut rectis moribus repugnantem, quin hos dirigit, hoſque erudit iuxta Canones ſanioris, ac prudentioris Theologiæ: atque hinc exactum opus merito cenſens, non tantum luce publica dignum, ſed etiam maiori æſtimatione, atque honore ſapientum; finiam iam iiſdem vocibus, quibus olim Paulinus Parenti Auguſ-

(d) Hieronymus adverſus Luciferian.

(e) D. Ambroſ. l. 6. epiſt 62. *Inventa ſapiētiæ in tempore ſunt gratiora nec tam mirāda quæ ſpatio temporis reperiuntur, quam illa quę præſentis fundūtur ingenij vivacitate.*

(f) Trithem. de laudibus ſcriptorum. *Maior eſt ſcriptoris pietas oficio prædicantis, quià illius cum tēpore perit monitio, iſtius perſeverat in annos multos anūtiatio; Prędicator loquitur duntaxat præſentibus; Scriptor prædicat etiam futuris: illius Sermo ſimel auditus in nihilum redigitur; iſtius lectio milleſies repetita nunquam minuitur: Cum Prædicator deficit, ceſſat officium; ſcriptor etiàm mortuus, in volumine Moribus facit inſtitutum.*

Auguſtino reſcripſit. (g) *Quam obrem obſecro vos omnes, in quorum manibus liber iſte verſabitur, vt credatis vera eſſe quæ dicimus: nec putet me quiſquam ſtudio amoris aliquid, quod fide careat, poſuiſſe.* Ità equidem aliquid protuli eorum, quæ menti ſe offerunt, quantum ad rationem, materiamque operis ſpectant; quod verò ad ipſius dignitatem pretiumque attinet, quantum omninò ſentio. Sic cenſebam. In hoc Collegio Veræ-Crucis Regalis, àc Militaris Ordinis B. M. de Mercede, Redemptionis Captivorum, Vniverſitatis Salmantinæ 15. Kalend. Ianuarij anno ſalutis 1697.

(g) Paulin. Epiſt. ad Magnum Auguſt. extat apud ipſum tom. 2. eſtque numerò 35.

M. Fr. Franciſcus Solis.

PRÆCIPVA ERRATA QVÆ IN HANC APROBATIONEM OBREPSERUNT, ſic corrige.

Fol.	*Pag.*	*Linea*	*Inquit*	*Dicat.*
1.	2.	2.	Et iam.	Etiam.
1.	2.	5.	Tumula.	Tumulare.
2.	1.	13.	Numeris.	Humeris.
2.	2.	17.	Mectitur.	Metitur.
2.	2.	22.	Defendentem.	Deſendentem.
2.	2.	36.	Vt totam.	Vt tot tam.
3.	1.	4.	Apparear	Appareant.
3.	1.	13.	Ijs vt ſuos.	Ijs qui vt ſuos.
3.	2.	26.	Per palam.	Propalàm.
4.	1.	37.	Ne vnius.	Ne vnus.
4.	2.	15.	Sanè	Sanæ
4.	2.	17	Sto.	Eſto.
4.	2.	17	Quanto.	Quando.
5.	2.	17.	Adnectant.	Adnectam.
5.	2.	19.	Conceſre.	Conceſſere.
5.	2.	36.	Omnia.	Omni.
5.	2.	39.	Vt quod aliquis.	Quod vt aliquis.
6.	1.	13.	Supremi.	Supremis.
6.	1.	30.	exiſlimaret.	Exiſtimaret.
6.	2.	8.	Blibiotum.	Bibliorum.
8.	1.	4.	Audiat iterum.	Audiat nos iterum.
8.	1.	8.	Veterum.	Veterem.
8.	[illegible]	[illegible]	Naturæ.	Natura.

§§§§§ LICEN.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS D. FRANCISCO CALDERON DE LA BARCA, por la Gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Obiſpo de Salamanca, del Conſejo de Mageſtad, &c. Por la preſente damos licencia para que ſe imprima vn libro, cuyo titulo es LYDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI CONTRA NVPEROS EIVS PROPVGNATORES, cuyo Autor es el Dr. D. Franciſco de Perea y Porras, Colegial Hueſped en el Mayor de Cuenca de eſta Vniverſidad, &c. Por quanto de mandato, y orden nueſtro, ha ſido viſto, y examinado, y no tiene coſa contra la Santa Fè Catholica, ni buenas coſtumbres. Dada en la Ciudad de Salamanca, y Palacio de nueſtra habitacion à 17. del mes de Enero de 1697. años.

Franciſco, Obiſpo de Salamanca.

Por mandado del Obiſpo mi Señor.
D. Pedro de la Peña.

LEN-

Digitized by Google

CENSVRA RR. P. M. Ioannis de Palazol, Societatis Ieſu, in Regalibus ſtudijs Collegij Imperialis, apud Matritenſes, Sacræ Theologiæ ſapientiſsimi Profeſſoris, Catholiceque Maieſtatis Caroli II. Hiſpaniarum Regis Concionatoris egregij.

VRGENTE Supremi Caſtellę Senatus iuſsione vidi cenſorio examine (& quis niſi iuſſus, coactusve auderet?) hunc egregium tractatum Theologicum, cuius titulus eſt LYDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI, apprimè elaboratum à præſtantiſsimo Doct. D. Franciſco de Perea & Porras, in Alma Salmanticenſi Academia Toga Chonchenſis Maioris Collegij meritiſsimè inſignito, in illaque celeberrima Vniverſitate, Scientiarum, ingeniorumque matrice, tot ingenij ſui triumphalibus laureis, ſive ex Cathedra ad Magiſterium, ſive in circo ad certamina, ſive ex ſuggeſtu ad conciones notiſsimo, celebratiſsimo.

Opus ſane numeris omnibus abſolutum, tantoque Authore dignum, qui penè ætate floridus, ſed iam ingenio, & labore ad maiora maturus, veluti alter Ioſeph Patriarcha, non ſomnians, *Gen. 37.* ſed vigilans, ſpicas victricis ſuæ ſapientiæ non tam falce metit, quàm manu ligat in hunc aureum faſciculum, miro acumine vbique coruſcans, copia ſoliditateque argumentorum intentum ſibi propoſitum tractans, diſputans, abſolvens pro li-

§§§§§. 2 cito

Digitized by Google

cito vſu opinionis minus, ſed certò probabilis contra legem, quæ eo ipſo non eſt ſufficienter promulgata, cùm prudenter dubitamus de eius exiſtentia. Quod, me iudice, innuiſſe videtur Sacer ille textus: *Cunctus populus videbat voces*. Vox ſiquidem legis obligantis quaſi debet inducere naturam lucis oculis ſe videndam præbentis, vt non niſi quando oculis hauritur, ſatis promulgata exiſtimetur. Legem, cuius vocalem lucem, vt ita dicam, oculatiſsimi, prudentiſsimique Doctores non vident, quo iure quis inducat ſatis intimatam ad obligationem? Exod. 20

In toto igitur hoc tractatu pro benigna, antiqua, communique ſententia ferè omnium Theologorum nihil reperio ſtatui, Fidei, boniſque moribus contrarium. Ita cenſeo, ſalvo meliori iudicio. Matriti in hoc Collegio Imperiali Societatis Ieſu. 17. Ianuarij anno 1697.

Ioannes de Palazol.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Doct. D. Franciſco de Perea, Colegial Huesped en el Mayor de Cuenca en la Vniverſidad de Salamãca, &c. Se nos ha repreſentado aviades cõpueſto vn Libro intitulado LVDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI, SEV DISSERTATIO THEOLOGICA CONTRA NVPEROS EIVS PROPVGNATORES, del qual, con licencia del Ordinario haziades preſentacion; ſuplicandonos, que reſpecto de ſer vtil, y provechoſo, y averos coſtado ſumo deſvelo, fueſſemos ſervidos de concederos licencia para poderle imprimir, y Privilegio por diez años, con las calidades, y prohibiciones ordinarias: Y viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la Pragmatica vltimamente hecha, ſobre la impreſsion de los libros, diſpone, ſe acordò dar eſta Nueſtra Cedula. Por la qual os concedemos licencia, y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que han de correr, y contarſe deſde el dia de la fecha de ella, vos, ò la perſona que vueſtro poder huviere, y no otra alguna podais imprimir, y vender el dicho Libro, de que ſe ha hecho mencion por el original que en el nueſtro Conſejo ſe viò, que va rubricado, y firmado al fin de Diego Guerra de Noriega, nueſtro Secretario, y Eſcrivano de Camara, i de los que en èl reſiden, con que antes de venderle le traigais ante ellos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme à èl, y aſimiſmo traereis fee en publica forma; como por Corrector, por Nos nombrado, ſe viò, y corrigiò la dicha impreſsion por el dicho original, y ſe taſſe el precio à que ſe ha de vender: y mandamos al Impreſſor que imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo Libro con el original al Autor, ò perſona à cuya coſta ſe imprimiere, para efecto de la dicha correccion, haſta que primero eſtè corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtandolo aſsi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta licencia, y la aprobacion, taſſa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en las Pragmaticas, y Leyes deſtos nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda impri-

Digitized by Google

imprimir el dicho libro, pena, que el que lo imprimiere, aya perdido, y pierda todos, y qualeſquier Libros, moldes, y aparejos que tuviere dèl, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, y ſea la tercia parte de ellos para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el Juez que lo ſentenciare, y la otra para el denunciador. Y mandamos à los del nueſtro Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, Aſiſtentes, Governadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Juezes, y Juſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de eſtos nueſtros Reynos, y Señorios, y à cada vno, y qualquier de ellos en ſu diſtrito, y juriſdicion, vean, guarden, cumplan, y executen, y hagan guardar, cumplir, y executar eſta nueſtra Cedula, y todo lo en ella contenido, y contra ſu tenor, y forma no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en manera alguna, pena de la nueſtra merced, y de cinquenta mil maravedis para la nueſtra Camara. Dada en Madrid à treinta y vn dias del mes de Enero de mil y ſeiſcientos y noventa y ſiete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey Nueſtro Señor,
D. Franciſco Nicolàs de Caſtro,

ERRA-

ERRATA

SIC CORRIGE.

PAgina 22. columna 2. linea 36. operationem, lege operatio-
nem.
Pag. 29. col. 1. lin. 15. invencibilis; leg. invincibilis.
Pag. 51. col. 2. lin. 24. ſtabilior; leg. ſtabilio.
Pag. 65. col. 2. lin. 15. ſect. 26. leg. 27.
Pag. 99. col. 2. lin. 12. duditet; leg. dubitet.
Pag. 157. col. 2. lin. 35. diſp. 8. leg. 7.
Pag. 162. col. 2. lin. 14. Thomiſta; leg. Thomiſtas.
Pag. 163. col. 1. lin. 16. n. 306. leg. 305.
Ibi col. 2. lin. 26. n. 307. leg. 306.
Pag. 231. col. 1. lin. 24. demonſtat; leg. demonſtrat.
Pag. 238. col. 1. lin. 10. n. 425. leg. 424.
Pag. 242. col. 2. lin. 17. ſeb; leg. ſed.
Pag. 244. col. 1. lin. 27. dubio; leg. bibio.

Ex commiſsione Supremi Caſtellæ Senatus vidi Librum, cuius titulus eſt Lidius Lapis Recentis Antiprobabiliſmi, *demptiſque his erroribus ſuo exemplari fideliter reſpondet. Dat. Matriti. Die 7. Auguſti. Anno 1697.*

Lic. D. Simon Ioſephus de Olivares, & Balcazar.

TASSA

TASSA

DIEGO Guerra de Noriega, Secretario del Rey Nueſtro Señor, y ſu Secretario de Camara de los que reſiden en el Conſejo, certifico que aviendoſe viſto por los Señores de él, vn libro intitulado LIDIVS LAPIS RECENTIS ANTIPROBABILISMI, compueſto por el Doct. D. Franciſco de Perea y Porras, Colegial Hueſped en el Mayor de Cuenca de la Vniverſidad de Salamãca, &c. (que con liencia de dichos Señores ha ſido impreſſo) taſſaron à ocho maravedis cada pliego; á cuyo precio mandaron ſe vendieſe, y no à mas, ſegun conſta del Decreto original que queda en eſte Oficio, à que me remito; y para que conſte doy la preſente en Madrid à ocho de Agoſto de mil ſeiſcientos y noventa y ſiete años.

Diego Guerra de Noriega.

INTRO-

INTRODVCTIO
AD DISPVTATIONEM.

DE Philoſophicis lucubrationibus (quas anno 1685. in Regali Grannatenſi Vniverſitate; & anno 1688. in hac Scientiarum Principe ac verè Regia, & Primaria Salmantina Academia Diſcipulis è ſuggeſtu dictavi) expoliendis, & in lucem publicam emittendis cogitanti mihi, veluti ex inopinato occurrit, obrepſitque auribus fragor ille hactenus inauditus in Hiſpania noſtra circa Probabilitatem Opinionum ad regulam Morum ſpectantium. Diſputationem illam primum apud Lovanienſes agitari, deindè verò per totum Belgium, Galliamque turbas miſſere, diſsidiaque excitare, faventibus parti Rigidiori, aut ſolis, aut plerunque Janſeniſtis, iàm diù vulgaverat fama. Cum ecce Viri Catholici, neque ex poſtremo Ordine, & gradu Eccleſiæ, eam vbique intentare litem; eorumque nonnulli ſeverioris ſententiæ patrocinium ſuſcipere, alijs ex adverſò reclamātibus aggreſi ſunt. Inceſsit eapropter animum meum vehemens cupido rem iſtam altius evolvendi, eo quidem ardentius, & iucundius quo pro nova, illa prætenſaque opinandi auſteritate, militare, totiſque ingenij & authoritatis viribus pugnare Reverendiſsimum P. Mag. Thyrſum Gonçalez, in hac Vniverſitate olim celeberrimum Primarium, nunc verò Societatis Ieſu Præpoſitum Generalem, notum iàm cunctis, & plus nimio decantatum, & divulgatum erat. Id profectò tum alijs, tum etiàm mihi non potuit mirum non videri;

Cur enim Vir doctus & eruditus, & Apoſtolico concionandi muneri, excipiendis Confeſsionibus, ſedandiſque animorum ſcrupulis iàm diù aſſuetus, & in privatis conſilijs non ſolum ſuavis, & benignus, ſed etiàm præ reliquis Communis Sentētię Sectatoribus, ſuavior vbique; longeque liberalior, aſperam non ſolum ſuis Jeſuitis, ſed Thomiſtis, & Scotiſtis ferè omnibus inviſam opinandi viam iniret, & tanto cum impetu ſequeretur, haud facile poterat inveſtigari.

OCCASIO, CAVSAQVE *ſcribendi.*

SED Ecce ſuum Theologiæ Moralis Fundamentū Typis Romanis excuſum primum apparuit. At; vbi ventum eſt ad illius Operis Diſſertationē Secundam, mirabilior viſa mihi eſt, & prorſus inſperata rerum viciſsitudo; ibi enim profitetur RR. Author, ſe nec latum vnguem diſcrepare à graviſsimis tam huius, quàm præcedentis Sæculi Scriptoribus; & quod caput eſt, ab Eximio meo Grannatenſi Doctore Patre Franciſco Suarez, quem & ſummi Eccleſiæ Pontifices Paulus V. & Alexander VII. & quotquot in re litteraria laudem promeruerunt aliquam, meritiſsimis encomijs, & debita tanto Sapientiæ Oraculo veneratione proſequuti ſunt. Et ego quidem quantuluſcumque ſeu in Philoſophicis, ſeu in Theologicis ſtudijs profeci, acceptum refero tanto Magiſtro, àc Duci meo, cuius non ſolùm Patrium Grannatenſe Solum commune mihi fuit, ſed etiàm Nobiliſsima Domus ipſius natalicia, quondam in eius ortu novi Syderis ſplendoribus ſuperfuſa; ea namque degebam in æde, cum ad Salmanticenſem Academiam, meumque Maius Conchenſe Collegiū evocatus ſum, Clariſsimi Viri (tam Salmanticæ, quam meæ Patriæ Ornamenti) aut ſapientiam, vel èlonginquò æmulaturus, aut ei addictiſsimus ſaltèm Diſcipulus evaſurus. Quid ergò ſupererat, niſi vt manibus, pedibuſque irē, convolaremque ad caſtra RR. Thyrſi, è latere Eximij Doctoris non diſsidentis? Verum hæc mihi potiſsima ſcribendi ratio, & occaſio fuit adverſus hunc RR. Patrem, quod Eximium Doctorem Benignæ Probabiliſtarum Sententiæ ſubripere tentarit; & firmiſsimam illius mentem, àc doctrinam in ſenſum planè alienum, & Cœlo toto adverſum incredibili quadam, àc propemodum arbitraria interpretatione abire coegerit. Id multis luculentis oſtendam locis, & præſertim tota Sectione 34. huius Operis, quod Lydij Lapidis nomenclatura ideò inſigniri placuit; vt liquidò conſtet, quid inter affectatam

tam

Digitized by Google

tam tantum veritatis vocem, & veritatem ipſam interſit diſcriminis; quantum ſophiſtica à ſolidis diſtent ratiocinijs; quantum denique veræ Sapientiæ, àc pietatis aurum, ab aurichalco diſcrepet, & ab illo prætenſæ reformationis ſpecioſo quidem, ſed fucato prætextu, quo Proſper Fagnano vtriuſqueIurisProfeſſor; Ioannes Gonet Dominicanus in Academia Burdegalenſi Anteceſſor; RR. P. Fr. Franciſcus Palanco, in hoc ſuo Minimorum Salmantino Collegio Primarius, & RR. P. Thomas Munieſſa Societatis Ieſu, àc Aragoniæ Provinciæ Moderator, adverſus ſanam & Catholicam in Eccleſiaque receptiſsimam Probabiliſtarum doctrinam plenis buccis crepare audent. Contra hos ego bellum præcipuè & libentius ſuſciperem, quam contra RR. Thyrſum, non more illorum ferino, & ſtrendente, ſed ſtylo humano, temperato, & modeſto ſuum Antiprobabiliſmum propugnantem. Sed adeò gravis eſt in noſtra Hiſpania & Romana Curia Authoritas RR. Thyrſi, vt tantus Author cum primis impugnandus ſit, ne recens Antiprobabiliſmus in Hiſpaniam erumpens, eius patrocinio forte nimis fidens gloriabundus permaneat contra tot, tamque ſapientes ex omni Schola, Ordine, & gradu Magiſtros; & præſertim in Controverſia adeò ad Animarum ſalutem ſpectante: „ *Mihi* credite, Iudices, (aiebat „ Cicero pro L. Murena) in hac „ cauſa non ſolum de L. Murenæ, verumetiàm de veſtra ſalute ſententiam feretis. Non ſolum minuenda non ſunt auxilia „ quæ habemus: ſed etiàm nova, „ ſi fieri poſsit comparanda. Adverſarius eſt enim, (Dij „ immortales!! Sine gemitu „ hoc dici non poteſt:) in illo „ Sacrario Reipublicæ, in ipſa, „ inquam, Curia non nemo Adverſarius eſt. Ego TOGATVS, „ vobis, boniſque omnibus adiutoribus, hoc quod conceptum „ Reipublicæ periculum parturit, conſilio diſcutiam, & *comprimam*.

PRÆAMBVLÆ OBSERVAtiones.

ANTE Omnia vero viam Diſputationi ſternere, & aperire iuvat; pauculaque ex multis in decurſu firmandis præmittere, ne velut idiomatis ignari, in novam Provinciam pedem inferre videamur. Principio itaque pręſciri oportet quid ſit opinio probabilis; & ne velut in ipſo limine offendamus, loquar de re iſta cum RR. Thyrſo Diſſert. 1. num 27. ſic aiente. *Dari* „ opinionem verè & certò probabilem abſolute & in ſe de „ honeſtate, vel licentia actus, ni-

Digitized by Google

,, hil aliud eſſe re ipſa, & ſecluſa
,, contentione de nomine, quam
,, aliquos Viros probos, & ſa-
,, pientes poſt diligentem verita-
,, tis inquiſitionem, ideſt poſt
,, accuratum ſtudium, & diligens
,, examen rationum & funda-
,, mentorum pro vna & altera
,, parte, citra paſsionem & cul-
,, pam iudicaſſe illum actum eſ-
,, ſe honeſtum, vel ſaltem lici-
,, tum, vel Lege Divina non pro-
,, hibitum; ob fundamenta quæ
,, illis viſa ſunt magna, & gravia,
,, ac digna impetrare aſſenſum
,, ab homine perito & *prudente.*
Addit præterea, dummodo contra illam ſententiam; non ſit poſtea inventum aliquod argumentum, quod communiter apud doctos, illam ſententiam de falſitate convincat, nec prodierit aliquod Eccleſiæ decretum, quo illa doctrina afficiatur nota aliqua. Vbi planè & meritò fatetur opinionem olim probabilem, ſivè pro lege, ſivè pro libertate, tractu temporis migrare ad improbabilem poſſe.

Ex quo principio multa declaranda, & addiſcenda veniunt. Primò addiſcendum venit, motiva gravia opinionis probabilis aſſerentis licitum eſſe hunc contractum v. g. alia eſſe intrinſeca, ſcilicet rationes erutas ex ipſis principijs naturalibus eam materiam concernentibus; alia vero extrinſeca, ſcilicet authoritatem Eccleſiæ, vel etiam Doctorum, eorum præſertim illuſtrium, qui rem illam libratis hinc, indè momentis definierunt. Ideò ab omnibus probatur illud effatum Ariſtotelis 1. Topic. cap. 1. ſic aien-
,, tis: *Ea* ſunt probabilia, quæ
,, videntur omnibus, aut pluri-
,, bus, vel ſapientioribus; & ijs
,, vel omnibus, vel plurimis, vel
,, maximè notis, & *illuſtribus*:
quo itaque vel illuſtriores, vel accuratiores, vel cæteris paribus, plures Authores habet vna ſententia, eo graviori fundamento ſubnixa, atque item probabilior reputanda eſt.

Secundò venit addiſcendum duplicem ſtatum habere poſſe apud intellectum noſtrum opinionem probabilem; ſubiectivum videlicet, & obiectivum. Quando aliquis ob motiva gravia authoritatis, & rationis aſſentitur, affirmatque contractum illum non eſſe in ſe malum; tunc habet ſubiectivè & formaliter opinionem; talemque proculdubiò habuerunt Authores illi, de quibus nuper mentio facta eſt, quando poſt diligentem inquiſitionem ſuas vnuſquiſque pronuntiavit ſententias. Vnde meritò probatur Doctiſsimus, & in re iſta enucleanda felicisſimus, & cæterorum facile Princeps Pater Antonius Terillus Societatis Ieſu, ſic definiens opinionem probabilem quæſt. 2. de Conſcientia

num,

Digitized by Google

„ num 41 *Opinio* probabilis eſt, „ iudicium abſolutum de aliquo „ obiecto, ſed incertum inni- „ xum motivo, cui homo irre- „ prehẽſibiliter aſſenſum *præbet*: quam etiam definitionem laudat RR. Thyrſus, approbatque verbis ſi non eiſdem, ſenſum tamen eundem præſeferentibus.

Obiectivè autem exiſtit opinio probabilis in noſtro intellectu; quando nihil de natura memorati illius contractus decidimus; ſed tamen agnoſcimus eos qui dicunt illum in ſe licitum eſſe, niti gravibus fundamentis tum intrinſecis, tum extrinſecis, & nullo in contrarium convincente argumento debilitatis. Tunc ſiquidem ea opinio probabilis eſt obiectum cognitum, atque ita obiective exiſtens in noſtro intellectu affirmante eius probabilitatem, quidquid ſit de veritate, à qua præſcindit.

Tertiò addiſcendum venit, quo iure duæ opiniones contradictoriæ circa licitum, & illicitum præfati contractus in ſe, non poſsint exiſtere ſimul in eodem intellectu ſubiectivè; facile tamen obiectivè. Non ſubiectivè: ſic enim aſſentiretur intellectus ſimul & ſemel duobus contradictorijs, diceretque contractus hic in ſe talis eſt; & in ſe talis non eſt; quod implicat eſſe, atque etiàm ab homine ſui compote affirmari. Bene tamen obiectivè; nàm contigere poteſt, & ſæpe ità comparatum eſt; vt homines poſt diligentem rerum inquiſitionem, inculpatè abeant in ſententias ex diametrò oppoſitas, gravibuſque authoritate, & rationibus ſuffultas. Id autem quicunque cognoſcit, duas profecto opiniones probabiles habet in mente ſua ſimul exiſtentes obiectivè!

Quartò addiſcendum venit ſæpe intellectum eſſe poſſe incertum de veritate circa naturam intrinſecam illius contractus; & tamen certum de probabilitate duplicis ſententiæ, quarum vna dicit illum eſſe vſurarium ob gravia motiva, & Authores; altera vero dicit non eſſe vſurariũ, ſed innocentem, & iuſtum ob gravia etiam motiva & Authores. Cumque gravitas motivorum, & Authorum ſuos habeat gradus, nec in indiviſibili conſiſtat, exindè fit aliquãdo ſententias oppoſitas, habere æqualem gradum probabilitatis; & eſſe æquè vtrinque probabiles; aliquando vero vnam eſſe probabiliorem alia; quia nimirum illam excedit in gravitate motivorum, quæ ratio & authoritas ſubminiſtrat.

Creſcere eouſquè poteſt exceſſus iſte adeo notabiliter, ſenſibiliterque, vt probabilitatem alterius partis penitus obruat & extinguat, ita quidem vt intellectus nec illi aſſentiri poſsit, nec

pro-

probabilem illam in poſterum reputare. Id quod vel ex ipſis Probabiliſtis cautiſsimè, & prudenter obſervatum, teſtatumque voluit P. Tamburinus lib. 3. in Decalog. cap. 3. §. 3. num. 11. in hunc „ modum : *Modo* maior probabilitas alterius dictæ partis „ non ſit tanta, vt deijciat à probabilitate, illam oppoſitam, „ quia tunc expulſa iam probabilitate non eſt mirum, ſi „ inclinari ad aſſentiendum illi „ oppoſitæ nequeat prudenter „ *intellectus*.

DISPVTATIONIS SENSVS, & ſcopus.

ATque hinc vt arbitror, iam in aperto poſitus eſt ſenſus, & ſcopus præſentis Controverſiæ. Ea igitur inquirit, an vt quis tutò, & abſque peccato vllo formali contra Deum, ſuam efformet conſcientiam, exerceatque actionem aliquam, ſatis ſit quod videat dari Opinionem probabilem affirmantem actionem exercendam innoxiam, & innocentem eſſe; licèt videat inſimul aliã adeſſe Opinionem æquè, aut magis (modo dicto) probabilem, quæ aſſerit oppoſitum? An potius neceſſarium ſit quod operaturus directè, ſubiectivè, & formaliter aſſentiatur ex motivis ſibi notabiliter, & ſenſibiliter probabilioribus, & prævalentibus actionem exercendam eſſe in ſe innoxiam & licitam? Illud primum conſtanter tuentur omnes Scholæ cum ſuis Magiſtris frequentiſsimè. Illud autem negant pauci Recentiores quorum numerum implent Ianſeniani, & de Ianſeniſmo ſuſpecti. Quibus tamen in hac parte acceſſerunt Viri Catholici primum Lobanienſium rigorem vel mitigantes, vel reſpuentes. Quos inter eminet RR. Thyrſus, qui ſecundum, nitaperque explicatum ſentiendi, & aſſentiendi modum ingentibus conatibus amplectitur; in illum que alios Authores non ſolum antiquos, & ſuboſcurè loquutos, ſed etiam Recentes, & exploratiſsimos Probabiliſtas, adducere conatur, vel potius cogere invitos, & reluctantes compellere; vt Diſſertationẽ eius ſecundam ſincerè conſideranti apparebit.

Modò autem vt alios prætercam, libet audire duos ab illo relatos, quos, ait, ſuo ſubſcribere Antiprobabiliſmo aſſerenti neminem licitè operari niſi ex ſua propria ſententia ſubiectivè, & formaliter ex motivis ſenſibilitèr prævalentibus affirmet actionem eſſe in ſe innocentem; ita vt non ſufficiat habere obiectivè in mẽte opinionem probabilem aliorum id aſſerẽtem; nec certè cognoſcere dari opinionem aliorum probabilem, & fundatam. Sic ſentire exiſtimat RR. Thyrſus diſ-

Diſſert.2.num.16. Ioannem Bap-
tiſtam Harquetti Dominicanum,
eo quod dixerit in Controverſo-
rio Theologico in 1.2. Controv.
,, 14. *Vtrum* liceat ſequi opinio-
,, nem minus probabilem, etiam
,, relicta probabiliori, & magis
,, tuta? Dico licitum eſſe ſequi in
,, praxi opinionem minus pro-
,, babilem, & minus tutam, ſive
,, propriam, ſive alienā dummo-
,, dò ſit ſimpliciter *probabilis*.
Similia profert Petrus Cornejo
Carmelitanus 1.2.tract.8.Diſp.
,, 3. dub. 6. inquiens: *Licitum*
,, eſt ſequi opinionē minus pro-
,, babilem, & minus tutam, ſi-
,, ve propriā, ſive alienā, dummo-
,, do ſit ſimpliciter *probabilis*.
Hos Authores, alioſque eodem
fermè ore loquutos, relatoſque à
RR. Thyrſo, manifeſtiſsimè ei
adverſari quis non videat? Ipſe
enim docet ſolum licere ſequi
propriam, directamque ſenten-
tiam ſubiectivè, & phiſicè exiſ-
tentem in noſtro intellectu; illi
autem expreſsiſsimè docent licere
ſequi alienam. Et tamen RR.
Thyrſus ex præfatis verbis eos ſi-
bi plane favere vult; & intrepidè
decernit. Si ita eſt; ſi cum his
Authoribus ſincerè & ex animo
conſentit RR. Pater, nihil diſsi-
dij inter illum, & germanos Pro-
babiliſtas ſupererit; noſque ip-
ſi magnoperè gratulabimur eo
quod Venerabili tot Theologo-
rum authoritati, & opinioni ſuum
calculum addiderit. At cùm acri-
tèr inſectetur eos, qui in praxi ſe
conformant alienis opinionibus,
quantumvis agnoſcant eſſe pro-
babiles: cumque vniverſaliter
pronuntiet, inter duas opiniones
ſuis argumentis, & authoribus
æquè probabiles, illicitum eſſe
ſequi Benignam, quia intellectus
non poteſt ei aſſentiendo reddere
illam propriam; ego quidem om-
nino non percipio quomodo niſi
contradictoria docendo aſſentiri
poſsit RR. Pater ijs, qui ſtatuunt
licitum eſſe ſuam efformare conſ-
cientiam iuxta ſententiam pro-
babilem alienam.

Sed quoniam de Authori-
bus redibit iterum ſermo, atque
etiam de varietate Sententiarum
in quas ſe ipſum veluti diſcerpit
Antiprobabiliſmus; idcirco rem
ipſam cominùs aggredi, proclivè
iam & neceſſarium eſt, non RR.
Thyrſum in hac materia rigidiſ-
ſimè diſcurrentem ſequendo, ſed
meum Eximium Doctorem be-
nigniſsimè, ac ſapientèr edocen-
,, tem comitando. *Igitur* iam
,, clauſulam (aiebat Seneca lib.
,, 2. Epiſt. 11.) Epiſtola poſcit.
,, Accipe, & quidem, vtilem, &
,, ſalutarem, quam te affigere
,, animo volo. Aliquis Vir bonus
,, nobis eligendus eſt. Elige ita-
,, que Catonem, ſi hic videtur
,, tibi nimis rigidus, elige remiſ-
,, ſioris animi Virum Lęliū, elige
,, eū cuius tibi placuit & vita, &

ora-

Digitized by Google

„ oratio , & ipſius animum antè
„ te ferens, & vultus, illũ ſemper
„ tibi oſtende , vel cuſtodem, vel
„ exemplum. Opus eſt, inquam,
„ aliquo , ad quem mores noſtri
„ ſe ipſi erigant. Niſi ad regulam
„ prava non *corriges*.

PROTESTATIO.

AST liberiori via vt decurrat Controverſia duo præcipit oſendicula removere Religio, atque Iuſtitia. Contingit enim velut dum Authores pios, aut virtutis fama conſpicuos Benignæ Sententiæ concilio, eorum Sanctitatem, & miraculorum opinionem inclamare: vel dum ex alijs iudicia tranſcribo acerbiora, quam ego optaſſem, ipſorum verba non omittere: vel tandem quandoque nonnullas aſperioris ſtili voces Adverſarijs rependere. Profectò ſicut mei iuris non eſt virtutibus, aut miraculis teſtimonium exhibere, ſed venerationem tantum profiteri, ita nec animo vnquam placere potuit, aliorum authoritatem iniurijs laceſſere, notavè aut cenſura aliqua infigere, quin (ſi occurrerit aliqua) ea poſsit à me lata, ſed potius relata exiſtimari. Denique in iſtis duobus mei ſcrupuli punctis, nec apicem quidem deflectere à Summorum Pontificũ, Vrbani VIII. & Innocentij XI. circa ſcribendi, diſputandique modum æquiſsimis ſtatutis, ann. 1625. & 1631. & 1679. ſenſum mihi fuiſſe, catholicè, & ſincerè obteſtatum velim.

DIS-

Digitized by Google

DISPUTATIO
VNICA.
De vſu licito opinionis probabilis.

SECTIO I.

De authoritate minus antiqua opinionis benignæ.

Controverſia iſta, licèt per integrum ſaltem ſæculum ſopita iacuerit, eo quod ſententia benigna in Scholis prævaluerit, ab omnibuſque fere Theologis fuerit vſurpata; non nulli tamen Iuniores Doctores ſepultam iam controverſiam iterum in litterariam paleſtram aliquo patrocinio redivivam invexere. Stare igitur pro ſententia benigna omnes Authores, qui poſt Magiſtrum Bartholomęum de Medina (inſignem pietate, ac ſapientia Dominicanum) ſcripſerunt vſque ad hæc noſtra tempora, in quibus Antiprobabiliſmus emerſit ex quibuſdam malæ, & Janſenianæ notæ Lobanienſibus, deindeque derivatus in aliquos Recentiores; fatentur ij ipſi Recentiores Antiprobabiliſtæ. Nam vt alios omittam, ipſe Eminentiſsimus Cardinalis Aguirre, ex Sacræ Scripturæ huius Vniverſitatis Cathedra ad Purpuram feliciſsime evectus, qui in ſuis anteloquijs ad Concilia, & ad Theologiam, quęſtionem iſtam curſim tranſcurrit, ingenue fatetur, ſe cum tota Salmanticenſi Academia; imò & cũ omnibus Eccleſiæ Academijs, & Doctoribus ſtetiſſe pro benigna opinione, tali, tamque vniformi conſenſu omnium Doctorum, vt vnus, aut alter Antiprobabiliſtæ tunc erumpentes merito dicere poſſent Virgilianum illud: *Obruimur numero.*

2 Sed quod non ſolum numero], verum & authoritate ſimul obruerentur, modoque obruantur, patet evidenter: nam quotquot poſt prædictum Medinam prodierunt viri clariſsimi ex omni cætu, & ſtatu Eccleſiæ, ſententię communi ſuffragati ſunt. Suos Reverēdiſsimos Regum Cōfeſſarios, & Illuſtriſ, vt inter alios Medinam, Bañez, Alvarez, Soto, huius Vniverſitatis Primarios, & Archiepiſcopum Tapiam recenſebunt Dominicani; ſuos ſapientiſsimos ſubnectent ſine numero Franciſcani; ex inclita Schola Jeſuitica tot ſuppetunt, vt in elenchum redigi non valeant, ideò pro omnibus ſufficiat meus Granatenſis Eximius Doctor Franciſcus Suarez, quem vt alterum Salomonem, & ingeniorum Phænicem ita ad vnum ſequuti ſunt Societatis Magiſtri, vt oportuniſsimum ſit illud Claudiani de Phænice:

Innumeræ comitantur aves, ſtipatque volantem
Alituum ſuſpenſa cohors, exercitus ingens.

Quin de tanto numero, iure excludi poſsit aliquis, niſi vnus Comitolus, qui fuit aut obſcuri, aut nullius nominis, vt probat P. Eſparça.

3 Sed quid immoror! Ipſe RR. P. Thyrſus Gōçalez de Santalla, ex Primaria huius Academiæ Cathedra ad ſuæ Societatis Generalatum meritiſsime aſſumptus, Recentiſsimus Antiprobabiliſta in introductione ad ſuũ tractatum de opinionum probabilitate ait: *Hanc* ſententiam „ amplexati ſunt ex omni Reli„ gioſa Familia, & ex omni Chri„ ſtiani Orbis celebri Vniverſitate „ Authores graviſsimi. Quomodo „ verè dici poteſt ſentētia Caſui„ ſtarum illa, quam prętet primos „ Theologos Societatis, nimirũ „ P. Vazquez, Suarez, Valentiam, „ Leſsium, ex Sacra Prædicato„ rum Familia tenuerunt etiàm „ primi Theologi Scholaſtici hu„ ius ſæculi Medina, Alvarez, *Bañez, &c.* Vbi nota ſtatim in conſequentiam huius Antiprobabiliſtæ, qui poſtea ſæpe contendit ſuos Jeſuitas, & præſertim Eximium Suarez non ſtetiſſe pro ſententia communi Probabiliſtarum, modo autem eos refert pro illa.

4 Ex his autem quæ ſunt extra controverſiam efformo primum ab authoritate argumentum. Opinio, quam Authores ſapientiſsimi, quamvis loco, tempore, & inſtitutis ſeparati; nec vnus, aut duo, ſed omnes aperte, frequenter, perſeveranterque tenuerunt, prudentiſsime tenenda eſt: at talis eſt opinio benigna: ergo tenenda. Conſequentia tenet. Minor vel ex ipſa confeſsione contrariorum clareſcit. Maior autem, præter quam quod ſe ipſa nota eſt, tradditur diſſer-

Digitized by Google

te, & oportune à Vincentio Lirinenſi, lib. adverſus profanas novitates: *Collatas* inter ſe Maio-
,, rum ſententias Lector conſulat
,, eorum, qui diverſis licet tem-
,, poribus, & locis in vnius ta-
,, men Eccleſiæ Catholicæ com-
,, munione, ac fide permanentes
,, Magiſtri Probabiles extiterunt.
,, Et quidquid non vnum, aut
,, duos tantos, ſed omnes pari-
,, ter vno, eodemque, conſenſu
,, aperte, frequenter, perſeveran-
,, ter tenuiſſe, docuiſſe, ſcripſiſſe,
,, cognoverint: id ſibi quoque
,, intelligat abſque vlla dubita-
,, tione *credendum*. Hæc egregius ille Doctor. At iuxta noſtros adverſarios talis eſt opinio noſtra benigna: ergo eſt omnino tenenda, & oppoſita reprobanda, vti militans contra omnes illos Magiſtros Catholicos, & probabiles, ac probatiſsimos.

5 Vt autem facilius innoteſcat quanta ſententiæ benignæ authoritas accreſcat ex communi calculo, atque conſenſu Doctorum alibi ſæpe vſque adeò diſsidentium; libet hic quandam controverſiam intexere, quam Romæ inter pollitiſsimos viros exagitatam ferunt. Dubium forſam inciderat circa vſum horologij, quod apud Hiſpaniam, Galliamque invaluit, vſumque alterius horologij quod Italis familiare eſt. Alij namque mordicus aſſerebant aptiora longe eſſe Italica horologia, quæ non in hora duodecima ſiſtunt, ſed vſque ad vigeſimam quartam deſignandam continuata pulſatione procedunt. E regione vero alij commendabant Hiſpana, Gallicaque horologia, quæ cum ad horam duodecimam perveniunt, iterùm ad primam revertuntur, & ſic facilius noctis, dieique vices dividunt, ac deſignant. Enim vero cum diſceptantium argumenta ambiguam adhuc redderent politam hanc litem, quidam argutiſſimus vir (dicitur Eminentiſsimus Bellarminus) ſic pro vſu horologij Hiſpanici, Gallicique exclamavit: ſine dubio iſtud horologij genus optimum eſt, cæteriſque præſtantius. Et ſi rationem à me quæritis: en vobis argumentum irrefragabile; quia nimirum in eius vſu Hiſpani, Gallique convenerunt, nec enim gentes ſtudijs, & ingenijs fere ſemper diſſidentes in illum horologij more conveniſſent, niſi mos ille optimus, & præſtantiſsimus eſſet. Annuerunt libentiſsime omnes ſic diſputanti; & ipſius argumento ſic noſtrum roborari poteſt. Maiora ſunt profecto ingeniorum, quam provinciarum diſsidia, quia cum naturalis ſit hominum ad diſſentiēdum facilitas *leg. item ſi vnus* 17. § *principaliter. ff. de receptis arbitris*: fere impoſsibile eſt omnes in vnum conſentire, *leg.* 1. § *finali. Municipes*

ff. de acquirenda poſſeſsione: Sed tamen Thomiſtæ, Scotiſtæ, & Jeſuitę inter ſe paſsim pugnantes, in hoc formandæ conſcientiæ, & cum divina lege conformandæ horologio omnes fere cõſentiunt, ſententiam benignam propugnantes: ergò quia illud iuxta hanc ſententiam regulatum optimũ, & cæteris præſtantius eſt.

6 Confirmatur primo: nam certo certius eſt quenlibet Eccleſiæ cætum, & præcipue Dominicanum, Franciſcanum, & Jeſuiticum, imò Eccleſiam vniverſam per id tempus, ſcilicèt à Medina vſque ad noviſsimos Adverſarios noſtros, eam doctrinam communem per ſuos Magiſtros docuiſſe pro dirigendis fidelibus: ergò ne credamus EccleſiamDei per integrum ſeculum fuiſſe à Chriſto deſertam, ita vt errarit, vel ſaltem errare turmatim permiſſerit omnes fere ſuos Doctores, & Confeſſarios, nõ in aliqua particulari opinione, ſed in opinione generaliſſima, & deſerviente pro omnibus dubijs probabilibus, dicendum eſt ſententiam benignam veriſsimam eſſe. Credat igitur id qui velit, aut poſsit: vel vtatur quibus libuerit tergiverſationibus: nam res eſt clariſsima quoad factum, & cõſenſum Doctorum, vt paſsim fatentur, & clamant ipſi contrarij, & inter alios ſupracitatus Cardinalis Aguirre, qui vim huius argumenti non videtur ponderaſſe ſatis, & cui ipſe ſua, & ſuorum confeſsione vires contulit ineluctabiles.

7 Confirmatur ſecundo, & præſertim contra RR. Thyrſum: nam vel labores, fructuſque ſpirituales Societatis ſuæ ſunt inanes, & phantaſtici, atque etiam pernicioſi (quod quis ni blaſphemo ore pronunciet?) vel communis ſententia vera eſt. Conſtat enim Societatem Ieſu, omneſque eius Magiſtros, & Diſcipulos in miniſterijs ſpiritualibus docendi, & dirigendi proximos, vſos fuiſſe opinione benigna, cum enim omnes eam docuerint vniformiter, ea pariter vſi ſunt (alioquin ficti, & ſimulatores fuiſſent) neque enim apud Jeſuitas vſque ad RR. Thyrſum audita eſt diſſenſio circa hoc punctum, vel ſaltem ſi quis circa hoc dubitavit, exploſus, & deſpectus eſt. Imò conſtat à Societate negatam Elizaldo facultatem ad editionem libri impugnantis ſententiam communem: cõſtat item ipſum Elizaldũ ſub velato Cella-Dei nomine evulgaſſe nihilominus librum illum, quem (ſicuti & ſecundum alium) ſemper averſata eſt Societas vt fætum in tenebris genitum, & è latebris prodeuntem, & à quo nil boni ſperari poſſet. Conſtat etiam RR. P. Thyrſum elaboraſſe iam olim lucubrationem ſuam, & facultatem à ſua Societate non obtinuiſſe ad eam Typis vulgandam, donec ipſe

crea-

creatus totius Ordinis Generalis eam ſuprema ſua authoritate publicam fecit; diſſentiente tamen (vt audio) Societate vniverſa, quæ vtpote ſapientiſsima, & prudentiſsima merito invigilaverat, ne contra ſententiam in Eccleſia receptam, & à quibuſdam tantum impugnatam, vllus ex ſuis Scriptoribus prodiret. Noverat enim id neceſſarium non eſſe ad corrigendas laxitates quorundam Antiquorum, ac Recentium, quas doctiſsimi Jeſuitæ cõfuta verant, vt videre licet in Patribus Terillo, & Cardenas, à quibus Caramuelis, aliorumque placita fæliciter comminuta ſunt.

8 Hęc autem incliti Ordinis ſolicitudo pro ſententia illa receptiſsima, magnum mihi argumentum eſt pro eius veritate. Video enim Jeſuitas morum ſanctitate conſpicuos, & animarum ſaluti impenſiſsimè incumbentes. Vidimus etiam omnes Venerabilem P. Joannem Berreyarça ſanctitatis, atque etiàm miraculorum fama inſignem, & totius Salmanticæ ad eius funera ſumma cũ veneratione accurrentis, plauſu, & acclamatione celebratiſsimum, & cuius egregias laudes in oratione funebri typis iàm excuſſa ego ipſe complexus ſum, & cui demùm in hoc Jeſuano Regali Collegio, noſtro Hiſpano idiomate parentavi. Vidit, & miratus eſt cum benedictionibus Orbis eximias Ven. Viri Pauli Señeri virtutes (veri ſcilicet Concionatoris, & Theologi Pontificij, atque Evangelici Miſionarij) cui, vt oculatiſsimo Fidei zelatori Deus Optimus Maximus mirabile illud beneficium præcipuè, àc primò conceſsit, vt peſsimùm Moliniſmum procul olfaceret, monſtraret, & everteret. Vidimus etiam alios eximiæ notæ Viros ſententia benigna pro dirigendis fidelibus vtentes, & oppoſitum rigorem tanquam onus intolerabile averſantes: hos autem ſummos Viros ſibi quidem auſteros, & alijs benignos in re graviſsima erraſſe, omninò non credam; eorum quippè opera famæ tubam implebunt, & ſemper honos nomenque ſuum, laudeſque manebunt. Vnde meritò poſſent inclamare tam inſignes Jeſuitæ in vnum, vel alterum ex ſuis, quod Aurelius Prudentius *lib. 1. in Symmachum, in fine* decantavit.

Servemus leges patrias, infirma minoris
Vox cadat numeri.

9. Confirmatur tertiò: quia ex oppoſita ſententia vix niſi conſcientiarum tortura, & carnificina ſperari poſſe videtur, aut etiam gravia pericula, vt in ſequentibus oſtendam. Si enim confeſſarius, aut Theologus, nihil conſulere poteſt, quaſi fidendo libris & Theologis, ſed tantum ex pro-

pria ſententia ſibi probabiliori poſt diligens examem abſque paſsione, & culpa; fiet primò vix vllum eſſe confeſſarium, aut Magiſtrum, cum rariſsimus ſit qui poſsit omnes caſus, & opiniones occurrentes proprio marte reſolvere; vel quià ad hanc diſcuſsionem vix totum vitæ tempus ſat eſſet; vel quià ſe à paſsione, aut negligentia liberum vix vnquàm iuxta contrarios poſſet agnoſcere; vel quià imprudens eſt, qui ſibi tantum in omnibus reſolutionibus fideret, vt pro ſuo dumtaxat iudicio cuncta reſolveret; contra hunc enim clamat textus ***in cap. ne innitaris prudentia tuæ de conſtit.*** Fiet ſecundo, Theologum genij, aut ingenij liberioris, & laxioris facile conſulturum plures laxitates, idque abſque paſsione, & culpa, quià ipſius genio apparebunt longè probabiliores: relinquere ergò omnes opiniones privato, & proprio iuditio, videtur res periculo plena, maximè cum homines de ſua ſapientia pluſquàm par eſt, præſumere ſoleant. Fiet tertiò, caſus morales non ſemel reſolvendos fore ex quodam impetu voluntatis, non verò ex prævalenti ratione poſt diligens examem, cum hoc ſit aliquãdo moraliter impoſsibile: vnde qui iactant ſe facilè, & in omnibus decidiſſe iuxta probabiliora; fortè non veriora, ſed ſuo arbitrio rigido, aut ſuavi conformiora ſequuti ſunt; neque enim vnquam mihi perſuadebo, eos pro ſingulis caſibus exactum adhibuiſſe examem, ſed potius gravibus Authoribus credidiſſe.

10 Equidem RR. Thyrſus ***t. 3. ſelectarum d. 50. n. 3.*** fatetur aliquandò à ſummo mane vſque ad horam ſecundam poſt meridiem excepiſſe ſexaginta & octo confeſsiones generales neceſſarias ob peccata olim celata, & ſæpiſsime vna die quadraginta, aut quinquaginta; quomodo autem vir pius tot Evangelicæ prædicationis curis diſtentus tot caſus tunc occurrentes ad liquidum diſcutere, & ex propria ſententia reſolvere valeret? Id planè videtur moraliter impoſsibile; vnde & illi licuit, & alijs licebit aliorum opinionibus probabilibus credere, licet eas exactè non examinaverint, nec proprio ſtudio invenerint probabiliores ſibi eſſe: falſum ergò eſt, quod nemo doctus ſequi poſsit opinionem alijs probabilem niſi poſt diligens examen eam invenerit ſibi probabiliorem; falſum item quod non ſufficiat probabilitas à me cognita ad ſequendam aliquàm opinionem, licet eam modo dicto non fecerim propriam: vtrúque autem eſt contra prædictum authorem, vt poſteà apparebit.

SECTIO II.

De authoritate Antiquiori opinionis benignæ.

11 ELEGANS Eſt textus *in cap. hoc ipſum* 11. 33. *quæſt.* 2. in illis verbis: *in fine* autem epiſtolæ hoc adijciendum putavi, vt quotieſcumque diſcors ſentẽtia invenitur, illius ſententia magis teneatur, cuius antiquior, aut potior extat *authoritas*. Quibus forsàm permoti adverſarij noſtri appellant ad Doctores antiquos, ſeù antiquiores Medina; aiuntque rigidam opinionem apud eos propemodum invaluiſſe; quare ad illos me convertam, non quidem ſigillatim, id enim operæ pretium non eſſet, maximè cum hanc provinciam fęlicitèr ſuſceperint alij. Loquar ergò de Divo Antonino, quem contrarij ſibi exploratiſsimum iudicant fautorem, ab illo enim diſcemus, quid alij Antiquiores autumaverint.

12 Igitur omnes contrarij noſtri docent ex duabus opinionibus æquè ratione, & authoritate probabilibus non poſſe eligi benigniorem pro libertate, ſed rigidiorem pro præcepto. Et ſi in hoc caſu admitterent vſum opinionis benignæ, fatentur indè inferri, licere ſequi opinionem benignam, & ſi minùs probabilem; ideòque acerrimè, & tanquam fundamentum ſtatuunt hominem in caſu æqualis probabilitatis pro benigna, & rigida, teneri ad rigidam. Contra eos autèm clamat Divus Antoninus Dominicani cætus honor, & decus *in ſumma* 1. parte. Titulo 3. cap. 10. *regula ſeptima* ſic quæſtionem iſtam conceptiſsimis verbis definiens: *inter* duram, & benignam circa præcepta ſententiam, benigna eſt potiùs cæteris paribus interpretatio facienda. Quod etiàm aſſerit Guillelmus. Huius ratio eſt, quià præcepta Dei, & Eccleſiæ non ſunt ad tollendam omnem ſpiritualem dulcedinem, qualis certè tollitur, quandò nimis ſcrupuloſè, & timidè præcepta *interpretantur*. Eccè aſſertionem contrariam ex diametro noſtris adverſarijs ſtatuentibus ab oppoſito intèr duram, & benignam circà præcepta ſententiam; duram, ſeù rigidam pro lege, cæteris paribus, & ſtante probabilitate æquali, interpretationem eſſe faciendam. Huic ſe oppoſuit S. Antoninus expreſſè: cuius textum neſcio qua fide tacent, & diſimulant noſtri adverſarij, cum tamèn iàm olim fuerit obiectus à P. Moya.

Digitized by Google

13 Præterea S. Doctor, non ſolum tradit eam doctrinam, vt ſuã, ſed etiàm vt antiquiſsimam: ibi enim poſtquam dixit dari cõtrarias doctiſsimorum opiniones, plurima tradit in quibus expreſſè continetur noſtra ſententia. Sed ante omnia præluceat ipſe textus, cui noſtri contrarij fortitèr inſi-
„ ſtunt; ſic enim ait ibi: *verſu*
„ revertendo; ſunt de aliquibus
„ materijs moralibus Doctores
„ opinionum contrariarum; &
„ tunc ſcrupuloſi dubitant, quam
„ partem poſsint cum bona conſ-
„ cientia eligere. Pro cuius eno-
„ datione difficultatis, notãdum,
„ quod cum bona conſcientia
„ poteſt quis tenere vnam par-
„ tem alicuius opinionis, & ſe-
„ cundùm eam operari, ſecluſo
„ ſaltem ſcandalo; quæ ſcilicèt
„ pars habeat pro ſe notabiles
„ Doctores, dummodo talis opi-
„ nio non ſit contra authoritatẽ
„ expreſſam Sacræ Scripturæ,
„ nec contra determinationem
„ Eccleſiæ Catholicæ, & quod
„ etiam ex contrarietate talium
„ opinionum non inducatur ad
„ dubitandum; ſed bonam ſibi
„ conſcientiam, & credulitatem
„ formet de eo, quod credit, tan-
„ quam de probabiliori *parte*.
Hic ſiſtunt adverſarij; & ex his concludunt D. Antoninum pro ipſis ſtare; quandoquidem requirit partem, quam ſequitur quis, apparere ſibi probabiliorem. Hinc, in-quam, ſiſtunt RR. Thyrſus diſſert. 2. n. 12. Munieſſa, & alij; licet P. Thyrſus alibi proſequatur, nempe diſſertat. 13. n. 51. & ſi ſemper taceat ſeptimam S. Antonini regulam de electione opinionis.

14 Sed vt appareat quã ingenuitate allegent S. Antoninum ibi ſiſtentes, audite ipſum Sanctum Doctorem ſic ſubden-
„ tem, ibi; *Et præcipuè* quando
„ quis adhibet diligentiam in-
„ quirendo an liceat; nec invenit
„ aliquid quod eum ſufficienter
„ moveat ad hoc quod ſit *illi-*
„ *citum*. Ecce in his verbis à contextu truncatis (neſcio quã fide) explicat Sanct. Antoninus, hominem licitè operari, non ſolum quando credit partem, quam ſequitur eſſe probabiliorem, ſed *præcipuè* quando adhibita diligentia non invenit aliquid, quod eum ſufficienter moveat ad hoc, quod illa pars ſit illicita: ſed per vos quando adhibita diligentia apparet vtraque pars æque probabilis, non invenit aliquid movens ſufficienter ad iudicandum eam partem eſſe illicitam, neque id poteſt prudenter aſſerere, vt vos ipſi decernitis; cum non habeat maius motivum ad id iudicandum, quàm ad oppoſitum: ergò tunc poteſt rectè ſequi illam partem iuxtà S. Antoninum.

15 Et ſane alioquin Sanct.

An-

Antoninus contradiceret ſibi ipſi paulò ante dicenti: *Inter duram, & benignam, &c.* Nam potius deveret dicere, quod niſi vna pars pro libertate ſit diſpar, & excedens in probabilitate aliam, non poteſt pro illa parte benigna interpretatio fieri; at non id dixit S. Doctor, ſed quod benigna eſt cæteris paribus interpretatio facienda: perperam ergò S. Antoninus ab adverſarijs explanatur. Hoc ipſum confirmat S. Doctor poſtea dicens, hominem poſſe ſequi partem quando credit illam probabiliorem: *Et præcipuè* (en regulam præcipuam aſſumptam) *quando* quis ,, adhibet diligentiam inquirendo an liceat, nec invenit aliquid quod eum ſufficienter ,, moveat ad hoc quod ſit *illicitum.* Sic legendus eſt Divus Antoninus integer, & non truncatus, vt videatur docere quod non docet; alioquin ſibi ipſi erit in eodem loco aperte contrarius, quod non eſt credendum, vt ipſe ait ſtatim de Angelico Præceptore per hæc verba, quibus explanat Angelici Doctoris textum, quo abutuntur contra nos Adverſarij.

16 Sic igitur ibi S. Antoninus: *Quod* autem dicit Divus ,, Thomas quodlib. 3. q. 4. art. ,, 2. quando duæ ſunt opiniones ,, contrariæ de eodem, oportet ,, alteram eſſe veram, & alteram falſam: ſi ergò ille qui facit contra opinionem Magiſtrorum, vt puta habendo plures præbendas, faciens contra veram opinionem, non excuſatur à peccato, cum faciat contra Legem Dei, quamvis non faciat contra conſcientiam. Hæc enim verba Beati Thomæ non poſſunt intelligi niſi de his, vbi manifeſte patet ex Scriptura, vel Eccleſiæ determinatione, quod ſit contra Legem Dei, & non de illis intelligit, vbi non apparet. Aliàs ſibi contradiceret in eodem loco, quod non eſſet *credendum.* En S. Antoninus explicat, & docet cum Divo Thoma, non peccare, ſed potius excuſari à peccato eum qui operatur in conflictu duarum opinionum de licito, & illicito, quando non apparet illicitum. Sed per vos in caſu æqualis probabilitatis non apparet ſufficienter illicitum, cum non poſſit prudenter affirmari eſſe illicitum: ergò tunc præcipue poteſt homo licite ſequi partem benignam, vt docet Sanctus Antoninus: alioquin in eadem fere pagina ſibi contrarius eſſet, quod non eſt credendum.

17 Sed audiamus illum clariùs adhuc (ſi clariùs aliud poteſt dici) in hæc verba paulò poſt prorrumpentem: *item* ex reſ- ,, pon-

Digitized by Google

„ ponſis, quæ videntur data ab „ Alberto Magno, habetur, quod „ frater ſimplex, vel quilibet „ homo, cum ſalute poteſt ſe- „ qui in Concilijs quamcumque „ opinionem voluerit: dummodò „ alicuius Doctoris Magni opi- „ nionem ſequatur. Hoſtienſis „ etiàm dicit extrà de cognatione „ ſpirituali ſuper caput ſi vir: vbi „ ſunt diverſæ opiniones, & di- „ verſa iuditia, ſemper humanior „ præferenda, & æquior: & ad „ idem facit, quod ait Magiſter „ Sententiarum diſtinct. 9. ſana „ Guillelmus etiã in gloſſa. Ray: „ dicit, quod in apicibus iuris „ vbi dubitant etiàm ſapientes, „ excuſabilis eſt ignorantia: ta- „ mèn ſi aliquis bona fide partem „ illam, vel illam elegerit, non „ debet ſuper hoc habere conſ- „ cientiam nimis *ſcrupuloſam.* Hucuſque S. Antoninus, in quibus nihil dici potuit magis contrarium Antiprobabiliſtis, iuxta quos nemo poteſt ſequi opinionem Doctoris, etiàm Magni, quam voluerit, vt ait Antoninus cum S. Alberto; ſed solùm poteſt ſequi ſuam opinionem, cui ipſe vt probabiliori aſſentitur ex propoſitis motivis, & non ex ſua electione: indè & ſi dentur opiniones valdè fundatæ, & receptæ Magnorum Doctorum, clamant non poſſe hominem ſequi quam voluerit: quod eſt planè contra Antoninum, & Albertum.

18 Repetit itèm ſuam regulam cum Hoſtienſi, Magiſtro, & Guillelmo, quod inter opiniones humanior eſt pręſtanda, & ęquior, nimirùm benignior, & congruens humanitati, & æquitati. Docet tandèm in apicibus iuris, vbi dubitant ſapientes, ignorantiam legis obligantis eſſe excuſabilem: hoc eſt excuſare, quia reputatur invincibilis: vndè qui eligit vnam vel alteram pro libito, non debet ſuper hoc eſſe ſcrupuloſus iuxta Antoninum: at iuxta contrarios in his apicibus iuris vbi dubitant ſapientes, non datur ignorantia excuſans legis; ſed potiùs datur lex obligans ad partem rigidam; & qui tunc ſequeretur benignam, deberet credere ſe peccare mortalitèr pro qualitate materiæ: ergò de primo ad vltimum S. Antoninus ſententiæ rigidæ adverſatur, eumque cum alijs antiquioribus pro ſententia benigna ſtare minimè eſt dubitandum.

19 Sed quid mirum! Adeò antiquior eſt authoritas ſententiæ benignæ, vt & inter ipſius antiquitatis tenebras multis ab hinc ſæculis affulſerit; audiamus igitur iuniorem Plinium lib 2. Epiſtolarum Epiſt. 12. appoſitè in re „ noſtra loquentem: *Firminus* „ inductus in Senatum reſpondit „ crimini noto. Sequutæ ſunt di- „ verſæ ſententiæ Conſulum de- „ ſignatorum. Cornutus Tertullus

„ cen-

„ cenſuit ordine movendum: acu-
„ tiùs Nerva, in ſortitione provin-
„ ciæ rationem eius non haben-
„ dam: quæ ſententia, tanquam
„ mitior, vicit. Cũ ſit alioqui du-
„ rior, *triſtiorque*. Cui conſo-
nant textus in leg. 18. ff. de legi-
„ bus: ibi: *Benignius* leges in-
„ terpretandæ ſunt quo voluntas
„ earum *conſervetur*, & textus
in leg. 56. ff. de regulis iuris;
„ ibi: *Semper* in dubijs benig-
„ niora ſunt *præferenda*; vnde
dicitur in cap. finali de tranſa-
„ ctionibus: *opinio* benignior, &
„ ſuavior præferri *debet*. Ex qui-
bus, & alijs quam plurimis Juri-
bus meus Collega D. D. Franciſ-
cus de Amaya omnigena, & amœ-
niori litterarum eruditione conſ-
picuus lib. 2. obſervat. iuris. Cap.
4. n. 38 in hæc verba fatur: *ne-*
„ *que* ignotum eſt plerumque Ju-
„ riſconſultos, iuris omiſa ſubti-
„ litate, & ſcrupuloſitate, quod
„ favorabiliùs eſt, & æquiùs fuiſ-
„ ſe *ſequutos*. Hæc omnia cum
antiquiſsima ſint, quid eſt quod
clamitant adverſarij vetuſtatis
amatores, & quaſi nihil fidentes
de Doctoribus minùs antiquis?
Falluntur etiàm egregie: novos
enim Doctores commendat to-
tiùs Orbis Oraculum, Hiſpaniæ
Salomon D. D. Ildephonſus To-
ſtatus Maioris Divi Bartholomæi
Salmantini Collegij alumnus in
Prolog. Matthæi quæſt. 5. his ſa-
„ pientiſsimis verbis: *Antiqui*
„ non ita benè, verè, & com-
„ pletè tradiderunt, ſicut novi.
„ Ratio eſt, quià novi potuerunt
„ videre quidquid dixerunt vete-
„ res, & inſuper multa potue-
„ runt ex ſe ipſis cogitare.

20 Ex quibus omnibus ma-
nifeſtè colligitur ſententiam be-
nignam ſemper viguiſſe in Eccle-
ſia Dei, eique maximam autho-
ritatem accreſcere tam ex anti-
quioribus Medina, quam ex illis
Doctoribus, qui poſt eum ſcrip-
ſere. Quidquid in contrarium
tenent Moderni Theologi inſi-
mulantes ſententiam illam benig-
nam de novitate, & inclamantes
eam induxiſſe perditiſsimam mo-
rum corruptionem. Id autèm qua
veritate, prudentia, & conſcien-
tia dici poſsit, ipſi hæc legentes
iudicare poterunt. Certè quod
vnus exceſſerit in adſtruenda vt
vera, ſibique veriſimiliori aliqua
vel aliquibus opinionibus parti-
cularibus, provenit quidem, vel
ex ignorantia, vel ex inconſide-
ratione, aut ex ſua circa eas ma-
terias laxitate. Dicere autèm to-
tum hoc provenire ex illo princi-
pio vniverſali, quod in probabi-
libus poſſumus ſequi ſententiam
Magni Doctoris, aut ſententiam
benignam, eſt evidentèr falſum:
nam ex illo principio non infer-
tur vllo pacto hæc vel illa deter-
minatè opinio, nec eius veritas
aut probabilitas, vel potiùs im-
probabilitas, vt eſt per ſe notum.
Alio-

Digitized by Google

Alioquin ex principio contrariorum, quod ego poſſum ſequi opinionem mihi probabiliorem, ortum duxiſſet laxitas omnium opinionum, quibus Doctores adhæſerunt vt ſibi probabilioribus, quas tamen Eccleſia damnavit, vt ſcandaloſas. Conſtat igitur illa principia generalia eſſe omnino innoxia; nec contra illa licitum eſſe clamare exagerationibus, & maledictis, datur enim Hæreticis anſa calumniandi totam Eccleſiam, & integras Religiones, de eo quod doctrinam peſsimam, ſeu foverint, ſeu per tot annos, aut ſæcula permiſerint, ac modo etiam permittant, non quidem circa ſingularem materiam, ſed circa omnem doctrinam moralem. Ita clamare Hæreticos conſtat ex eorum libris, aut libellis paſſim, & ex carminibus ſatyricis præſertim contra Jeſuitas. Hinc ego prorſus obtupeſco, cum audio quoſdam Antiprobabiliſtas catholicos etiam inclamare in id ipſum, plauderequε Sinichio, Vendrochio, Arnaldo, Montaltio, & alijs Janſenianis, quorum verbis etiam aculeatiſsimis ſæpè vti non erubeſcunt; quod ſane turpiſsimum videri debet.

***

SECTIO III.

Exponitur ſententia benigna, & communis, confertur que cum rigida.

21 SED, quia ait ſpecioſiſsimus textus in leg. vnica §. *ſed neque* C. de veteri „ iure enucleando; *neque* ex „ multitudine Authorum, quod „ melius, & æquius eſt iudicato- „ te, cum poſsit vnius forſam, „ & deterioris ſententia & mul- „ tos & maiores aliqua in parte „ *ſuperare*; libet iam noſtrum iudicium explanare, vt omnibus pateſiat non ſolũ Authoritate, verumetiã & rationibus ſuffragantibus, contrariam ſententiam ſuperare. Sententia igitur communiſsima, quæ benigna etiam appellari ſolet, docet, quod quando dantur duæ opiniones circa aliquod opus, quarum vna dicit illud eſſe illicitum, altera vero licitum; inſpiciendum eſt à viro Docto, & conſulto àn vtraque habeat gravia fundamenta rationis, graveſque pro ſe Authores: quod ſi inveniat eſſe in his æquales, poſſe ipſum conſulere, vel etiam ſequi opinionem de licito, & depellere omne dubium, timoremve prudentem, ita vt for-

formet iudicium moraliter certum de eo quod ſic operans & conſulens,non peccet formaliter, quidquid ſit de veritate talis opinionis à parte rei. Vir enim doctus ſic operans, videt ſe animo ſincero feciſſe diligentiam circa veritatem, & rurſus nec ſe nec alios Doctos, & pios inveniſſe aliquid ſufficienter movens ad iudicandum hoc eſſe illicitum, vt aiebat S. Antoninus; verſatur enim in apicibus iuris, in quibus dubitant etiam ſapientes; ac proinde cognoſcit ignorantiā legis latentis eſſe excuſabilem,ſeu invincibilem,vt aiebatGuillelmus ſupra:inde concludit eligendam eſſe opinionem humaniorem, & æquiorem, vt aiebat ſupra Hoſtienſis: & inter illas duas opiniones duram, & benignam, faciendam eſſe interpretationē benignam, vt aſſerebat Antoninus, per virtutem videlicet epiKeiæ interpretantis prudenter & benigne legem. Ex quibus omnibus format ſibi iudiciū moraliter certum,ſeu bonam fidem,& credulitatem de eo quod in hac actione non peccat: & hoc iudicium ex principijs generalibus requiritur iuxta hanc ſententiam, vt homo liberetur à peccato formali, & operetur prudenter deſpiciendo omnem formidinem inſurgentem de peccato in tali actione; ita vt non ſufficiat, quod vir doctus ex principijs tantum directis, ſeu peculiaribus ſe per ſuam voluntatem determinet adiudicandum hanc actionem particularem,ſcilicet hunc contractum eſſe licitum, quia hoc iudicium componitur cum prudente formidine de eo quod ſit illicitum qua ſtante formidine, & non obtenta maiore ſecuritate ſe exponeret periculo peccandi formaliter, & peccaret. Proptereaque homo operaturus, debet ſic conſtitui certus de eo quod hic & nunc non peccet, vt non ſe exponat illi periculo: & hanc certitudinem non obtinet ex motivis directè ſuadentibus hunc contractum in ſe eſſe licitum, vt patet:ſed ex ſuadentibus hic & nunc, & omnibus inſpectis eſſe licitum, quia fecit diligentiam ſufficientem, poſtquam omnis ignorantia, vel error eſt invincibilis & excuſabilis; quod quidem eſt principium vniverſale, quod vocant reflexum.

22 Hæc eſt ſententia communis; & ex hac affirmante vſum licitum opinionis æque probabilis, inferunt vlterius omnes Theologi etiam contrarij, quod ſi hoc ſtabiliatur,idem omnino dicendum eſt quoties opinio excuſans eſt minus probabilis,dummodo maneat certo probabilis, ſeu dummodo non ita vincatur ab oppoſita, vt iam ſit tenuiter probabilis, & impropie, & analogice participans rationem

nem opinionis probabilis. Et ratio eſt, quia plus minuſve non variant ſpeciem, vnde quando exceſſus vnius ſupra alteram opinionem eſt dubius, vel eſt exiguus, vel non tantus vt merito fundamenta contrariæ opinionis faciat levia, poterit homo ſequi opinionem faventem libertati: adhuc enim ſtat principium illud vniverſale memoratum.

23 Iam verò contra hanc ſententiam benignam, & vniverſalem inſurrexere Recentiores Theologi ex Academia Lovanienſi: nempè Guillelmus Vendrochius Janſenianus diſſert. de probabilit. Joannes Sinichius in ſuo Saule Iſraeliticæ gentis Protomonarcha, etiàm Janſenianus, aut de Janſeniſmo ſuſpectiſsimus, vt probat P. Thyrſus tom. 4. ſelectarum latiſsimè, & clariſsime. Acceſſerunt quidam Juriſperiti quos copioſo calamo refert, & ſequitur Proſper Fagnanus tom. 1. Commentariorum Decretalium in cap. *Ne innitaris* de conſtitutionibus. Acceſſit etiàm Contenſonus in nobello Probabiliſmi commento, iactans ſe allaturum remedium contra opiniones falſas Probabiliſtarum: cum tamèn ipſe ex profeſſo doceat alias propoſitiones poſtmodum damnatas ab Eccleſia in Janſeniſtis: qualis eſt illa de valore Baptiſmi externi ſine intentione faciendi quod facit Eccleſia, quem Baptiſmum nec repetendum ſub conditione blaterabat Contenſonus falſiſsimè ob nimiam adhæſionem ergà ſuam opinionem, tanquam evidentem. Talis etiàm eſt illa opinio, quod ſententia etiàm probabiliſsima non excuſet à peccato, quæ damnata eſt in Janſeniſtis, & Cõtenſono etiam. Et quod quis habeat adhuc ſufficientem libertatem ad peccandum, & re ipſa peccet, quandò non habet auxilium ſufficiens ad non peccandum, cui Janſenianæ doctrinæ maximè favet prædictus Contenſonus in ſuo illo nobello commento.

24 Igitur omnes hi Authores, nec non Mercorus, & Vincentius Baronius planè docent non eſſe licitum ſequi vllam opinionem etiàm probabiliorem, quandò ex contraria ſententia poteſt oriri aliqua dubitatio. Ità expreſſè loquitur Mercorus in Baſi Theologiæ Moralis p. 2. art. 21. „ ait enim: *Non* ſolùm non licere ſecundum Sanctum Thomam ſequi minùs probabilem „ affirmantem actum eſſe licitũ „ in occurſu probabilioris oppoſitæ; ſed etiàm peccatum eſſe „ ſequi magis probabilem aſſerentem actum eſſe licitum in „ occurſu minùs probabilis negantis actum eſſe licitũ, quando ex illa minori probabilitate „ poteſt oriri aliqua dubitatio: ſicut non poteſt non oriri, quià me-

„ medium probabile ſempèr aliquo modo vrget. Et ſtatim concludit : peccavit ſequendo probabilem , etiàm ſi maiorem probabilitatem habeat , dummodò ob oppoſitam aliquo modò probabilem, in aliquam dubietatem *inducatur*. Conſtat ergò Mercorum , nec contentum eſſe maiori probabilitate ad vitandum peccatum ; & ideò obligare ad rigidiora , ſeu vt inquiunt,tutiora.

25 Mercoro ſuo accinit Batonius parte 2. manuductionis „ fol. 356. *Neceſſarium* eſt ad „ delectum opinionum moralium , vt tutioribus , etiàm minus probabilibus adhæreamus, „ quod careant omni periculo „ *peccati*. Et fol. 375. docet opinionem tutam etiàm minùs „ probabilem *anteponendam* eſſe probabiliori , vt omnes ex „ conſilio concedunt , nos etiàm „ ex præcepto neceſſarium *contendimus*. Et fol. 141. prædixerat ſequendam eſſe ſententiam tutam pro lege , etiàm ſi vnum tantum authorem pro ſe haberet; & ſi contraria ſit probabilior , & pro ſe mille authores habeat; „ *apud* D. Thomam , ait , ne „ quidem mille Doctores ſufficiunt , ſi vnus adſit qui pro lege *pugnet*. Sic illi ; ſed quam falſo tum quoad rem ipſam, tum quoad allegationem Angelici Preceptoris conſtavit poſteà.

26 . Ab his non diſtat Fagnanus in cap. citato num. 95. & 96. vbi docet eum qui habet ſuſpicionem , ſcrupulum , ſeu debilem credulitatem , quod actio ſit illicita , peccare ſi eam ponat ; vndè concluditur nec ſufficere opinionem probabiliorem pro licito , quando pro illicito datur opinio aliqua etiàm minùs probabilis ; quià hæc etiàm generat eam ſuſpicionem de illicito. Scio RR. Thyrſum , & Cardinalem de Aguirre conari hos Authores adducere ad ſententiam quæ ad licitum exigit dumtaxat opinionem probabiliorem , & ſi minùs tutam. Sed tamèn nil proficiunt , ſed potiùs oſtendunt eos contradictoria docuiſſe , vt patebit legenti præcitatum Thyrſum diſſert. 10. num. 16. atquè etiam num. 115. vbi & Fagnanum impugnat , & ſibi favere contendit; quod quidem vix intelligi poteſt niſi vterque ſibi faveat, & ſibi viciſsim contradicat.

27 Propterea alij Antiprobabiliſtæ ingenuè fatentur prædictos Authores ab ſcopo veritatis propèmodum aberraſſe , dum docuerunt tutiorem partem ſemper eſſe eligendam , etiàm ſi minùs probabilis ſit. Ideò eos vocant Tutioriſtas , & ſub hac nomenclatura eos impugnat noviſsimè P. Municſſa. Contra hanc primam ſententiam Tutioriſtarum ex profeſſo non diſputabo;

Digitized by Google

bo; libet tamèn obitèr animadvertere duo: primùm vix illam liberari poſſe ab illo Antiprobabiliſmo damnato, ſeù ab hac propoſitione prohibita ab Alexandro VIII. *Non licet ſequi opinionem, vel inter probabiles probabiliſſimam*: nam opinio probabiliſsima ſæpè non militat pro lege, ſed ab illa excuſat; & tamèn iuxta prædictos Authores ſempèr obligamur ad tutiora pro lege, ità vt ſi pro illa detur opinio probabilis, nulla in contrarium opinio excuſet, etiàm ſi (vt ſæpè accidit) ſit probabiliſsima: ergò docent probabiliſsimam non excuſare, quod eſt prohibitum.

28. Alterum eſt quod authoritas Fagnani, necnon Merendæ, & alterius, ſi quis eſt, Juriſperiti faventis prædictæ opinioni elevatur facillimè, in medium producendo clariſsimos Juris Interpretes, qui ab illa procul receſſerunt, & communi ſententiæ ſuffragati ſunt. Paucos pro pluribus valituros exhibebo, & quos iàm olim ſuſpexit Magiſtros ſuos noſtra hæc inter omnes facile Princeps Salmanticenſis Academia. Primus omnium ſit qui ſempèr erit ſine ſecundo, Vir Sanctitate, Sapientia, & honorum contemptu Eximius D. D. Martinus ab Azpilcueta Navarrus, Maioris Overenſis Collegij, imò & totiùs litterarij Orbis ornamentum in Manuali cap. 27. num. 281. & tom. 2. cap. *ſi quis autèm* de pœnitentia diſt. 7. num.
„ 30. 34. & 35. vbi docet: *minimè* nos obligari præcepto, ſed
„ conſilio regularitèr, ad eligendum in noſtris operationi-
„ bus tutiorem *partem*. Ex cuius tanti Magiſtri doctrina ſuus Diſcipulus, & Collega Bartholus Hiſpanus, Magnus, inquam, Caſtellæ Præſes Dom. D. Didacus de Covarrubias tom. 1. in Clement. *Si furioſus* 1. p.
„ in initio num. 3. tuetur; *in du-*
„ *bio* Juris neminem cenſeri, ac
„ iudicari irregularem in vtro-
„ que foro, etiàm ſi ſic iudicari,
„ tutius *ſit*. Id ipſum edocet eruditiſsimo calamo Sapientiſsimus Regij Caſtellæ Conſilij Senator, meus Collega Dom. D. Emmanuel Gonçalez tom. 5. in lib. 5. Decretalium cap. *ad audientiam* 12. num. 2. & in cap. *ſignificaſti* 18. de homicidio num. 6. Nec prætereundi ſilentio ſunt alij duo Inſignes Juriſperiti, mei Maioris Conchenſis Collegij ingeniorum feraciſsimi, luminaria magna: Regius, inquam, Caſtellæ Senatus Conſiliarius Dom. D. Joannes de Larrea 1. p. deciſ. Granat. diſp. 7.
„ num. 25. ibi: *ſicut* in dubio,
„ ità etiàm nefas erit in conflictu
„ opinionum (etiàm ſi quæ favet
„ non eſſet communior) ab ea
„ recedere quæ liberat, & illam
„ amplecti quæ nexibus obliga-
„ tionis

,, tionis *ſubiacet* : Et Dom. D. Franciſcus de Amaya , Guadalajarenſis in partibus Indiarum Præſes , quem ſi celeberrimum iuriſperitum ſuæ iuris obſervationes, & commentaria in Codicem concelebrant, excellæ etiàm virtutis , & timoratæ conſcientię Virum , illud ſuum poſthumum opus de rerum humanarum contemptu deprędicat, & proclamat: Audiamus ergò tam inſignem Patronum in eius apologia , quæ ſuccedit commentarijs in tres poſteriores libros Codicis Juſtinianæi , ibi enim num. 54. hæc ,, aurea verba habet: *minimè* eſt ,, nutritiva peccati, imò ſequen- ,, da eſt ſententia iuſta , & pro- ,, babilis; cum à peccato excuſſe- ,, tur, qui ſequitur opinionem, & ,, ſententiam hominum litera- ,, rum , vt firmant Bartolus, Bal- ,, dus, *&c.* Quo quod, nàm clariùs , & illuſtriùs pro noſtra ſententia potuit deſiderari Magni Iuriſperiti teſtimonium?

29 Opitulantur etiàm alij duo maximè colendi Illuſtriſsimi Viri Dom. D. Ioannes Chumacero, Regij Caſtellæ Senatus celebratiſsimus Præſes, Maioriſque Divi Bartholomæi Collegij decus immortale diſp. 8. ſelectarum Iuris. num. 4. & 5. Et Dom. D. Ferdinandus Vaſquez Menchaca, Sacræ Tridentinæ Synodus digniſsimus Parens , Regalis Caſtellæ , & Cameræ Conſilij integerrimus Conſul , Maioriſque Archiepiſcopalis Collegij fulgentiſſimum ſydus lib. 6. (alias 3. ſecundæ partis .) controverſiarum cap. 60. num. 20. Qui tenent tanquam apertiſsima iuris principia : in dubio de doloſo, vel non doloſo ; de vſurario, vel non vſurario contractus: nec præſumi doloſum , nec iudicari vſurarium contractum , ſed interpretationē ,, benignam eſſe faciendam. *Si* ,, omnia ſuperiora (inquit doctiſ- ,, ſimus Menchaca) quem nimis ,, formidoloſum timidumque; ,, quietum reddere nequeant, tûc ,, ſaltem, non poterunt non red- ,, dere dubium , vt in ambiguo ,, ſit, àn Cambiorum negotiatio, ,, vſuram capiat nec nè: Tum ſic ,, in re dubia contractus vſurarius ,, non eſt iudicandus , vt di- ,, cunt Bald. Alexand. Jaſo , & ,, Decius : ergò ſi non ex capite ,, certitudinis , ſaltem ex capite ,, ambiguitatis contractus licitus ,, *dicetur*. Quorum omnium ſyllabû clave aurea concludat Eruditiſsimus , vniuſque ſæculi vir, Caſtellę, & Indiarum Regij Conſilij Senator, D.D. Ioannes de Solorçano , inſignis Doctorum cætus fœliciſsima ſoboles, cuius auctoritas adeò conſpicua eſt lib. 3. de iure Indiarum capite 2. numero 32. vt eam hic annectere operæpretium ſit pro noſtra ſententia communi Iuriſperitorum calculo firmanda; ibi:

,, *Vnde* tritum eſt, àc certum in
,, iure noſtro proverbium, Sa-
,, pientum doctorumque homi-
,, num ſententias, & opiniones
,, ſequendas eſſe, & ab omni
,, culpa excuſare tam in foro in-
,, teriori, quam exteriori, etiàm
,, ſi quis forte eas ſequutus *erra-*
,, *verit*. Verum, vt ex his patet, preclariſsimi Scriptores Salmantini enumerati non ſolum explodunt placita Fagnani, ſed noſtram & communem ſententiam authoritate ſua ſummoperè muniunt; ideòque pro illa debuiſſent allegari; modo autèm eos meminiſſe libuit, tum ad refricandam tot inſignium Virorum memoriam; tum ad obruendam Fagnani, & Merendæ cogitationem iam vel ipſis Antiprobabiliſtis invitam.

30 Neque item diſputationem inſtituam cum Celladeo, ſeu Elicaldo, qui novam viam ſe profitetur ingreſſum. Et in primis fatetur ipſe ſe olim fuiſſe Probabiliſtam, & ſententiæ communi maximè addictum. Deinde verò mutaſſe ſententiam, & exiſtimaſſe dari obligationem ſequendi probabiliora. Tandem verò cognoviſſe nec ſufficere hanc regulam de ſequendis probabilioribus. Quid enim verò dicendum? Tenebimur ſemper ad tutiora? Minimè ait Celladeus. Vbi nàm ergò ſiſtemus? Siſtendum, inquit, eſt in veritate, ità quidèm vt ſola opinio vera ſit recta morum regula. O regulam optimam ſi nobis eſſet vbique nota! Sed ignota ſæpiſsimè eſt, vt oſtendunt tot Authorum etiàm Sanctiſſimorum oppoſitæ ſententiæ; ex quibus media pars ſine dubio fallitur. Quid ergò præſtandum eſt in ſimili conflictu adeò frequenti? An ſemper ſectanda ſunt tutiora? An ſemper probabiliora? Nihil horum ſatisfacit Celladeo. Vndè eius mens adhuc ambulat in tenebris.

31 Nihilominus aſſignat quoddam probabile, quod appellat reale poſitivum, & hoc dicit eſſe rectam morum regulam. At quodnam eſt probabile hoc? An pars tutior? An pars mihi, vel alijs probabilior & ſi forte falſa ſit? Negat hoc Celladeus expreſsè docens nullam opinionem re ipſa falſam, eſſe probabilem. Vndè iuxta illum ſola opinio vera erit regula: at cum ſæpè veritas ſit nobis oculta; manifeſtè deducitur; ſæpè nos manere abſque vlla regula operandi, & conſequenter caſu & fortuna peccare, & à peccatis abſtinere, prout caſu & fortuna occurrit veritas vel falſitas realis.

32 Addit tamèn duo: primum, eum qui falſo iudicio dirigitur peccare, ſi erret vincibilitèr; ſi tamèn invincibilitèr erret, non peccare, ſed nec elicere operationem moralitèr bonam, ſed indifferen

Digitized by Google

ferentem in individuo, vnde plures operationes indifferentes in individuo admittit. Secundum, non dari ignorantiam invincibilem & excuſantem à peccato circa ius naturæ. Verùm circa hæc tria, pauca de pluribus, quæ occurrunt, animadvertenda ſunt. Primum veriſsimum eſt; at ſi coniungatur cum doctrina Celladei, peſsimam infert & damnatam conſequentiam: nempe iſtam: ergò opinio tenuis, aut etiàm nullius probabilitatis excuſat à peccato; quod eſt damnatum ab Innocentio XI. Probatur: nàm per te omnis opinio falſa eſt tenuis aut etiàm nullius probabilitatis: ſed per te opinio falſa (quando nimirum error eſt invincibilis) excuſat à peccato: ergò opinio tenuis aut nullius probabilitatis excuſat à peccato.

33 Diſplicet item, quod addit, neminem operari honeſte, ſi dirigitur iudicio falſo; nàm dare eleemoſinam pauperi ficto, quem opinor eſſe verum pauperem, ſine dubio eſt actus miſericordiæ vti ex eius motivo elicitus; & tamen dirigitur iudicio falſo: ergò error ille, alijque ſimiles non impediunt honeſtatem actus. Vlterius Celladeus iactat ſuam opinionem eſſe Sancti Thomæ; ſed tamen in 2. diſt. 2. quæſt. 3. art. 8. D. Thomas nullum admittit actum indifferentem in individuo, ſed potiùs docet omnes eſſe vel poſitive malos, vel poſitive honeſtos: ergò ſibi & D. Thomæ contradicit.

34 Secundum etiàm falſiſsimum eſt, eiuſque falſitatem demonſtrat Terillus, Moya, & ex illis RR. Thyrſus, diſſert. 11. cap. 5. qui tamen licet nobis omninò placeat in eo quod contra Celladeum docet poſſe dari ignorantiam invincibilem iuris naturalis; diſplicet tamen in eo quod oppoſitam ſententiam quam iudicat falſam adhuc appellat probabilem. Hoc enim repugnat huic Authori diſſert. 3. cap. 3. §. 2. vbi hoc aſſumit probandum:
„ *Quando* opiniones ſunt invi-
„ cem oppoſitæ, & veritas vnius
„ eſt falſitas alterius, non manet
„ abſolute probabilis reſpectu
„ operantis pars illa, quæ ipſi
„ proponitur vt minùs veriſimi-
„ lis, quia illam non poteſt tunc
„ approbare vt veram per pru-
„ dentem *aſſenſum*. Nunc ſic: Opinio Celladei apparet vt minùs veriſimilis, atque item vt falſa RR. Thyrſo affirmanti, & tenenti eius contradictoriam: ergò ea ipſa opinio Celladei non poteſt eſſe apud eundem Thyrſum probabilis: & tamen apud illum eſt & dicitur probabilis, vt conſtat ex ſua tertia propoſitione capitali in ſecunda tabella, quam appendit in fronte operis ſui: ergò ſibi contradicit RR. Thyrſus.

35 Omiſſa ergò ea ſecunda imperceptibili ſententia Celladei,

quæ conditionibus Antiprobabiliſtis iàm meritò diſplicuit; venio ad tertiam eorum, qui dicunt, licitum eſſe ſequi opinionem faventem libertati, & licitudini cõtractus ex g. quotieſcumque talis opinio appareat operaturo probabilior propter momenta rationis, & authoritatis: probabilior, inquiunt, ſenſibiliter; nàm ſi eſt tenuis, dubius, aut nullus exceſſus pro probabilitate vnius, vel ſi eſt æqualis, aut fere æqualis probabilitas pro vtraque; docent, non poſſe hominem abſque peccato prodire in tale opus, vel contractum. Ità RR. P. Thyrſus & eius Aſſeclæ; ità recens P. Munieſſa in ſuis ſtimulis; ità etiàm (licet ſecum pugnans & in Celladeum declinans) Palaneus tom. de conſcientia humana, qui omnes ſequuntur Gonetum ante illos hoc ipſum aſſerentem tom. 3. diſſert. de opinionum probabilitate, vt proteſtatur RR. Thyrſus diſſert. 10. num. 17. Vtitur autem Magiſter Gonet rationibus debiliſsimis & ſibi contrarijs; quamquam & hanc inconſequentiam etiàm imitatos fuiſſe memoratos Recentiores poſt illum, oſtendam in decurſu Diſputationis.

****

SECTIO IV.

An quandò adſunt opiniones pro licito, & illicito contractu, is qui vtitur opinione de licito ſivè probabili, ſivè probabiliori debeat regulari iudicio moralitèr certo teſtante, ſe hic, & nunc ſine peccato formali operari?

36 Næceſſarium eſſe illud iudicium moraliter certum, & vniverſale ſeu reflexum ex principijs vniverſalibus, docet ſententia benigna, & communis, vt ſectione proxima retulimus: nimirùm vt homo operetur abſque periculo peccandi hic, & nunc, & cum conſcientiæ ſecuritate. E contrario Adverſarij noſtri dicunt tale iudicium vix aut ne vix quidem eſſe poſsibile, multoque minus requiſitum ad operandum ſine peccato, ſed ſufficere, quod quis ex motivis probabilioribus iudicet contractum iſtum eſſe re ipſa licitum; iudicio videlicet firmo, & non fluctuante; conceptoque non ex paſsione, aut inconſideratione; ſed maturè, & ex ſincera intentione inveniendi veritatem circa illud dubium particulare. Dicunt enim hoc iudicium licet opinativum ſufficere ad operandum honeſtè poſitivè, ſi opinio illa circa contra

tractum ſit vera; vel ad honeſtè negativè, ideſt ad non peccandum formalitèr, licèt re ipſa ſit falſa: Nàm ſi falſa ſit, non poſſe evadere operationem honeſtam tuentur acritèr.

37 Atquè hinc vides mirabilem vicißitudinem: ij enim Recentiores qui ſe exiſtimant Reformatores Eccleſię vel ſaltem doctrinæ integro ſæculo vigentis in Eccleſiæ Magiſtris; quique promittunt ſecuritatem conſcientiarum, reformationem morum, & vitationem peccatorum; ij, inquam, putant ſe tutos eſſe dummodò habeant iudicium probabiliùs, opinativum tamèn affirmans hunc contractum eſſe licitum; permittens tamèn formidinem & timorem gravem, & prudentem circà hoc ipſum, ſeù circà illicitum, & peccaminoſum talis contractus. Putantquè proindè, ſe ſatisfacere debitæ reverentiæ circà legẽ Dei, & diligentiæ in avertendo peccato, & periculo peccandi, quanvis detur hic, & nunc ea prudens formido de peccato; quin neceſſarium ſit recurrere ad principium generale, & reflexum de eo quod licitum ſit in omni ſimili caſu operari, aut quod tunc datur ignorantia excuſabilis, vel quid ſimile; ut diximus cũ ſententia benigna.

38 Econverſo autèm Authores ſententiæ benignæ, ſeù Probabiliſtæ, qui ab illis accuſantur ut laxi, & laxantes conſcientias, exponentesque homines periculis peccandi; requirunt, quod in caſu duarum opinionum, æquè aut inæqualitèr probabilium, deponat operaturus omnem prudentem formidinem peccandi formalitèr ex vi principij practici reflexi ſupra explicati, dictantis hunc errorem fortè latentem, & eſſe excuſabilem, & invincibilem; quià ſi ſolùm habet opinionem directam, cum hæc ſit opinativa, ſcit homo ſe exponere periculo peccandi, & manet cum conſcientia inſufficiente, uti non excludente prudens periculum, ſed potiùs ſe exponit & amat periculum, conſequentèrque in illo peribit. Vides ergò noſtram benignam ſententiam Probabiliſtarum eſſe apertè tutiorem & conſcientijs ſecuriorem: oppoſitam verò non ità. Quid ergò clamant contrà nos?

39 Sed quoniam hanc certitudinem moralem ex vi principij univerſalis & reflexi averſantur contrarij, eamque dicunt fictam, ſuſpectam, impoßibilem, & contra obligationem timendi in omnibus noſtris operibus; eſt enim, ait cum Thyrſo & alijs, Murieſla pag. 18. contra illud Job cap. 9. ℣. 28. *verebar omnia opera mea*. Et contra Apoſtolum epiſt. 1. ad Corinth. c. 4. ℣. 4. *nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum,*

ſuper quæ S. Baſilius apud Cornelium: *Cum* in multis rebus „ offendamus, omnes maiorem „ tamèn offenſarum partem nè „ intelligamus quidem: idcircò „ aiebat Apoſtolus, nihil mihi „ conſcius ſum *&c.* Eſt etiàm contra Illud Pſalm. 18. ℣. 13. *Delicta quis intelligit?* Et contra Apoſtolum ad Philip. cap. 2. ℣. 12. *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini*: Vt ſcilicet (comentatur Munieſſa) adhuc dum bene agimus inter ſpem, & metum de ipſa noſtra operatione agamus. Et hanc formidinem commendatam fuiſſe à Divo Paulo nobis ſalutaritèr operantibus, docet ibi, & concludit eam non poſſe cohærere cum certitudine à nobis requiſita, & promiſſa de non peccando in hac actione.

40 Hæc tamèn Adverſariorum doctrina mihi vehementèr diſplicuit ſemper, & modo ſummè diſplicet: videtur enim injicere laqueos conſcientijs, & eas ducere in certiſsima peccandi pericula, adeoquè in manifeſta peccata. Nàm ſi (vt ex proximis textibus contendunt) Apoſtolus commendat, & monet, vt in noſtra operatione habeamus timorem peccandi per ipſam eandem operationem; ſinè dubio commendat nobis timorem prudentem; Timor enim commendatus à Paulo prudens eſt, vt patet: Ergò iuxta monitum Pauli debemus operari cum timore prudenti peccandi in ipſa operatione, & non avertendo priùs illum timorem, ſed illum fovendo, & conſervando: hoc autèm falſiſsimum eſt; & contra omnes Theologos, & faceret, quod actu peccemus: Nàm qui operatur cum prudenti timore offendendi Deum in hac operatione, iàm offendit illum; ſi enim datur prudens timor offenſæ, datur absdubio periculum offenſæ, alioqui timor eſſet imprudens: ſed per te habeo, & habere debeo timorem prudentem offendendi Deum in hac operatione: ergò datur periculum prudens ſic offendendi in tali operatione: at qui operatur cum periculo, & timore prudenti peccandi in hac operatione, iàm ſe exponit periculo, & quidèm prudenti, immediato, & proximo verſanti circa hanc operationem: ergo peccat.

41 Hoc eſt evidentiſsimum: ideòque monent Doctores, vt ante operationem deponatur omnis timor, formido, & ſcrupulus, & conſequentèr quicunque timor tum occurrat debet eſſe prudentèr deponibilis, & deponendus: ergò

gò non commendatus ab Apoſtolo, nec prudens; ſed potiùs contemnendus, & abſtergendus vt imprudens. Certè dum Munieſſa cum Adverſarijs dicit nos juxta Apoſtolum debere habere, dum operamur, timorem non peccandi in tali operatione: & dum aliundè docent tunc depellendum eſſe timorem vt ſcrupulum contemnendum, & imprudentem; hæc tria manifeſtè præſtant: primò, ſibi contradicunt. Secundo, obtrudunt Apoſtolum conſulentem timorem imprudentem, inanem, & contemnendum. Tertiò, exponunt homines periculo peccandi, faciunt enim, vt operentur cum timore conſulto peccandi; quæ omnia abſurdiſſima eſſe quis non videat? Hæc ſanè cogerent homines ad timendum, cum conſulant timorem, & ad non timendum, cum timorem avertant, vndè eorum conſcientia inani vertigine agitata, ſe ipſam dilaniaret, cum maximè metu ſpre- ,, to ſibi favere deberet. *Ergò* ,, & ſpem, àc metum exami- ,, na: & quoties incerta erunt ,, omnia, tibi fave, crede quod ,, mavis. Si plures habebis ſenten- ,, tias metus; nihilominùs in hanc ,, partem potius inclina, & per- ,, turbare te *deſine*: aiebat appoſitiſsimè Egregius ille Philoſophus Hiſpanus, & Bæticus noſter Seneca epiſt. 13. vaniſſimos illos timores iàm olim perſtringens.

SECTIO V.

Probatur hæc doctrina ex Angelico Magiſtro.

42 SPECIOSVS Eſt Sancti Thomę locus quodlib. 8. quæſt. 6. art. 13. vbi propoſito caſu duplicis opinionis, quarum vna, ait, licere, alia non licerę habere plures Prævendas, inquit: *Aut* ,, ergò ille, qui facit contra opi- ,, nionem Magiſtrorum vtpotè ,, habendò plures Prevendas, fa- ,, cit contra veram opinionem, ,, & ſic cum faciat contra legem ,, Dei, non excuſatur à peccato ,, quamvis non faciat contra ,, conſcientiam, ſic enim contra legem Dei facit: aut illa ,, opinio non eſt vera; ſed magis contraria quam iſte ſequi- ,, tur: ità quod vere licèt ha- ,, bere plures Prævendas, & tunc ,, diſtinguendum eſt. Quià aut ,, talis habet conſcientiam de ,, *contrario* (ideſt de eo, quod ſit ,, illicitum habere) & ſic iterum ,, peccat: aut non habet conſ- ,, cientiam de contrario, ſed ,, *certitudinem* (En ſtàtibus opinio-

nionibus contrarijs ſtare poteſt certitudo de non peccato *)ſed* „ tamèn in quandam dubitatio- „ nem inducitur ex contrarieta- „ te opinionum ; & ſic ſi manen- „ te tali dubitatione plures Præ- „ vendas habet, periculo ſe com- „ mittit , & ſic proculdubio pec- „ cat, vtpotè magis amans bene- „ ficium temporale , quam pro- „ priam ſalutē. Aut ex contrarijs „ opinionibus in nullam dubita- „ tionem adducitur , & ſic non „ committit ſe diſcrimini , nec „ *peccat.*

43 Ex quibus vides , primò poſſe dari duas opiniones contrarias Magiſtrorum , & tamèn poſſe Diſcipulum , vel operantem habere certitudinem de eo quod non peccet ſequendo opinionem benignam, & ſe conformando cum Magiſtris ità ſentientibus ; at hanc certitudinem non habet quià videt veritatem opinionis directæ , hæc enim adhuc eſt dubia , & controverſa intèr ſapientes , nec Diſcipulus debet præſumere ſe in ſimilibus dubijs ſemper invenire certā veritatem de qua dubitant Sapientiores Magiſtri, ignorandi adhuc & diſcendi capaces , vt ait textus in leg. 63. *Legatis ſervis §. ornatricibus. ff. de legat. tertio*: Ergò certitudo quam homo in eo caſu habere poteſt ; & de qua loquitur D. Thomas eſt certitudo reflexa de eo quod hic & nunc non peccet , quià fecit ſufficientem diligentiam , nec invenit quod ſufficienter moveat ad iudicandum actionem eſſe illicitā.

44 Vides ſecundo: hominem in eo caſu , eo quod non attendat ad principia iſta reflexa, & deſerat hanc certitudinem reflexam ex illis habitam , aut habendam : poſſe nimis attendere ad contrarietatem opinionum , & propter illam induci in dubitationem , vtrum videlicet peccet, vel non peccet in illa actione ; & tunc docet Divus Thomas illum ſic operantē ſe committere periculo, & peccare formaliter : vnde cum (vt docent contrarij) homo habeat , & iuxta Divum Paulum debeat habere timorem prudentem de eo quod non peccet in tali actione , adeoque timorem fundatum in prudenti periculo, patet illum ſic operantē ſe committere periculo illi , & peccare iuxtà Divum Thomam ; qui rectè infert peccare hominem dum agit videns prudens periculum peccandi. Nam licet non dicat hominem induci in timorem, ſed in dubitationem , quam contrarij dicunt eſſe dubium ſuſpenſivum , ſeu ſuſpenſionem iudicij: certe Sanctus Doctor manifeſte docet cum omnibus hominem peccare, quando operatur videns periculum peccandi in tali actione: At probavi eum qui prudenter cum Apoſtolo timet peccatum

tum in hac actione, videret periculum peccandi; timeret alioqui, vbi non erat timor, nec periculum, nec cauſa timendi, atque adeo vane, & timore non conſulto ab Apoſtolo, qui non conſulit timores vanos, vt patet: ergo ille peccaret ob periculum non vanum peccandi in tali actione ab eo prævisſum.

45 Vides denique tertio iuxta illa verba vltima D. Thomæ: ,, *aut* ex contraris opinionibus in nullam dubitationem *adducitur*: vides, inquam, hominem in conflictu duarum opinionum contrariarum de licito, & illicito, licet æquè probabilium, & fundatarum in motivis, & Authoritate æquali Magiſtrorum, adhuc poſſe obtinere certitudinem, qua in nullam dubitationem inducatur, & qua videat nullum eſſe periculum peccandi formaliter, & vere diſplicendi Deo; & tunc docet nullatenus peccare, nempe non materialiter, quia nec contra legem facit, vti ſequens ſententiam directam veram, nec contra conſcientiam, quia non ſe exponit periculo peccandi.

46 Quod autem Divus Thomas non loquatur de caſu præciſè, quo opinio directa de licito eſt probabilior, patet evidenter. Primo, quia ſolum loquitur generaliter quando dantur contrariæ opiniones, nam titulus illius quæſtionis 6. eſt: ,, *Vtrum* quando ſunt diverſæ opiniones de aliquo facto, ille qui ſequitur minus tutam, *peccet?* At non ſemper ac dantur opiniones contrariæ, vna eſt probabilior, maxime ſenſibiliter, vt loquuntur contrarij: ſed ſæpiſsime æquales, aut fere æquales ſunt: ergo Divus Thomas non loquitur præciſſe in caſu maioris probabilitatis, ſed potius in caſu generalis probabilitatis, ſive æqualis, ſive inæqualis: alioqui inepte, & obſcure procederet, ſi non reſolveret quæſtionem illam vniverſaliter prout eam propoſuerat. Secundo, quia in ratione dubitandi ait, ,, *Quod* habens plures Præbendas videtur peccare hoc ipſo, quod opiniones Magiſtrorum ſunt incontrarium, quia iſte committit ſe diſcrimini, vt videtur, cùm faciat contra multorum peritorū *ſententiā*: ſupponit ergo contrariam ſententiam de illicito habere Authoritatem, & rationes multorum peritorum, atque adeo eſſe vere probabilem, & aprobatam, ſufficientemque ad fundandum periculum: in quibus verbis non exprimit eam ſententiam de illicito eſſe minus probabilem, ſed potius videtur ſupponere eſſe ſaltem æqualem cum oppoſita excuſante. Tertio evidentius, quia contra hanc rationem dubitandi opponit aliam pro parte contra-

ria

ria ad probandum non peccare „hominem in eo caſu: *Quia* „poteſt eſſe quod in tali caſu „aliquis adhibeat diligentiam „inquirens an habere plures „Prævendas ſit licitum, nec in- „venit aliquid quod eum mo „veat ad hoc quod ſit *illicitum*. At iuxta P. Thyrſum, quando opiniones ſunt æque probabiles, homo non invenit motiva ad iudicandum opus eſſe illicitum: ſed potius prudenter ſuſpendit aſſenſum, & nõ iudicat eſſe illicitũ: ergo evidenter loquitur Div. Thomas in caſu etiam æqualis probabilitatis, in quo homo non invenit aliquid ſufficienter movens ad hoc quod ſit illicitum. Et tamen etiam in hoc caſu docet quod homo poteſt ex contrarietate opinionum in nullam dubitationem adduci, & ſic non committere ſe diſcrimini, nec peccare: ergo poteſt adquirere eam ſecuritatem, & certitudinem etiam in eo caſu.

47. Hæc, cum perſpicua ſint; miror RR. Thyrſum diſſert. 9. num. 13. poſt relatum hunc textum D. Thomæ, dicere in eo reperiri plura contra nos. Sed quænam precor? Primo, inquit, contra multos Probabiliſtas, ſequitur poſſe hominem peccare contra legem, quin peccet contra conſcientiam; quod negant illi, aientes neminem peccare; quos impugnat ipſe tom. 4. ſelect. diſp. 6. à n. 92. Verum D. Thomas, niſi explicetur cum S. Antonino ſupra ſect. 2. intelligendus eſt de peccato materiali: nam qui non operatur contra aliquam conſcientiam propriam, ſive præſentem, ſive ante habitam, non poteſt peccare actualiter, vt ipſe P. Thyrſus fatetur contra Janſeniſtas ibi. num. 155. At D. Thomas ſic abſolute loquitur ſupra, „*cum* faciat contra legem non „excuſatur à peccato, quamvis „non faciat contra *conſcien-* „*tiam*: ergo ſi accipiatur de peccato formali, iam & ſi quis nunquam habuerit conſcientiam, vel ignorantiam culpabilem circa hoc opus, poterit peccare formaliter illud faciendo, quod eſt Janſenianum reprobatum à P. Thyrſo, atque etiam non excuſabitur à malitia eius operis, per hoc quod ſit ſecundum conſcientiam, etiam probabiliorem, aut probabiliſsimam, quia adhuc eſſet contra legem: quod quidem eſt contra eundem Authorem, dicentem opinionem probabiliorem, & ſi falſam, & contra legem excuſare à peccato formali; eſt etiam contra decretum Alexandri Octavi, ex quo conſtat opinionẽ probabiliſsimam excuſare à peccato.

48. Præterea RR. Thyrſus, ibi poſt latiſsimam diſputationem reducit rem totam ad purum nomen; ſolum enim vult hominem poſt ignorantiam culpabi-

pabilem peccare in alijs operibus ſequutis abſque advertentia malitiæ peccato novo, non novitate totali, nec novitate libertatis tunc ſufficientis ſe ſola ad peccandum(id enim vix à Janſeniſmo excuſari poteſt) ſed novitate partiali, quatenus ponit opus quod à libertate, advertentia, ſeu conſcientia precedenti conſtituitur in eſſe peccati, quod quidem perinde eſt, ac dicere, dari novũ peccatũ denominative à peccato anteriori culpabilis ignorantiæ, quæ eſt quæſtio de nomine, vt iam notant Authores pro Vaſquez, & contra Vazquez: vel ad ſummum eſt dicere ea opera ſequuta addere eam malitiam novam, quam addunt actiones externæ ſupra actus internos, quod non eſt ad rem, nec intenditur ibi à D. Thoma. Conſtat ergo illum loqui ibi de peccato materiali contra legem, & ſi non ſit contra conſcientiam: vel, vt alij cum D. Antonino explicant, loqui de peccato contra legem, quando hæc ita conſtat ex Scriptura, vel ex determinatione Eccleſiæ, vt eius ignorantia ſit vel affectata, vel vincibilis, tunc enim homo agens contra illam legem peccat omittendo inquiſitionem illius legis, licet non faciat contra conſcientiam immediate reſpicientem opus factum abſque vlla inquiſitione, nec aliud intendit Angelicus Magiſter.

49 Secundo ait RR. Thyrſus, ex memorato textu D. Thomæ, illum ſentire inquirendam eſſe veritatem opinionis excuſantis actionem, vt eam quis conſulat, aut ſequatur, nec debere eſſe contentum, eo quod ſciat eſſe probabilem vtcunque, vel æque probabilem, donec videat eſſe probabiliorem: quod eſt contra Probabiliſtas. Sed quam voluntarie hoc proferatur à P. Thyrſo patet evidenter; quia nos etiam docemus debere Magiſtros examinare opiniones, quin ſiſtant in relatione hiſtorica de opinionibus, vel probabilioribus, vel probabiliſsimis; licet per vos ſufficiat probabilior, & iuxta omnes probabiliſsima. Ratio eſt, quia Magiſtri munus maiorem curam poſtulat, cum ſuam ſit ſententiam prolaturus: tum quia cùm caſus conſcientiæ occurrentes ſæpiſsime non inveniantur in terminis apud Anthores, oportet, vt Magiſtri bene noverint principia, & momenta quibus ſimiles opiniones fulciuntur, vt ſaltem ex illis duci poſsit ad iudicandum prudenter de caſibus ad eam materiam ſpectantibus, & cùm circunſtantijs innumeris non tactis ab Authoribus: in quibus quanta Magiſtri peritia, diligentia, & ſtudium requirantur, cognoſcunt qui caſus cordate, & timorate, vt par eſt, reſolvunt, quamvis ſint Probabiliſtæ. Ex hoc

Digitized by Google

re ſecuritatem depellentem omnem dubitationem; ita vt certus ſit ſe non peccare, nimirum ob principium vniverſale reflexum, quia adhibuit diligentiam, nec invenit aliquid ſufficienter movens ad iudicandum, quod ſit illicitum: vt aiebat Div. Thomas, & cum eo D. Antoninus: idque veriſsimum erit quanvis opinio benigna, quam ſequitur, vera non ſit, dummodo ita fecerit examen, vt error maneat invencibilis; excuſare enim ignorantiam invincibilem conſtat ex Div. Thoma 1. 2. quæſt. 76. art. 3. Conſtat ex definitione Eccleſiæ. Idque ratione naturali manifeſtum eſt, ſitumque in illo vulgari Philoſophiæ Moralis principio: *Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt*; quod Magnus Parens Auguſtinus lib. de duab. animab. cap. 11. vſque adeò eſſe notum aſſerit, vt à toto genere „humano decantetur: *Nonne*, „(inquit) iſta cantant & in mon„tibus Paſtores, & in theatris „Poetæ, & indocti in circulis, & „docti in bibliothecis, & Magiſ„tri in Scholis, & Antiſtites in „ſacris locis, & in orbe terra„rum genus *humanum*?

52 Ex quibus omnibus evidenter etiam colligitur, mirificè falli Gonetum ſibi ſuadentem ex prædicto D. Thomæ teſtimonio inferri Scholæ Thomiſticæ Principem aperte ſtare pro ſua ſententia. Audiat igitur ſuum Dominicanum, Magiſtrum Ferre in 1. 2. tom. 2. tract. 6. de probabilit. quæſt. 9. §. 3. num. 338. qui ita deſevijt in ſuum Mercorum ob eandem impoſturam: „*His* præ„ſumit Inquiſitor Mercorus ſe „reportare triumphum, & pal„mam contra Probabiliſtas, „dum ſibi ſuadet S. Doctorem „in ea fuiſſe opinione, quæ non „admittit vſum licitum opinio„nis vere probabilis. Sed ſi ve„rum eſt, quod opinio oppoſita „Magiſtrorum, facit dubitare „diſcipulum, neſcio, quam „ob cauſam Neotericus iſte „non dubitaverit de hac ſua „nova ſententia, videns Illu„ſtriſsimos Thomiſtas Magi„ſtros noſtros, nempe Bañez, „Medinam, Sotum, Joannem à „S. Thoma, Serram, Martinez, „& innumeros alios qui Tho„miſticam doctrinam ſuis illuſ„trarunt ſcriptis, & veram men„tem D. Thomæ tradidere poſ„teris, tenere oppoſitum, quod „non docuiſſent, ſi contra D. „Thomam eſſe *ſenſiſſent*. Hæc fideliſsimus iſte, & celebratiſſimus apud Salmanticenſes Angelici Magiſtri Diſcipulus. Stet ergo Div. Thomam (ſi verius loquamur) aperte favere ſententiæ benignæ, alioquin

Digitized by Google

nec tam inſignes & innumeri Thomiſtæ eam docuiſſent; nec D. Thomas 1. 2. quæſt. 96. art. 6. laudaret Juriſconſultum Modeſtinum noſtræ benignæ ſententiæ prælucentem *leg.* 25. *ff. de legibus* his elegantiſsimis „ verbis : *nulla* iuris ratio , aut „ æquitatis benignitas patitur, „ vt quæ ſalubriter pro vtilitate „ hominum introducuntur , ea „ nos duriore interpretatione „ contra ipſorum commodum „ producamus ad *ſeveritatem.*

SECTIO VI.

Eadem Doctrina vlterius probatur , & oſtenditur in ſufficientia opinianis etiam probabilioris pro regula, ſecluſo principio vniverſali, ſeu reflexo.

53 NON minus celebris eſt Eminentiſsimi Caietani locus in ſumma verbo *opinio* , aientis: „ eo ipſo quod operatio regulanda committitur opinioni, „ committitur regulæ ambiguæ: „ quia opinio omnis ambigua „ eſt , vtpote cum formidine alterius partis, & quia præſupponitur, quod non eligatur tutior „ pars, conſequens eſt , vt operatio committatur regulæ ambiguæ ad caſum peccati , quod „ conſtat eſſe illicitum. Et ſi de „ peccato mortali agitur , conſtat eſſe mortale facere ſcienter „ operationem dubiam an ſit „ mortalis. Et hæc intellige de „ opinione proprie dicta , quæ „ eſt cum formidine alterius „ *partis*. Hucuſque Caietanus: circa quæ verba , notanda primo eſt inconſtantia RR. P. Thyrſi qui diſſert. 10. cap. 1. num. 12. expendens hæc verba Caietani, ait illum ſolum requirere certitudinem indiſtinctam ab opinione probabiliori , & in hunc ſenſum adducit Armillam , Almaynum, Adrianum , imò & Mercorum , Fagnanum , & alios obligantes ſemper ad tutiora : vult enim RR. P. eos intelligi , quaſi obligent ad probabiliora. Omiſſa autem hac voluntaria explicatione, notandum, eundem RR. Patrem poſteà diſſert. 10. cap 3. referre iterum prædicta Caietani verba ; faterique Caietanum in illis requirere non ſolum probabilitatem , ſed certitudinem; ideoque impugnat Caietanum, imò & Navarrum in cap. *ſiquis* de pœnitentia diſt. 7. n. 61. 62. & 63. quos cum ſæpe pro ſe retulerit , quaſi affirmantes ſufficere opinionem probabiliorem, modo iterum , & vere contra ſe allegat quaſi requirentes certitudinem non directam , & ſpecula-

Digitized by Google

culativam, ſed practicam, & particularem circa hic & nunc; & hanc eorum mentem, & certitudinem requiſitam pro formanda conſcientia, late impugnat, & refellit. En RR. Pater eoſdem Authores, eademque eorum verba allegat iam pro ſe, iam contra ſe circa idem punctum formandæ conſcientiæ. Qui nævus eſt non diſsimulandus.

54 Modo autem preme
„ verba illa Caietani: *Hoc* ipſo
„ quod operatio regulanda com-
„ mittitur opinioni, committi-
„ tur regulæ ambiguæ, quia opi-
„ nio omnis ambigua *eſt*: ex quo deducit ſic ſe committentẽ peccare: ſed opinio quanvis probabilior, adhuc eſt opinio, & ambigua: ergo qui per illã tantùm dirigitur, exponit ſe periculo peccandi, & peccat iuxta Caietanum: ergo requiritur iuxta Caietanum certitudo ſuperans opinionem, & ſi probabiliorem. Sic requiri iuxta Caietanũ fatetur RR. Thyrſus ſibi contrarius, vt monui: & conſequentèr ex hoc habemus perperam illum, & Cardinalem Aguirre allegare pro ſe Eminentiſsimum Caietanum.

55 Sed dices, iuxta Caietanum debebit homo ſemper ſequi viam tutiorem, etiam quando opinio excuſans eſt æque probabilis, vel probabilior. Reſpondeo, Caietanum ſequentem ſuum Angelicum Præceptorem docuiſſe poſt verba à nobis relata bene componi cum opinionibus probabilibus contrarijs certitudinem moralem de eo quod quis hic & nunc non peccet; ſic enim ibi:
„ *&* hæc intellige de opinione
„ proprie dicta, vt diximus, quæ
„ eſt cum formidine alterius par-
„ tis, vt per ſe loquendo. Non
„ enim propterea aliquid opi-
„ nione tenetur, quia diverſi
„ Doctores contraria ſentiant:
„ quoniam cum huiuſmodi con-
„ trarietate ſtat, quod vna pars
„ ſit ratione ſufficiente ad moralẽ
„ certitudinem *fulta*. Hanc autem certitudinem eſſe practicam circa hic & nunc, non vero ſpeculativam, & directam, conſtat, tum ex confeſsione RR. P. Thyrſi, vbi nuper impugnantis Caietanum, vti diſtinguentem iudicium ſpeculativum incertum à iudicio practico certo; tum quia alibi clariſsime ſuam mentem aperuit.

56 Quanquam enim Caietanus conſulens brebitati ſummę, ſatis non expreſerit certitudinem à ſe requiſitam; tamen ſuper hoc, ipſo dubio, conſultus, clare & dilucide reſpondit in ſuis opuſculis tom. 1. tract. 31. reſponſ. 13. verſu *ſeptimum dubium*. Ibi tractans quomodo ſtantibus contrarijs opinionibus circa licitum, vel illicitum, poſsit tolli ambiguitas, & licite agi; ſic autem procedit.
„ *Ad* hoc quæſitum dupliciter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

„ videtur ab alijs reſponderi. „ Quidam enim diſtinguendam „ putant quantitatem ambiguitatis; ita quod cum quis ſcrupulum habet de aliquo actu exercendo(puta àn liceat pulſare in „ die feſto) ſi ſic fluctuat, quod „ plus, aut æquè credit eſſe licitum; ſcrupulus eſt, quo ſtante „ non licet ſibi pulſare in die feſto. Si vero plus credit cum „ hæſitatione tamen liciti, ſcrupulus, inquiunt, eſt quo ſtante, „ licitum eſt illi pulſare in die „ *feſto*(en ſentetia ipſiſsima RR. „ Thyrſi) Quibuſdam autèm videtur ad rationem licitę operationis exigi fidem certam excludentem omnem dubitationem; alioquin periculo peccandi contra conſcientiam exponeret ſe operans cum formidine *alterius*. En noſtra ſententia, quam ſtatim amplectitur, & explicat egregiè Caietanus his verbis.

57 „ *Mihi* autem occurrit dicendum, quod ſivè ſcrupulus occurrat ex parte appetitus, vt contingit timentibus „ peccare in aliquo actu, & neſciunt quare; ſive ex parte rationis, vt contingit ijs, qui ex aliqua ratione magna, mediocri, „ vel levi fluctuant; diſtinguere „ oportet de modo, an huiuſmodi hæſitatio, ſeu vacillatio „ modo ſpeculativo, vel mo ſit „ practico: hoc eſt, àn dubitet de licito, vel illicito ſecundũ ſe vel „ vt eſt ratio operis ſui hic, & „ *nunc*. En quam clarè diſtinguit opinionem directam, quã vocat ſpeculativam, ſeu remotam, à iudicio practico, quo attentis omnibus circunſtantijs ſubiecti operantis, pronuntiat homo ſibi hic, & nunc licitum eſſe opus pulſandi. Hac autem poſita diſtinctione, proſequitur ſic: *Nam* „ ſiquis dubitaret, an pulſare in „ die feſto ſit illicitum, & tamen „ non dubitaret ſibi, *hic eſſe licitum* pulſare, iſte *non peccaret* pulſando, quantumcunque „ magna eſſet dubitatio apud „ eundem de actu pulſandi ſecundum ſe, an ſit licitus, vel „ illicitus, & ſimiliter quantumcũque eſſet maximus timor de „ *eodem*. En docet, poſſe me habere certitudinem practicam de eo quod hic, & nunc non pecco pulſando, licèt antecedentèr directè, & ſecundum ſe ſit dubium àn licitum, vel illicitum ſit pulſare proptèr motiva ſive æqualia, ſivè probabiliora pro licito. Vides item Caietanum non requirere, quod operaturus aſſentiatur ex motivis directis opinioni de licito, ſed quod ex reflexis hic & nunc iudicet ſe non peccare pulſando. Subdit enim ſic.

58 „ *Si* certitudo ſpeculativa exigeretur, non ſolùm „ rudes, qui ſola certitudine adhæſionis alienæ doctrinæ ſunt

de eo-

,, contenti ; Sed Doctores alio-
,,rum paſsim periculo ſe exponе-
,, rent ; eo quod innumera ſunt
,, dubia , quorum alteram par-
,, tem ſic amplectuntur ; vt abſ-
,, que ſcrupulo operentur ; & ta-
,, men àn veritatem ſpeculative
,, evidentèr habeant , non perti-
,, naciter aſſerunt. Et diverſitas
,, ipſa opinionum circa aliquod
,, vnum nata eſt reddere intelle-
,, ctum ſpeculativum nutantem.
,, Non eſt ergo in hoc quæſito
,, ſpectandum adhæſitationem
,, magnam, vel parvam, ad fidem
,, certam, vel incertam de licito,
,, vel illicito abſolute , ſed ad ra-
,, tionem operandi in ſingulari.
,, Si enim applicatio ad operan-
,, dum certa eſt, quidquid tam in
,, ratione, quam in appetitu fluc-
,, tuet , ſcrupulus eſt, quo ſtante,
,, licite oppoſitum operamur. Si
,, autem applicatio ipſa ad opus
,, fluctuat circa rectum, vel obli-
,, quum moris ; ſcrupulus eſt
,, conſcientiæ, contra quam illi-
,, cite agitur, & obliquitas mora-
,, lis *incurritur.*

59 Redditque optimè ratio-
,, nem , inquiens. *Ratio* horum
,, eſt , quià in propoſito conſ-
,, cientia non ſignificat ſcientiã,
,, ſed applicationem cognitionis
,, ad opus exercendum , & prop-
,, terea ſcrupulus conſcientiæ,
,, qui per ſe opponitur conſcien-
,, tiæ, in ipſa applicatione conſiſ-
,, tit : & eadem ratione ſcrupu-
,, lus omnis ad ipſam applicatio-
,, nem non ſe extendens , conſ-
,, cientiæ non *opponitur.* Hæc Caietanus ; qui non minus ingenioſè ; quan diſſertè tradit totam Probabiliſmi doctrinam, ſtatuentem quod in contrarietate opinionum æqualitèr , vel inæqualitèr probabilium de licito ſecundum ſe , & ſpeculativè , poteſt quis nihilominùs vti benigna ſententia , cum practica certitudine de eo quod hic, & nunc non peccet ; quin hic licitus vſus in praxi impediatur per ſcrupulum illum de opinionibus ſpeculativis ſecundum ſe. Et hanc eſſe doctrinam Caietani , & Navarri fatetur RR. Thyrſus diſſert. 10. citata cap. 5. id circoque eos ibi impugnat. Qua ergo conſequentia , vel inconſequentia eos alibi ſæpe citat pro ſua ſententia extremè oppoſita ? Quo iure pronuntiat Cardinalis Aguirre Eminentiſsimum Caietanum caput Probabiliſmo abſcidiſſe ; quaſi præclarus hic Probabiliſmi defenſor, ſe ipſius nece , & ſanguine fœdaverit ? Mitius ſane ſe geſsit ſapientiſsimus Caietanus circa ſententiam communiſsimã , imò eam amplectens, & fovens maniſeſtiſsime , Probabiliſmi capiti coronam impoſuit, & à quo fortaſſe ſtaret cum Caietano Cardinalis Aguirre, ſi rem iſtam graviſſimam non in tranſitu delibaſſet, & quaſi aliud agens: ſcilicet præ-

D.D. Franciſcus de Perea,

nuncians ſuorum Conciliorum editionem, de qua iam olim præfatus fuerat Salmanticæ.

SECTIO VII.

Expenditur doctrina & obſervatio ingenioſiſsimi P. Vazquez.

60 DICES, P. Bazquez 1. 2. diſput. 62. cap. 5. (etiam ſi alioquin de Probabiliſmo optime meritum) impugnare Caietanum & Navarrum exigentes, & ponentes iudicium practicum ſingulare certum circa licitum operis hic, & nunc, quamvis detur formido circa licitum huius operis in communi, ſeu per opinionem ſpeculativam: nam implicat iudicium vniverſale circa licitum contractus eſſe dubium, ſeu formidoloſum; quin iudicium particulare contentum ſub illo ſi ſit de eodem ſubiecto, & prædicato, non ſit formidoloſum: ideo ſi formido de hoc vniverſali *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, debeo formidare de hoc: *hic ſingularis contractus prædictæ ſpeciei eſt illicitus*. Nec valet exemplum Navarri aientis me è converſo poſſe eſſe certum de vniverſali; de hoc nimirum: *quidquid eſt in ſcriptura eſt verum*; & dubitare àn Tobias habuerit canem, quæ eſt veri as peculiaris contenta: nam hæc propoſitio particularis non eſt de eodem ſubiecto, & prædicato expreſſo, àc illa vniverſalis, vt patet; nec enim dubitat àn hoc particulare contentum in ſcriptura ſit verum, ſed ſub aliis terminis; àn videlicet Tobias canem habuerit. At in noſtro caſu iudicium vniverſale ſpeculativum dicit, omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus; & particulare dicit, hic contractus huius ſpeciei eſt illicitus; ſi autem ego dubito de primo, nec poſſum de ſecundo non dubitare, cum ſerventur ijdem termini, cum ſola variatione, & determinatione vniverſalis ad particulare.

61 Sic ſubtiliſsimus Complutenſis Doctor P. Vazquez, & cum eo noſter laureatus Salmantinus RR. P. Thyrſus, & rectè quidem, ſi exemplum Navarri in eo rigore metaphiſyco ſumatur: ſic enim & falſum eſt ob rationem dictam, & etiam ineptum; quia in noſtro caſu iudicium ſpeculativum vniverſale non continet ſub ſe ſingulare practicum; nec id ſupponit Doctiſsimus Navarrus; ſed potius ſupponit iudicium particulare habere diverſa motiva, diverſamque veritatem affirmare, àc iudicium vniverſale, & propterea id

conatus eſt explicare per illud exemplum, quod tantum addecit ad ſignificandam varietatem, quę ſolet dari inter vniverſalia, & particularia, quæ maxima eſſe ſolet.

62 Iam vero quod iudicium ſpeculativum vniverſale affirmans hunc contractum eſſe illicitum, non contineat hoc iudicium particulare, hic contractus, hic, & nunc eſt illicitus, patet evidenter. Nam primum iudicium loquitur de illicito per ſe obiective, & ex parte legis à parte rei exiſtentis in Deo; atque adeò ſolum affirmat, quod contractus ſi exiſtat, erit contra talem legem; & per conſequens erit peccatum materiale, & etiam formale, niſi excuſetur operans, vel per ignorantiam legis, vel propter præceptum ſuperioris obligantis ad illum contractum; vel ob maiorem probabilitatem, qua credit eſſe licitum: in quibus caſibus erit quidem contra legem illam, eritque conſequenter peccatum materiale; non tamen formale; vt fatentur ipſi contrarij. Non ergo affirmat illud iudicium ſpeculativum vniverſale, contractum illum eſſe formaliter illicitum, ſeu peccaminoſum in omni caſu etiam per accidens poſsibili, & inſpecta quacumque diſpoſitione ſubiecti: ſic enim eſſet falſiſsimum iuxta omnes, cum falſificaretur in dictis caſibus: ſolum ergo affirmat eſſe illicitum per ſe, & contra legem obiective realiter exiſtentem, ſed tamen quæ per accidens poteſt non ſufficienter applicari, vt contractus evadat formaliter peccaminoſus.

63 At iudicium particulare practicum intentum à Caietano, Navarro, & à nobis affirmat hunc contractum attentis omnibus circunſtantijs, & diſpoſitione ſubiecti, Ex. g. inſtructi maiori vel æquali probabilitate de licito; eſſe hic, & nunc licitum per accidens ratione iſtius diſpoſitionis: ergo hoc iudicium particulare practicum non continetur in illo judicio ſpeculativo, ſed eſt valde diverſum, affirmatque rem valde diverſam. Ratio eſt evidens: nam in hoc iudicio ſpeculativo: *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, prædicatum, *illicitus*, ſignificat tantum per ſe, & ſecluſa ignorantia, vel præcepto, vel alia circunſtantia excuſante ſubiectum operans, vt dictum eſt; vel tantum dicit contractum eſſe malum, vel formaliter, ſi non detur circunſtantia excuſans; vel ſaltem materialiter, ſi detur circunſtantia excuſans malitiam formalem. Iudicium vero peculiare, & practicum conſcientiæ dicit, attentis omnibus

 circunſ-

circumſtantijs ſubiecti: *hic & nunc contractus iſte non eſt formaliter illicitus tali ſubiecto*; quod quidem iudicium poteſt eſſe verum; licet illud primum vniverſale ſit falſum, vt eſt evidens ex dictis: ergo hoc iudicium veiverſale, *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, non continet ſub ſe iſtud, *contractus hic ſingularis attentis omnibus circunſtantijs ſubiecti eſt illicitus*: cùm ſtet primum vniverſale eſſe verum, & ſecundum particulare eſſe falſum; ita vt potius verum ſit eius contradictorium, nempe hoc: *contractus hic attentis omnibus circunſtantijs non eſt formaliter illicitus ſubiecto*, vt nuper aiebam.

64 Idque fatendum eſt ab omnibus, & ab ipſo etiam Patre Vazquez: nam ipſe nobiſcum fatetur, & probat licitum eſſe ſequi ſententiam probabilem minus tutam in conſpectu tutioris, æquè aut magis probabilis: & conſequenter docet in prædicto caſu duplicis opinionis me poſſe ſic iudicare: attentis his circunſtantijs opinionis probabilis mihi faventis, non eſt mihi illicitus hic contractus; docetque hoc iudicium practicum, & ſingulare eſſe probabilius, quanvis iuxta illum non ſit certum: totum autem hoc eſſet falſum, ſi hoc iudicium ſpeculativum vniverſale *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, contineret ſub ſe iudicium practicum ſingulare: nam implicat mihi eſſe probabilius iudicium vniverſale, & quod iudicium particulare contentum ſub illo, & ſub eiſdem terminis expreſſum, non ſit etiam probabilius; ſicut implicat me dubitare de vniverſali; & non dubitare de particulari ſub eiſdem terminis expreſsis, vt ſupra benè arguebat ipſe: ſed tamen per te ſtat optime, quod hoc iudicium vniverſale *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, ſit probabilius, cũ eo quod hoc particulare, *hic & nunc, hic contractus eſt mihi illicitus*, nõ ſit probabilius; imò cum eo quod eius contradictorium ſit probabilius, nempe hoc, *contractus hic attentis omnibus circunſtantijs eſt mihi licitus*: ergo evidens ſignum eſt, illud iudicium vniverſale ſpeculativum non continere ſub ſe iudicium particulare practicum; ſed potius hæc iudicia affirmare veritates omnino diſtinctas; & conſequenter non eſſe eandem rationem de veritate, de dubietate, de probabilitate vnius, àc alterius.

65 Idque iterum eſt evidens apud omnes. Nam ſtat per vos hoc iudicium vniverſale: *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, eſſe verum ſua veritate affirmata, & complectente omnes caſus, & perſonas, & talem con-

contractum non eſſe formaliter illicitum in perſona, vel habente ignorantiam invincibilem talis legis, vel habente opinionem probabiliorem contra illam; vel habente præceptum ſuperioris de exercendo tali contractu: quo poſito, ego poſſum elicere hoc iudicium veriſsimum: *hic contractus non eſt illicitus reſpectu harum perſonarum.* Nunc ſic: hæc iudicia vniverſale, & particulare non ſunt contradictoria; alioquim duo contradictoria eſſent ſimul vera; quod eſt evidenter falſum. Secundo: ergo non ſunt eiuſdem de eodem, & ſecundum idem ſubiectum, & prædicatum; alioquim contradictoria forent: cum vnum ſit vniverſale affirmativum, alterum particulare negativum. Tertio: ergo tendunt in obiecta, & veritates diverſas, ac proinde ſtat vniverſale affirmativum, eſſe dubium, vel probabilius ſuo contradictorio; & particulare practicum non eſſe dubium, nec æquè probabile, ac ſuum contradictorium, ſed potius eſſe certum.

66 Sic ergo dicimus ſtare cum maiori probabilitate, imò & cum veritate iudicij vniverſalis ſpeculativi iſtius: *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, certitudinem huius practici: *hic contractus mihi habenti opinionem probabilem de licito non eſt illicitus* Ratio eſt quia vnum non contradicit alteri; ſed ſunt de diverſis obiectis: vnum enim, nempe vniverſale affirmat illicitum per ſe, & ſecundum ſe relate ad legem à parte rei exiſtentem: aliud vero negat illicitum attentis omnibus circunſtantijs & per accidens ob non intimationem ſufficientem legis, & ob eius ignorantiam invincibilem poſt diligens examen; & quia ex his principijs extrinſecis, ſeu reflexis novimus poſſe nos vti opinione probabili benigna, & conſequenter contractum eſſe nobis hic, & nunc practice licitum.

67 Sed replicabis ex P. Vazquez ea diſput. 62. n. 27. licet probabilior ſit opinio dicens poſſe nos vti hic & nunc ſententia probabili, & conſequenter contractum non eſſe omnibus inſpectis hic & nunc illicitum: tamen ea opinio reflexa, & nixa principijs extrinſecis non eſt omnino certa, cum detur etiam opinio huic contraria, & totum hoc in opinione poſitum ſit: ergo nec per principia extrinſeca poſſumus obtinere certitudinē de eo, quod contractus hic & nunc, & omnibus inſpectis ſit licitus. Reſpōdeo primo, quod ſi iudicium practicū dirigens ad opus, & affirmans licitum eſſe hic, & nunc contractum, ſit probabilius, vt concedit Vazquez, iam ego ſum certiſsimus

de eo quod hic & nunc non peccent: nam omnes etiam adverſarij, quibus cum diſputamus, fatentur quod ſi ego vtor iudicio practico probabiliori, ſum certiſſimus: ergo iam vel ex confeſsione contrariorum poſſum elicere hoc iudicium: certus moralitèr ſum me non poſſe peccare: vtor enim iudicio excuſante peccatum, iuxta omnes: quod quidem iudicium eſt probabiliſsimum, & certo excuſans.

68 Reſpondeo ſecundo: quod licet poſitum ſit ſub opinione, àn liceat vti opinione probabili; ſub his terminis opinionis probabilis; tamèn non eſt poſitum ſub opinione, ſed ſub certitudine, licitum eſſe vti iudicio practico prudenti, & dicente contractum hic & nunc non eſſe illicitum: at quando ego per principia extrinſeca, efformo hoc iudicium, iuxta Vazquez probabilius: *Contractus, hic & nunc non eſt mihi illicitus*, vtor iudicio prudente, & dictante contractum non eſſe illicitum: ergo certus ſum me non peccare in tali contractu, vnde habeo non ſolum opinionem, ſed certitudinem practicam de eo quod non peccem.

69 Et hanc certitudinem practicam dictaminis vltimi practici, & ſingularis male, negavit Vazquez: nam ſicut admittit hoc dictamē de licito poſſe eſſe probabilius non obſtante, quod dictamen ſpeculativum de illicito non ſit probabilius, nec magis, ſed potius minus probabile; ita & debuit fateri dictamen practicum ſingulare poſſe eſſe certum, quidquid ſit de iudicijs illis ſpeculativis. Hoc eſt intentum Caietani, & Navarri ſupra: hoc eſt intentum omnium Probabiliſtarum: quibus prælu-xit Eximius Doctor 1. 2. diſput. 12. ſect. 3. num. 2. requirens, & explicans clariſsime, & optime hanc certitudinem iudicij vltioni practici, & ſingularis, quem poſtea ſequutus eſt P. Terillus, cui falſo vt primo Authori tribuitur à RR. P. Thyrſo diſſert. 12. num. 11. vſus iſtius dictaminis certi, ex principijs extrinſecis, ſeu reflexis; cum evidenter illum traddiderit Eximius Doctor loco citato, & ſuppoſuerint Navarrus, & Caietanus ſupra; alijque antiquiores cum Divo Antonino, & D. Thoma qui in conflictu duarum opinionum habentium momenta gravia, & Doctores peritos pro ſe, docet, & ſupponit, nihilominus poſſe hominem depellere omnem dubitationem, & hæſitationem, & conſequi certitudinem, vt expendi ſect. 5. certitudinem, inquam, de eo quod non peccet hic & nunc habendo plures Præbendas ex. grat. non tamen

men certitudinem de vna opinione ſpeculativa præ alia: id enim ferè ſemper impoſsibile eſt in his apicibus iuris, vbi dubitant etiam ſapientes: vt quivis, niſi obſtinatiſsimus ſit, fateri debet.

SECTIO VIII.

Poſſe obtineri hanc moralem certitudinem ex principijs extrinſecis, ſeu reflexis; probatur ratione.

70 ANtiprobabiliſtæ excandeſcunt contra omnes reflexiones, & paſsim videntur aſſerere earum beneficio non poſſe obtineri illam certitudinem moralem de vſu licito alicuius opinionis benignæ, ſive probabilis, ſive etiam probabilioris; ideoque docent ſemper requiri, quod operans ex principijs directis aſſentiatur, & dicat hunc contractum eſſe in ſe licitum, quin poſsit illum ſibi facere licitum, ſi non habet talem aſſenſum ex principijs directis moventibus ad ita aſſentiendum. Enim vero nec firmi omnino ſunt in aſſerenda poſſibilitate, aut impoſsibilitate dictaminis reflexi certi, ſi opinio directa certa non ſit: licet. RR. Thyrſus diſſert. 10 num. 28. & 29. tandem fateatur, quod ſi opinio excuſans directa probabilior ſit, poſsit ſupra illam fieri dictamen reflexum certum de licito, dummodo (quod difficile iudicat) conſtet hominem feciſſe ſufficiens veritatis directæ examen citra paſſionem, & culpam. Similiter Munieſſa, licet valde imprudenter loquatur de his reflexionibus, vt conſtabit legenti paginam 185. & 206. tamen fatetur aliquando obtineri poſſe eas reflexiones certas de licito: quod quidem, licet veriſſimum, convincit falſitatis plurima contrariorum principia.

71 Et quidem ipſi putant, & dictitant paſsim intellectum non poſſe certificari de licito per iudicium ſingulare practicum, niſi iuxta menſuram iudicij directi opinantis hoc eſſe licitum. Imò P. Thyrſus ſupra, contra Navarrum ſupponebat dictamen ſingulare practicum eſſe iudicium particulare contentum ſub vniverſali ſpeculativo, & ſub eiſdem terminis, cum ſola varietate vniverſalis in particularem. Si autem hoc ita eſſet, certe iudicium particulare reflexum non poſſet eſſe certius, quam iudicium vniverſale: nec enim certus eſſe poſſem de eo

quod

nec tam inſignes & innumeri Thomiſtæ eam docuiſſent; nec D. Thomas 1. 2. quæſt. 96. art. 6. laudaret Iuriſconſultum Modeſtinum noſtræ benignæ ſententiæ prælucentem *leg.* 25. *ff. de legibus* his elegantiſsimis ,, verbis: *nulla* iuris ratio, aut ,, æquitatis benignitas patitur, ,, vt quæ ſalubriter pro vtilitate ,, hominum introducuntur, ea ,, nos duriore interpretatione ,, contra ipſorum commodum ,, producamus ad *ſeveritatem.*

SECTIO VI.

Eadem Doctrina vlterius probatur, & oſtenditur in ſufficientia opinionis etiam probabilioris pro regula, ſecluſo principio vniverſali, ſeu reflexo.

53 NON minus celebris eſt Eminentiſsimi Caietani locus in ſumma verbo *opinio*, aientis: ,, eo ipſo quod operatio regulanda committitur opinioni, ,, committitur regulæ ambiguæ: ,, quia opinio omnis ambigua ,, eſt, vtpote cum formidine alterius partis, & quia præſupponitur, quod non eligatur tutior ,, pars, conſequens eſt, vt operatio committatur regulæ ambiguæ ad caſum peccati, quod ,, conſtat eſſe illicitum. Et ſi de ,, peccato mortali agitur, conſtat eſſe mortale facere ſcienter ,, operationem dubiam an ſit ,, mortalis. Et hæc intellige de ,, opinione propriè dicta, quæ ,, eſt cum formidine alterius ,, *partis.* Hucuſque Caietanus: circa quæ verba, notanda primo eſt inconſtantia RR. P. Thyrſi qui diſſert. 10. cap. 1. num. 12. expendens hæc verba Caietani, ait illum ſolum requirere certitudinem indiſtinctam ab opinione probabiliori, & in hunc ſenſum adducit Armillam, Almaynum, Adrianum, imò & Mercorum, Fagnanum, & alios obligantes ſemper ad tutiora: vult enim RR. P. eos intelligi, quaſi obligent ad probabiliora. Omiſſa autem hac voluntaria explicatione, notandum, eundem RR. Patrem poſtea diſſert. 10. cap. 3. referre iterum prædicta Caietani verba; faterique Caietanum in illis requirere non ſolùm probabilitatem, ſed certitudinem; ideoque impugnat Caietanum, imò & Navarrum in cap. *ſiquis* de pœnitentia diſt. 7. n. 61. 62. & 63. quos cum ſæpe pro ſe retulerit, quaſi affirmantes ſufficere opinionem probabiliorem, modò iterum, & vere contra ſe allegat quaſi requirentes certitudinem non directam, & ſpecula-

Digitized by Google

culativam, ſed practicam, & particularem circa hic & nunc; & hanc eorum mentem, & certitudinem requiſitam pro formanda conſcientia, late impugnat, & refellit. En RR. Pater eoſdem Authores, eademque eorum verba allegat iam pro ſe, iam contra ſe circa idem punctum formandæ conſcientiæ. Qui nævus eſt non diſsimulandus.

54 Modo autem preme
„ verba illa Caietani: *Hoc* ipſo
„ quod operatio regulanda com-
„ mittitur opinioni, committi-
„ tur regulæ ambiguæ, quia opi-
„ nio omnis ambigua *eſt*: ex quo deducit ſic ſe committentē peccare: ſed opinio quanvis probabilior, adhuc eſt opinio, & ambigua: ergo qui per illā tantùm dirigitur, exponit ſe periculo peccandi, & peccat iuxta Caietanum: ergo requiritur iuxta Caietanum certitudo ſuperans opinionem, & ſi probabiliorem. Sic requiri iuxta Caietanū fatetur RR. Thyrſus ſibi contrarius, vt monui: & conſequentèr ex hoc habemus perperam illum, & Cardinalem Aguirre allegare pro ſe Eminentiſsimum Caietanum.

55 Sed dices, iuxta Caietanum debebit homo ſemper ſequi viam tutiorem, etiam quando opinio excuſans eſt æque probabilis, vel probabilior. Reſpondeo, Caietanum ſequentem ſuum Angelicum Præceptorem docuiſſe poſt verba à nobis relata bene componi cum opinionibus probabilibus contrarijs certitudinem moralem de eo quod quis hic & nunc non peccet; ſic enim ibi:
„ *&* hæc intellige de opinione
„ propriè dicta, vt diximus, quæ
„ eſt cum formidine alterius par-
„ tis, vt per ſe loquendo. Non
„ enim propterea aliquid opi-
„ nione tenetur, quia diverſi
„ Doctores contraria ſentiant:
„ quoniam cum huiuſmodi con-
„ trarietate ſtat, quod vna pars
„ ſit ratione ſufficiente ad moralē
„ certitudinem *fulta*. Hanc autem certitudinem eſſe practicam circa hic & nunc, non vero ſpeculativam, & directam, conſtat, tum ex confeſsione RR. P. Thyrſi, vbi nuper impugnantis Caietanum, vti diſtinguentem iudicium ſpeculativum incertum à iudicio practico certo; tum quia alibi clariſsime ſuam mentem aperuit.

56 Quanquam enim Caietanus conſulens brebitati ſummè, ſatis non expreſerit certitudinem à ſe requiſitam; tamen ſuper hoc ipſo dubio, conſultus, clare, & dilucide reſpondit in ſuis opuſculis tom. 1. tract. 31. reſponſ. 13. verſu *ſeptimum dubium*. Ibi tractans quomodo ſtantibus contrarijs opinionibus circa licitum, vel illicitum, poſſit tolli ambiguitas, & licite agi; ſic autem procedit.
„ *Ad* hoc quæſitum dupliciter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

,, videtur ab alijs reſponderi. ,, Quidam enim diſtinguendam ,, putant quantitatem ambiguitatis; ita quod cum quis ſcrupulum habet de aliquo actu exercendo (puta àn liceat pulſare in ,, die feſto) ſi ſic fluctuat, quod ,, plus, aut æquè credit eſſe licitum; ſcrupulus eſt, quo ſtante ,, non licet ſibi pulſare in die feſto. Si vero plus credit cum ,, hæſitatione tamen liciti, ſcrupulus, inquiunt, eſt quo ſtante, ,, licitum eſt illi pulſare in die ,, *feſto* (en ſentetia ipſiſsima RR. ,, Thyrſi) Quibuſdam autèm videtur ad rationem licitę operationis exigi fidem certam excludentem omnem dubitationem, alioquin periculo peccandi contra conſcientiam exponeret ſe operans cum formidine *alterius*. En noſtra ſententia, quam ſtatim amplectitur, & explicat egregiè Caietanus his verbis.

57 ,, *Mihi* autem occurrit dicendum, quod ſivè ſcrupulus occurrat ex parte appetitus, vt contingit timentibus ,, peccare in aliquo actu, & neſciunt quare; ſive ex parte rationis, vt contingit ijs, qui ex aliqua ratione magna, mediocri, ,, vel levi fluctuant; diſtinguere ,, oportet de modo, an huiuſmodi hæſitatio, ſeu vacillatio ,, modo ſpeculativo, vel modo practico: hoc eſt, àn dubitet de ,, licito, vel illicito ſecundũ ſe vel ,, vt eſt ratio operis ſui hic, & ,, *nunc*. En quam clarè diſtinguit opinionem directam, quã vocat ſpeculativam, ſeu remotam, à iudicio practico, quo attentis omnibus circunſtantijs ſubiecti operantis, pronuntiat homo ſibi hic, & nunc licitum eſſe opus pulſandi. Hac autem poſita diſtinctione, proſequitur ſic: *Nam* ,, ſiquis dubitaret, an pulſare in ,, die feſto ſit illicitum, & tamen ,, non dubitaret ſibi, hic eſſe licitum pulſare, iſte non peccaret pulſando, quantumcunque ,, magna eſſet dubitatio apud ,, eundem de actu pulſandi ſecundum ſe, an ſit licitus, vel ,, illicitus, & ſimiliter quantumcũque eſſet maximus timor de ,, *eodem*. En docet, poſſe me habere certitudinem practicam de eo quod hic, & nunc non pecco pulſando, licèt antecedentèr directè, & ſecundum ſe ſit dubium àn licitum, vel illicitum ſit pulſare proptèr motiva ſive æqualia, ſivè probabiliora pro licito. Vides item Caietanum non requirere, quod operaturus aſſentiatur ex motivis directis opinioni de licito, ſed quod ex reflexis hic & nunc iudicet ſe non peccare pulſando. Subdit enim ſic.

58 ,, *Si* certitudo ſpeculativa exigeretur, non ſolum ,, rudes, qui ſola certitudine adhæſionis alienæ doctrinæ ſunt

Digitized by Google

,, contenti; Sed Doctores alio-
,,rum paſsim periculo ſe expone-
,, rent; eo quod innumera ſunt
,, dubia, quorum alteram par-
,, tem ſic amplectuntur; vt abſ-
,, que ſcrupulo operentur; & ta-
,, men àn veritatem ſpeculative
,, evidentèr habeant, non perti-
,, naciter aſſerunt. Et diverſitas
,, ipſa opinionum circa aliquod
,, vnum nata eſt reddere intelle-
,, ctum ſpeculativum nutantem.
,, Non eſt ergo in hoc quæſito
,, ſpectandum adhæſitationem
,, magnam, vel parvam, ad fidem
,, certam, vel incertam de licito,
,, vel illicito abſolute, ſed ad ra-
,, tionem operandi in ſingulari.
,, Si enim applicatio ad operan-
,, dum certa eſt, quidquid tam in
,, ratione, quàm in appetitu fluc-
,, tuet, ſcrupulus eſt, quo ſtante,
,, licite oppoſitum operamur. Si
,, autem applicatio ipſa ad opus
,, fluctuat circa rectum, vel obli-
,, quum moris, ſcrupulus eſt
,, conſcientiæ, contra quam illi-
,, cite agitur, & obliquitas mora-
,, lis *incurritur.*

59 Redditque optimè ratio-
,, nem, inquiens. *Ratio* horum
,, eſt, quià in propoſito conſ-
,, cientia non ſignificat ſcientiā,
,, ſed applicationem cognitionis
,, ad opus exercendum; & prop-
,, terea ſcrupulus conſcientiæ,
,, qui per ſe opponitur conſcien-
,, tiæ, in ipſa applicatione conſiſ-
,, tit: & eadem ratione ſcrupu-
,, lus omnis ad ipſam applicatio-
,, nem non ſe extendens, conſ-
,, cientiæ non *opponitur.* Hæc
Caietanus; qui non minus inge-
niosè, quam diſſertè traddit to-
tam Probabiliſmi doctrinam, ſta-
tuentem quod in contrarietate
opinionum æqualitèr, vel inæ-
qualitèr probabilium de licito ſe-
cundum ſe, & ſpeculativè, po-
teſt quis nihilominùs vti benigna
ſententia, cum practica certitu-
dine de eo quod hic, & nunc non
peccet; quin hic licitus vſus in
praxi impediatur per ſcrupulum
illum de opinionibus ſpeculativis
ſecundum ſe. Et hanc eſſe doc-
trinam Caietani, & Navarri fa-
tetur RR. Thyrſus diſſert. 10. ci-
tata cap. 5. id circoque eos ibi
impugnat. Qua ergo conſequen-
tia, vel inconſequentia eos alibi
ſæpe citat pro ſua ſententia ex-
treme oppoſita? Quo iure pro-
nuntiat Cardinalis Aguirre Emi-
nentiſsimum Caietanum caput
Probabiliſmo abſcidiſſe; quaſi
præclarus hic Probabiliſmi de-
fenſor, ſe ipſius nece, & ſanguine
fœdaverit? Mitius ſane ſe geſsit
ſapientiſsimus Caietanus circa
ſententiam communiſsimā, imò
eam amplectens, & fovens mani-
feſtiſsime, Probabiliſmi capiti
coronam impoſuit, & à quo for-
taſſe ſtaret cum Caietano Cardi-
nalis Aguirre, ſi rem iſtam graviſ-
ſimam non in tranſitu delibaſſet,
& quaſi aliud agens: ſcilicet præ-

Digitized by Google

nuncians ſuorum Conciliorum editionem, de qua iam olim præfatus fuerat Salmanticæ.

SECTIO VII.

Expenditur doctrina & obſervatio ingenioſiſsimi P. Vazquez.

60 DICES, P. Bazquez 1. 2. diſput. 62. cap. 5. (etiam ſi alioquin de Probabiliſmo optime meritum) impugnare Caietanum & Navarrum exigentes, & ponentes iudicium practicum ſingulare certum circa licitum operis hic, & nunc, quamvis detur formido circa licitum huius operis in communi, ſeu per opinionem ſpeculativam: nam implicat iudicium vniverſale circa licitum contractus eſſe dubium, ſeu formidoloſum; quin iudicium particulare contentum ſub illo ſi ſit de eodem ſubiecto, & prædicato, non ſit formidoloſum: ideo ſi formido de hoc vniverſali *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, debeo formidare de hoc: *hic ſingularis contractus prædictæ ſpeciei eſt illicitus*. Nec valet exemplum Navarri aientis me è converſo poſſe eſſe certum de vniverſali; de hoc nimirum: *quidquid eſt in ſcriptura eſt verum*; & dubitare àn Tobias habuerit canem, quæ eſt veritas peculiaris contenta: nam hæc propoſitio particularis non eſt de eodem ſubiecto, & prædicato expreſſo, àc illa vniverſalis, vt patet; nec enim dubitat àn hoc particulare contentum in ſcriptura ſit verum, ſed ſub aliis terminis; àn videlicet Tobias canem habuerit. At in noſtro caſu iudicium vniverſale ſpeculativum dicit, omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus; & particulare dicit, hic contractus huius ſpeciei eſt illicitus; ſi autem ego dubito de primo, nec poſſum de ſecundo non dubitare, cum ſerventur ijdem termini, cum ſola variatione, & determinatione vniverſalis ad particulare.

61 Sic ſubtiliſsimus Complutenſis Doctor P. Vazquez, & cum eo noſter laureatus Salmantinus RR. P. Thyrſus, & rectè quidem, ſi exemplum Navarri in eo rigore metaphiſyco ſumatur: ſic enim & falſum eſt ob rationem dictam, & etiam ineptum; quia in noſtro caſu iudicium ſpeculativum vniverſale non continet ſub ſe ſingulare practicum; nec id ſupponit Doctiſsimus Navarrus; ſed potius ſupponit iudicium particulare habere diverſa motiva, diverſamque veritatem affirmarè, àc iudicium vniverſale, & propterea id

cona-

conatus eſt explicare per illud exemplum, quod tantum adduxit ad ſignificandam varietatem, quę ſolet dari inter vniverſalia, & particularia, quæ maxima eſſe ſolet.

62 Iam vero quod iudicium ſpeculativum vniverſale affirmans hunc contractum eſſe illicitum, non contineat hoc iudicium particulare, hic contractus, hic, & nunc eſt illicitus, patet evidenter. Nam primum iudicium loquitur de illicito per ſe obiective, & ex parte legis à parte rei exiſtentis in Deo; atque adeò ſolum affirmat, quod contractus ſi exiſtat, erit contra talem legem; & per conſequens erit peccatum materiale, & etiam formale, niſi excuſetur operans, vel per ignorantiam legis, vel propter præceptum ſuperioris obligantis ad illum contractum; vel ob maiorem probabilitatem, qua credit eſſe licitum; in quibus caſibus erit quidem contra legem illam, eritque conſequenter peccatum materiale; non tamen formale; vt fatentur ipſi contrarij. Non ergo affirmat illud iudicium ſpeculativum vniverſale, contractum illum eſſe formaliter illicitum, ſeu peccaminoſum in omni caſu etiam per accidens poſibili, & inſpecta quacumque diſpoſitione ſubiecti: ſic enim eſſet falſiſſimum iuxta omnes, cum falſificaretur in dictis caſibus; ſolum ergo affirmat eſſe illicitum per ſe, & contra legem obiective realiter exiſtentem, ſed tamen quæ per accidens poteſt non ſufficienter applicari, vt contractus evadat formaliter peccaminoſus.

63 At iudicium particulare practicum intentum à Caietano, Navarro, & à nobis affirmat hunc contractum attentis omnibus circunſtantijs, & diſpoſitione ſubiecti, Ex. g. inſtructi maiori vel æquali probabilitate de licito; eſſe hic, & nunc licitum per accidens ratione iſtius diſpoſitionis: ergo hoc iudicium particulare practicum non continetur in illo iudicio ſpeculativo, ſed eſt valde diverſum, affirmatque rem valde diverſam. Ratio eſt evidens: nam in hoc iudicio ſpeculativo: *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, prædicatum, *illicitus*, ſignificat tantum per ſe, & ſecluſa ignorantia, vel præcepto, vel alia circunſtantia excuſante ſubiectum operans, vt dictum eſt; vel tantum dicit contractum eſſe malum, vel formaliter, ſi non detur circunſtantia excuſans; vel ſaltem materialiter, ſi detur circunſtantia excuſans malitiam formalem. Iudicium vero peculiare, & practicum conſcientiæ dicit, attentis omnibus circunſ-

Digitized by Google

circumſtantijs ſubiecti : *hic & nunc contractus iſte non eſt formaliter illicitus tali ſubiecto*; quod quidem iudicium poteſt eſſe verum; licet illud primum vniuerſale ſit falſum, vt eſt evidens ex dictis : ergo hoc iudicium veiverſale, *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, non continet ſub ſe iſtud, *contractus hic ſingularis attentis omnibus circunſtantijs ſubiecti eſt illicitus* : cùm ſtet primum vniverſale eſſe verum, & ſecundum particulare eſſe falſum; ita vt potius verum ſit eius contradictorium, nempe hoc: *contractus hic attentis omnibus circunſtantijs non eſt formaliter illicitus ſubiecto*, vt nuper aiebam.

64 Idque fatendum eſt ab omnibus, & ab ipſo etiam Patre Vazquez : nam ipſe nobiſcum fatetur, & probat licitum eſſe ſequi ſententiam probabilem minus tutam in conſpectu tutioris; æquè aut magis probabilis : & conſequenter docet in prædicto caſu duplicis opinionis me poſſe ſic iudicare : attentis his circunſtantijs opinionis probabilis mihi faventis, non eſt mihi illicitus hic contractus; docetque hoc iudicium practicum, & ſingulare eſſe probabilius, quanvis iuxta illum non ſit certum : totum autem hoc eſſet falſum, ſi hoc iudicium ſpeculativum vniverſale *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, contineret ſub ſe iudicium practicum ſingulare: nam implicat mihi eſſe probabilius iudicium vniverſale, & quod iudicium particulare contentum ſub illo, & ſub eiſdem terminis expreſſum, non ſit etiam probabilius; ſicut implicat me dubitare de vniverſali; & non dubitare de particulari ſub eiſdem terminis expreſsis, vt ſupra benè arguebat ipſe: ſed tamen per te ſtat optime, quod hoc iudicium vniverſale *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, ſit probabilius, cũ eo quod hoc particulare, *hic & nunc, hic contractus eſt mihi illicitus*, nõ ſit probabilius; imò cum eo quod eius contradictorium ſit probabilius, nempe hoc, *contractus hic attentis omnibus circunſtantijs eſt mihi licitus*: ergo evidens ſignum eſt, illud iudicium vniverſale ſpeculativum non continere ſub ſe iudicium particulare practicum; ſed potius hæc iudicia affirmare veritates omnino diſtinctas; & conſequenter non eſſe eandem rationem de veritate, de dubietate, de probabilitate vnius, àc alterius.

65 Idque iterum eſt evidens apud omnes. Nam ſtat per vos hoc iudicium vniverſale: *omnis contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, eſſe verum ſua veritate affirmata, & complectente omnes caſus, & perſonas; & talem con-

contractum non eſſe formaliter illicitum in perſona, vel habente ignorantiam invincibilem talis legis, vel habente opinionem probabiliorem contra illam; vel habente præceptum ſuperioris de exercendo tali contractu: quo poſito, ego poſſum elicere hoc iudicium veriſsimum: *hic contractus non eſt illicitus reſpectu harum perſonarum.* Nunc ſic: hæc iudicia vniverſale, & particulare non ſunt contradictoria; alioquim duo contradictoria eſſent ſimul vera, quod eſt evidenter falſum. Secundo: ergo non ſunt eiuſdem de eodem, & ſecundum idem ſubiectum, & prædicatum; alioquim contradictoria forent: cum vnum ſit vniverſale affirmativum, alterum particulare negativum. Tertio: ergo tendunt in obiecta, & veritates diverſas, ac proinde ſtat vniverſale affirmativum eſſe dubium, vel probabilius ſuo contradictorio; & particulare practicum non eſſe dubium, nec æquè probabile, ac ſuum contradictorium, ſed potius eſſe certum.

66 Sic ergo dicimus ſtare cum maiori probabilitate, imò & cum veritate iudicij vniverſalis ſpeculativi iſtius: *contractus huius ſpeciei eſt illicitus*, certitudinem huius practici: *hic contractus mihi habenti opinionem probabilem de licito non eſt illicitus.* Ratio eſt quia vnum non contradicit alteri; ſed, ſunt de diverſis obiectis: vnum enim, nempe vniverſale affirmat illicitum per ſe, & ſecundum ſe relate ad legem à parte rei exiſtentem: aliud vero negat illicitum attentis omnibus circunſtantijs & per accidens ob non intimationem ſufficientem legis, & ob eius ignorantiam invincibilem poſt diligens examen; & quia ex his principijs extrinſecis, ſeu reflexis novimus poſſe nos vti opinione probabili benigna, & conſequenter contractum eſſe nobis hic, & nunc practice licitum.

67 Sed replicabis ex P. Vazquez ea diſput. 62. n. 27. licet probabilior ſit opinio dicens poſſe nos vti hic & nunc ſententia probabili, & conſequenter contractum non eſſe omnibus inſpectis hic & nunc illicitum: tamen ea opinio reflexa, & nixa principijs extrinſecis non eſt omnino certa, cum detur etiam opinio huic contraria, & totum hoc in opinione poſitum ſit: ergo nec per principia extrinſeca poſſumus obtinere certitudinē de eo, quod contractus hic & nunc, & omnibus inſpectis ſit licitus. Reſpōdeo primo, quod ſi iudicium practicū dirigens ad opus, & affirmans licitum eſſe hic, & nunc contractum, ſit probabilius, vt concedit Vazquez; iam ego ſum certiſsimus

men certitudinem de vna opinione ſpeculativa præ alia: id enim ferè ſemper impoſsibile eſt in his apicibus iuris, vbi dubitant etiam ſapientes: vt quivis, niſi obſtinatiſsimus ſit, fateri debet.

SECTIO VIII.

Poſſe obtineri hanc moralem certitudinem ex principijs extrinſecis, ſeu reflexis; probatur ratione.

70. Antiprobabiliſtæ excandeſcunt contra omnes reflexiones, & paſsim videntur aſſerere earum beneficio non poſſe obtineri illam certitudinem moralem de vſu licito alicuius opinionis benignæ, ſive probabilis, ſive etiam probabilioris; ideoque docent ſemper requiri, quod operans ex principijs directis aſſentiatur, & dicat hunc contractum eſſe in ſe licitum, quin poſsit illum ſibi facere licitum, ſi non habet talem aſſenſum ex principijs directis moventibus ad ita aſſentiendum. Enim vero nec firmi omnino ſunt in aſſerenda poſſibilitate, aut impoſsibilitate dictaminis reflexi certi, ſi opinio directa certa non ſit: licet. RR. Thyrſus diſſert. 10 num. 28. & 29. tandem fateatur, quod ſi opinio excuſans directa probabilior ſit, poſsit ſupra illam fieri dictamen reflexum certum de licito, dummodo (quod difficile iudicat) conſtet hominem feciſſe ſufficiens veritatis directæ examen citra paſſionem, & culpam. Similiter Murieſſa, licet valde imprudenter loquatur de his reflexionibus, vt conſtabit legenti paginam 185. & 206. tamen fatetur aliquando obtineri poſſe eas reflexiones certas de licito: quod quidem, licet veriſsimum, convincit falſitatis plurima contrariorum principia.

71. Et quidem ipſi putant, & dictitant paſsim intellectum non poſſe certificari de licito per iudicium ſingulare practicum, niſi iuxta menſuram iudicij directi opinantis hoc eſſe licitum. Imò P. Thyrſus ſupra, contra Navarrum ſupponebat dictamen ſingulare practicum eſſe iudicium particulare contentum ſub vniverſali ſpeculativo, & ſub eiſdem terminis, cum ſola varietate vniverſalis in particularem. Si autem hoc ita eſſet, certe iudicium particulare reflexum non poſſet eſſe certius, quam iudicium vniverſale: nec enim certus eſſe poſſem de eo

quod contractus ſingularis huius ſpeciei eſſet licitus ; ſi certus non ſim de vniverſali iudicio circa omnes ſimiles contractus , cum eadem ratio ſit de hoc , ac de omnibus eiuſdem ſpeciei , vt per ſe notum eſt.

72 Præterea ; ſi iudicium reflexum poſsit eſſe certius , quam opinio directa , in qua fundatur , iam opinio reflexa docens licitum vſum contractus ſub conditione quod ſit opinio probabilis de licito ; poterit eſſe longe certior, & probabilior maxime ob authoritatem fere omnium Doctorum huius ſæculi : vnde quilibet Probabiliſta facile , & bene dicere poterit ſuum iudicium reflexum practicum , & vltimum de licito contractu, eſſe non ſolum probabilius, ſed moraliter certum , & ſe dirigere ad operandum per iudicium apud omnes ſufficiens ad excuſandum contractum à peccato , quidquid ſit de veritate directa : quia iam iudicium reflexum poteſt eſſe verum , & certius quam opinio directa; cum attingant veritates diſtinctas , & quarum vna , nempe reflexa , ſtare poteſt , quanvis deficiat alia.

73 Iam vero quod poſsit dari iudicium reflexum certum , quanvis opinio directa non ſit certa , patet evidenter primo , nam opinio inter probabiles probabiliſsima non eſt certa ; continetur enim inter probabiles : & tamen qui habet opinionem probabiliſsimam de licito vſu contractus , iam format iudicium certiſsimum de eo quod vtens tali opinione non peccet : quia damnata eſt ab Alexandro Octavo ſententia dicens non excuſare inter probabiles probabiliſſimam ; atque adeò certum eſt probabiliſsimam excuſare : ergo vtens probabiliſsima format iudicium vltimum certum de eo quod hic & nunc non peccat , quanvis forte coram Deo falſa eſſet opinio probabiliſsima : ac proinde opinio probabiliſsima directa manet fallibilis , & iudicium ſupra illam fundatum eſt certiſsimum.

74 Secundo : ſi opinio directa ſit probabilior, poteſt fundari ſupra illam iudicium certum de eo quod ego vtens tali opinione non pecco ; quanvis forte opinio directa ſit falſa , vt eſſe poteſt & ſolet , nam ſæpe probabiliora ſunt falſa ex Ariſtotele. Probatur aſſumptum : quia vbi ego habeo opinionem probabiliorem , me excuſant à peccato omnes fere Theologi , exceptis paucis Tutioriſtis , de quibus vix habetur ratio apud ſapien-

Sapientes, maximè poſt dam-
natam illam propoſitionem, de
qua nuper aiebam: cum er-
gò omnes aſſeptiantur verò iu-
dicio reflexo de eo quod ego
hic, & nunc non peccem, evi-
dens eſt dari maiorem certitu-
dinem, maioraque fundamen-
ta ab authoritate, imò & à
ratione (nàm incredibile eſt tot
Authores non invenire maio-
rem rationem) pro veritate iu-
dicij reflexi, cui omnes aſſen-
tiunt, quàm pro veritate opi-
nionis directæ, cui non omnes
aſſentiunt, ſed potius aliqui re-
fragantur. Sed in hoc, cum
iàm etiam Adverſarij conve-
niant non eſt amplius immo-
randum. Eſt tamèn ſemper in-
culcandum hocprincipium, quod
nimirum iudicium reflexum poſ-
ſit eſſe longè certius, vt obſtrua-
tur os garrientium & la-
trantium adverſus
illud.

SECTIO IX.

Etiàm quando opinio directa excuſans eſt æquè probabilis, ac oppoſita, poſſum formare iudicium prudens, & certum de licito vſu talis opinionis.

75 HVIC Aſſerto refragantur omnes Antiprobabiliſtæ; ideò illud eſt ſtabiliendum tanquam fundamentum noſtræ ſententiæ benignæ. Et primò à poſteriori: Nàm quando opinio directa de licito huius contractus eſt æque probabilis, datur maior authoritas pro iudicio reflexo de eo quod ego ſine peccato vtar tali opinione. Patet hoc evidenter, nàm veritatem huius iudicij reflexi defendunt omnes Probabiliſtæ, ſivè omnes fere Doctores noſtri, & præcedentis ſæculi: nec tamèn omnes ſubſcribunt cuilibet opinioni directæ excuſanti contractum ſecundùm ſe: ergò datur maior authoritas, maiorque probabilitas pro iudicio reflexo, atque adeo iſtud eſt longè certiùs; Sicut ergò iudicium reflexum probabiliùs fundatur ſuprà opinionem non probabiliorem, ſic ſupra illam

illam & poteſt fundari iudicium certo excuſans: tùm quià; per vos ſàm iudicium reflexum poteſt dirigere, & benè dirigit ſi eſt probabiliùs de licito, vt ſuprà tandem fatentur Contrarij: at noſtrum iudicium reflexum iàm eſt probabiliùs, eſtque conſcientia dirigens ad opus: ergò illud excuſat à peccato. Tum quià pro iudicio reflexo eiuſque veritate ſtant aliæ plùres rationes vrgentiſſimæ, & à noſtris expenſæ, quæ non militant pro veritate cuiuſvis opinionis directæ, vt patet: ergò iudicium reflexum poteſt in probabilitate ſuperare opinionem directam: ergò etiàm in certitudine. Probatur conſequentia; ideo non poſſet ſuperare in certitudine, ſeu ad illam pervenire, quià deberet limitari ab incertitudine opinionis directæ; ſed hoc eſt falſum, quandoquidem non limitatur à minori probabilitate, nè excedat, evadatque iudicium probabiliùs: ergò poteſt evadere etiàm certum. Ratio eſt, quià nititur diverſis principijs; vnde ſi excedant, vt re ipſa excedunt, poterunt etiàm excedere vſque ad certitudinem.

76 Secundo, & ad hominem, ni fallor efficacitèr. Per vos, & ſi opinio excuſans contractum ſit æquè probabilis cum oppoſita, & conſequentèr licèt ego non poſſim per vos prudentèr dicere, contractus eſt illicitus, potiùs quam licitus, aut è contra: nihilominus poſſum, & debeo reflectendo ſupra hunc caſum dicere, contractus iſte in hoc caſu eſt hic & nunc illicitus, ità quidèm, vt hoc iudicium ſit certum, & longè certiùs quã opinio directa dicens, eſſe illicitum: ergò iàm datur iudicium reflexum certum fundatum ſuprà opinionem æquè probabilem: ergò æqualis probabilitas opinionum directarum non impedit, quò minùs iudicium reflexum ſuprà illas fundatum perveniat ad certitudinem. Cur ergò ſicut formatur hoc iudicium rigidum certum de illicito contractu, non fundabitur ſupra opinionem æquè probabilem de licito, aliud iudicium reflexum certum de licito vſu talis contractus?

77 Vrgeo paritatem mihi evidentem. Ideò in eo caſu non poſſum per vos fieri reflexè certus de licito, quià æqualis illa probabilitas directa pro licito, & illicito cogit ad ſuſpendendum iudicium directum affirmans contractum eſſe licitum, eo quod non videtur maius motivum, & non dato maiori motivo tale iudicium eſſet imprudens per vos: ſed etiàm in tali caſu non datur maius motivum pro opinione directa de illicito, & qui directe aſſereret contractum eſſe illicitum, potius quam licitum imprudenter aſſereret per vos: ergò ſi hoc non obſtante formari poteſt iudi-

ciun

Digitized by Google

cium certum reflexum de eo quod in tali caſu ſit illicitus contractus, ità & formari poterit iudicium reflexum benignum, & certum de eo quod ſit licitus. Certe ego diſparitatem non video.

78 Dices eſſe diſcrimen, quià in tali caſu æqualis vtrinque opinionis datur dubium, & ſuſpenſio prudens circa vtranque partem, & in caſu ſuſpenſionis,& dubij prudentis de peccato non poteſt quis operari, cum certum ſit non licere ſe exponere periculo peccandi: & ex hoc principio certo apud omnes elicitur iudicium reflexum certum de eo quod in eo caſu contractus ſit certo illicitus.

79 Egregie! Sed. contrà primo: ergò iàm ſupra probabilitatem æqualem poteſt fundari iudicium reflexum certum; àc proinde probabilitas directa non limitat certitudinem iudicij reflexi. Contrà ſecundo; ergò iàm quando ego directe prudenter non poſſum dicere hic contractus eſt illicitus, poſſum reflexe prudenter, & practice dicere, hic contractus hic, & nunc & attentis circunſtantijs ſubiective in me exiſtentibus eſt mihi illicitus, quidquid ſit àn ſecundum ſe ſit licitus fortaſsè. Contra tertio: ergò iàm quando prudenter debeo ſuſpendere iudicium directum de illicito contractu, poſſum reflexe dicere, *eſt illicitus*. Omnes iſtæ conſequentiç ſunt rectiſsimæ iuxta contrarios: ex illis tamen evidenter deducitur, frivola omnino eſſe omnia eorum argumenta contra ſententiam benignam.

80 Nàm cur, rogo, in caſu æqualis probabilitatis non poſſum ego reflexe prudenter iudicare mihi hic & nunc & attentis his circunſtantijs licitum eſſe contractum? Reſpondet RR. Thyrſus diſſert. 7. num. 51. & 52. rationem eſſe; primo, quià in eo caſu non poteſt intellectus aſſentiri opinioni de licito contractu, & non poteſt in praxi ſequi opinionem, cui aſſentiri non poteſt. Sed contra, quià hæc prima ratio nititur manifeſtæ equivocationi: tum quià nos non dicimus illum debere tunc formare opinionem directam, & dirigi per illam; ſed poſſe formare iudicium reflexum de licito hic & nunc, & per illud dirigi practice: poteſt autèm hoc iudicium formare ſupra æqualitatem illarum opinionum, ſicut per te poteſt formare iudicium rigidum de illicito, & ſi directè non poſsit dicere, contractum eſſe illicitum: Tum quià, ſicut nemo poteſt ſequi opinionem cui non poteſt aſſentiri; ità nec poteſt ligari opinione, cui aſſentiri non poteſt: ſed per te non poteſt aſſentiri opinioni de illicito contractu, cum potius illam prudentèr ſuſpen-

pendat, & reſpuat: ergò per illam non ligatur, nec obligatur ad omittendum contractum, vt illicitum. Vndè ſi reccurras ad iudicium, ſeu conſcientiam reflexam de periculo: iàm fateris, me poſſe formare iudicium reflexum de illicito, quando prudentèr non poſſum dicere, hic contractus ſecundum ſe eſt illicitus. Vndè reddit totum argumentum.

81 Reſpondet ſecundo P. Thyrſus num. 53. vt quis operetur requiri bonam fidem de licito; at eam non poteſt habere, qui non poteſt aſſentiri opinioni de licito: ergò. Diſtinguo: ſi nec poſsit efformare fidem bonam, ſeù iudicium reflexum, & practicum de eo quod attentis his circunſtantijs liceat, concedo: ſi poſsit tamèn, nego: poſſe autèm, licèt non aſſentiatur directæ opinioni, conſtat ex dictis, & ad hominem.

82 Reſpondet tertio: num. 54. opinionem hominum ſolum eſſe regulam ſecundariam, ſeu applicativam regulæ primariæ legiſque Divinæ ad operandum: at opinio excuſans æquè probabilis non poteſt eſſe regula ſecundaria applicativa legis divinæ: nàm regula ſecundaria eatenùs eſt recta quatenùs ſubijcitur, ſubordinatur, & conformatur cum primaria; at ea opinio non ità conformatur cum lege Divina permittente contractum; nàm potius eſt indifferens, vt conformetur, vel non conformetur tali legi; cum non magis poſsit intellectus tunc dicere dari legem permittentem, quam non permittentem illum contractum: ergo. Confirmatur: Nàm horologium artificiale, vel regula ſecundaria horarum, non eſt bona regula, ſi ſit indifferens, vt conformetur vel non conformetur cum Sole, qui eſt regula prima: ergo ſi noſtra opinio eſt indifferens, vt conformetur, vel difformetur cum exiſtentia legis divinæ permittentis non poteſt eſſe regula ſecundaria, & applicativa legis permittentis: Nàm quod ſe habet indifferentèr ad verum, & falſum, non poteſt conformari & eſſe ſignum potius veri; atque adeò nec legis veræ exiſtentis in Deo.

83 Reſpondeo me mirari RR. Thyrſum adhuc vti his Celladei cavillationibus, nec voluiſſe attendere hoc argumentum militare contra omnes, eſſeque evidenter frivolum. Nàm Deus non ſolum eſt prima regula permittens contractum in ſe bonum, ſed etiàm prima regula prohibens contractum in ſe malum: vndè conſcientia noſtra eſt etiàm aplicatio illius legis prohibentis contractum, & ſic nos ligat nè illum ponamus. At per te & ſi opinio directa ſit ex ſe indifferens ad legem prohibentem

con-

contractum, & conſequenter indifferens vt conformetur, vel difformetur cum prima regula prohibente; tamèn ſtante illa indifferentia poſſum formare iudicium reflexum certum de eo quod datur lex prohibens contractum, & hoc iudicium reflexum ligat, quidquid ſit de veritate, aut falſitate opinionis directæ prohibentis contractum: ergò ſimilitèr ex adverſo data illa opinione directa excuſante æquè probabili; potero ego formare iudicium reflexum certum de eo quod hic & nunc mihi permittitur contractus iſte, & hoc iudicium erit, quod regulet actionem, non verò illa opinio directa quam actu ego non elicio, nec per te elicere poſſum. Et hoc probat argumentum P. Thyrſi, nempè opinionem illam directam non eſſe regulam, quia non magis conformatur legi Dei permittenti, ſeù primæ regulæ: imò talis opinio non exiſtit, ſed tamèn iudicium reflexum practicum & vltimum quo certè iudico hic & nunc mihi eſſe licitum contractum; hoc certè cum magis conformetur legi Divinæ hic & nunc permittenti mihi hunc contractū, ſine dubio poteſt eſſe regula optima ſecundaria, & ſubordinata primæ regulæ. Ex quo patet ad exemplum horologij, in quo nulla datur nec ſpeculativa, nec practica conformitas cum lege; & ideò nec illud ad ſignandas horas, nec opinio directa ad ſignandam legem Dei poteſt eſſe regula, idque probat exemplum; at non probat id de iudicio practico conformi cum lege Divina hic & nunc permittente ob oppoſitam rationem. Et inſto: nàm horologium indifferens vt conformetur, vel difformetur cum Sole, ſicut non arguit conformitatem, ità nec difformitatem: Cur ergò ex opinionibus illis directis æquè ſe habentibus ad vtrumque, infers contractum eſſe illicitum & difformem legi Dei?

84 Reſpondet quarto: num. 56. opinionem humanam in tantum poſſe regulare quatenùs eſt participatio luminis divini; ſed opinio humana quando eſt falſa, vel eſt indifferens ad falſitatem non eſt participatio divini luminis, vti veriſsimi eſſentialitèr: ergò illa opinio non poteſt regulare. Etiàm nunc miror, (& iure miror) virum doctum talia obijcere non ſolum contra nos, ſed etiàm contra ſe, & omnes Theologos. Fatetur enim quod opinio probabilior etiàm ſi falſificabilis, & forte falſa, eſt bona regula excuſans à peccato; & tamèn opinio falſa, vel falſificabilis non eſt participatio luminis divini eſſentialitèr veri: ergò iàm opinio, quæ non ſit participatio illius luminis, erit bona regula ſecundaria excuſans; quid ergo arguit,

aut

aut quid intendit argumentum? Certe ex eo concluderetur requiri dictamen eſſentialitèr verum, & certum, vt quis licitè operaretur; ſolum enim hoc dictamen eſſet participatio formalis illius luminis vt patet; Sed per te non requiritur tale dictamen: ergò. Deindè etiàm dictamen prohibens eſt participatio luminis divini prohibentis: quomodò ergò formas dictamen prohibens quādo nulla datur ratio maior pro prohibitione? Reſpondeo ergò, iudicium humanum reflexum, & excuſans eſſe moraliter certum, & eſſe participationem analogam luminis, ſeu intellectus Divini, licèt illud non participet formalitèr, & adæquatè quoad omnia prædicata; nec enim hoc requirit participatio, quæ eſt acceptio vnius tantum partis; ideſt ſimilitudo non omnimoda, ſed admixta diſsimilitudine: vt alibi contra has hallucinationes diſputatur.

85 Reſpondet denique quinto RR. Thyrſus: num. 57. In eo caſu æqualis probabilitatis dari legem prohibentem mihi contractum fundatum in illo celebri iuris principio, *in dubijs tutior pars eſt eligenda*. Sed ante declarationem huius principij, contra ſit: ergò iàm ſtante opinione directa æquè probabili de illicito, & quando ego prudenter non poſſum directè dicere, contractus eſt illicitus, poſſum ex alio principio extrinſeco vniverſali; & non proprio quæſtionis directæ dicere prudenter & certo, hic contractus in his circūſtantijs eſt mihi illicitus. Concedunt conſequentiam contrarij: ſed certe ſimul deſtruunt ſua principia, & clamores contra nos & contra noſtras reflexiones: fatentur enim tam ſe, quam nos, vti reflexionibus in eo caſu cum eo tantum diſcrimine, quod illi vtuntur reflexionibus rigidis, nos benignis: quin tamen illi ex parte opinionis directæ habeant maius fundamentum ad rigidas, quā nos ad benignas: nàm probabilitas directa eſt æqualis pro licito, & illicito: ſicut ergò ipſi ponunt reflexionem rigidam quando prudenter debent ſuſpendere aſſenſum directū rigidum: cur nos ab oppoſito, non formabimus aſſenſum reflexum benignum, & ſuſpendemus aſſenſum directum? Certè de hoc nec apparentem rationem, aut diſparitatem reddere poſſunt, ſed tantum arbitrariam.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO X.

***Non impeditur iudicium reflexum benignum, & prudens, ex illo principio** : in dubijs tutior pars eſt eligenda.*

86 IAM Sumus in puncto critico difficultatis, & in ipſo claro & dilucido ſtatu queſtionis. Eſt enim præſens quæſtio omninò reflexa, & ſupponens caſum æqualis probabilitatis directæ pro vtraque parte ;& inquirens àn in tali caſu detur ratio vtique reflexa & extrinſeca, (circa licitum vel illicitũ contractus Ex. g.) ad hoc vt licet non conſtet ex principijs directis contractum eſſe vſurarium, tamèn debeat in præſentibus circunſtantijs præſumi vſurarius. Vndè non ſatis mirror aut ignorantiam aut vertiginem Munieſſæ, qui ſæpè ſtomachatur contra has reflexiones; itá vt pagina 185. dicat, *Tædet animæ meæ toties immiſceri in evanidis iſtis reflexionibus:* & *pag.* 206. *Reddimus cum nauſea ad volutabrum fallaciũ reflexionum.* Certè cum tota hæc quæſtio ſit reflexiva ſupra ſtatum directum maioris, vel æqualis probabilitatis : neſcio quomodo vir alioquin doctus, itá deſipiat, vt volens ex profeſſo agitare per integrum tomum quæſtionem reflexam, conquæratur ſic invitum trahi cum tædio ; & nauſea ad reflexiones, & inſtar immundi animalis cogi ad volutabrum reflexionum. Verè hic ſcribendi & loquendi modus valde alienus eſt à viro prudenti, multoque magis ab homine qui ſe exiſtimat eſſe è numero illorum per quos licentia morum, & opinionum cohibenda ſit. Deberet enim venerari viros Sanctiſsimos, & doctiſsimos, qui eas reflexiones tractant, & explicant cum Eximio Doctore, Caietano, Moya, & alijs innumeris: debuiſſet etiàm imitari modeſtiam RR. P. Generalis Thyrſi, non audaciã Contenſonij, Sinichij, Celladei, & ſimilium. Sed quidquid de hoc ſit.

87 Dicunt contrarij in prædicto caſu vrgere principium illud iuris : *in dubijs tutior pars eſt eligenda*, & quidem ex præcepto rigoroſo vt illi interpretantur iuxta Iura Canònica poſteà citanda. Sed pro declaratione illius notandum eſt primo: dubium, in præſenti ſumi ſtricte pro ſuſpenſione aſſenſus in vtranque partem, itá vt intellectus maneat ſuſpenſus de licito, vel illicito. Secundo, omnes Theologos convenire in eo quod qui in huiuſmo

iuſmodi dubio & ſic ſuſpenſus circa licitum, vel illicitum contractus, nihilominus contraheret, hoc ipſo peccaret formaliter: Tum quia iuxta Apoſtolum ad Rom. 8. *omne quod non eſt ex fide*, ideſt (vt explicant Interpretes) ex bona fide, ſeu credulitate de licito, *peccatum eſt*: Tum quià ſic operans apud ſe hoc dicit, & ſtatuit: quidquid ſit àn peccem, vel non, contrahendo, volo contrahere; vnde & admittit ſaltem vage, & indeterminate peccatum, & ſe exponit periculo proximo peccandi, adeòque peccat, ſic operando. Hoc eſt certiſsimum: tamen adhuc inquiritur, àn qui ità eſt ſuſpenſus habeat motiva ad iudicandum prudenter per principia extrinſeca, & non pertinentia ad materiam de contractu, nec de vſuris, ſed pertinentia ad materiam de conſcientia in genere: àn, inquam, ex motivis iſtis extrinſecis poſsit prudenter credere, ſe poſt legem ſincere inquiſitam, & non inventam, non obligari tali lege, ſed potiùs poſſe licite iudicare non peccaturum, & per hoc iudicium depellere omne dubium, omnemque timorem de lege obligante, ob contrarietatem illarum opinionum contrariarum.

88 Contrarij noſtri id negant; nos autem id affirmamus, & meo iudicio clariſsime cum Divo Thomà ſuprà ſect. 5. docente, & ſupponente in occurſu illarum opinionum contrariarum poſſe hominem non induci in dubitationem, ſed illã depellere, & ſic licite operari. Item cum Caietano ſuprà maniſeſtiſsime docente quod in occurſu talis ambiguitatis maioris vel minoris, ſeù talis vtrinque probabilitatis, poteſt homo formare iudicium practicum certum de eo quod ſibi hic, & nunc liceat contractus. Lege obſecro iterum illum tranſcriptum ſect. 6. & videbis ipſum & Navarrum hæc plane docere, & propterea impugnari à RR. P. Thyrſo.

89 Itaque nos cum his, & innumeris alijs Doctoribus aſſerimus, & firmiſsime tenemus, quod in caſu æqualis probabilitatis pro licito, & illicito, non datur præceptum præſumendi obligationem pro parte rigidiori, aut tutiori; licet conſultum ſit illam amplecti; & propterea hominem prudenter, & vere iudicare, ſe tunc non obligari ad omiſsionem contractus, vel actionis; & facto hoc iudicio poſſe exire in actum, ſive contractum, deſpiciendo omnem timorem, & dubitationem, ſeu formidinem quæ ex contrarietate opinionum ſpeculativarum, vel ex appetitu, & humore melancholico oriri poſſet. Vt autem pateat quam antiquus ſit hic diſcurrendi, & affirmandi modus contra Antiprobabiliſtas nobis

novi-

Digitized by Google

novitatem obijcientes; vtque conſtet quam contrarius ſit illis Divus Antoninus, quem vt exploratum pro ſe allegant, & referunt, audiatur ipſe Sanctus Doctor 1. *parte ſummæ.* cap. 10. §. 10. ſæpiſsime allegato à contrarijs ſemper diſſimulantibus hæc D. Antonini verba: ibi: *Solet* ,, autem impedire propoſitionem ,, ſcrupulorum ſententia aliquarum authoritatū non benè intellectarum, & ideò declarandę ,, ſunt, vt illa quæ habetur extrà ,, de Spons, ſcilicet, in dubijs tutior via eſt eligenda, propter ,, quod ſcrupuloſus eligit viā rigidiorem. Sed ad hoc reſpondetur quod eligere viam tutiorem conſilij eſt, non *præcepti.*

90 Audi, ſcrupuloſe: Audi, Antiprobabiliſta, qui iactas te patronum habere Antoninum: hic dicit: *Conſilij eſt, non præcepti*: Tu è converſo dicis non conſilij eſt, ſed præcepti: da ergò gloriam Deo, & confitere Antoninum non eſſe pro te, ſed contrarium tibi in hoc puncto, imò in tota hac controverſia; nàm tota reducitur ad hoc punctum: àn in caſu duarum opinionum probabilium æqualiū (& quod inde ſequitur per vos inæqualium intrà terminos veræ probabilitatis) debeamus præſumere nos alligatos ad tutiora. Certè nos cum D. Antonino, & cum alijs innumeris, & cum veritate ipſa, aſſerimus non dari præceptum, ſed tantum conſilium de ſequenda parte rigidiori, & tutiori: idque probatur ex ,, ipſo Antonino, quià *alioquin* ,, oporteret multos ingredi Religionem, in qua tutius vivitur, ,, quam in ſæculo. Non ergò de ,, neceſsitate oportet tutiorem ,, eligere, quando etiàm alia via ,, poteſt eligi tuta. Sicut enim diverſæ vię tendunt ad vnam Civitatem, licet vna tutior alia ,, ſit; Sic ad Civitatem Cęleſtem ,, alius ſic, alius ſic vadit, & tutè, licet aliquis tutiore *modo.* Ideſt, ſicut vnus ſtatus eſt abſolutè tutus, licet alius ſit rigidior, & tutior: ſic via vnius opinionis benignæ tuta, & bona eſt, licet alia ſit tutior & rigidior, & ſicut amplecti vnum ſtatum rigidiorem, & tutiorem, conſilij eſt, non præcepti: ſic de opinionibus contrarijs de quibus toto illo capite tractat D. Antoninus ad formandam rectam conſcientiam, & ad avertendos inanes ſcrupulos.

91 Probatur etiàm illud principium eſſe conſilij, & non præcepti, ex eo quod quando ego non poſſum prudenter dicere dari legem Dei vetantem contractum; hęc lex non eſt mihi intimata, & aplicata ſufficientèr: ad hoc enim requiritur ſaltem quod ego prudenter poſsim dicere dari talē legem: quid enim prodeſt, quod id imprudentèr dicam, cum imprudens hæc aſſertio non ſit

participatio luminis divini, & prudẽtiæ divinę; adeòque nec poteſt eſſe per vos lex applicativa, & ſecundaria: at per vos in occurſu illius duplicis opinionis æquè probabibilis non poſſum prudentèr dicere, datur lex prohibens contractum: ergò evidens eſt illam legem divinam, & directam non eſſe ſufficientèr applicatam: Cur ergò me oprimam illa? Cur non ſumam hoc principium benignum, & certiſsimum: Vbi lex non eſt ſufficientèr applicata, & promulgata, ea non me ligat: ego evidenter cognoſco legem illam non eſſe mihi applicatam, & promulgatam ex dictis: ergò ea non me ligat: ergò ex hoc vltimo iudicio dirigor ad operandum licitè, & ſine peccato formali. Conſequentiæ legitimæ ſunt: Minor liquet: Maior verò præterquam quod notiſsima ſit, conſtat ex D. Thoma 1.2. quæſt. 90. art. 4. ibi: *Vnde promulgatio ipſa neceſſaria eſt, ad hoc quod lex habeat ſuam virtutem.* Cui præluxit Gracianus cap. *in iſtis* diſt. 4. ità ſubdens: *Leges inſtituuntur, cum promulgantur.*

92 Et ad hoc reducitur aliud principium, quo vtimur ex Eximio Doctore ad iudicandum in eo caſu, nos licite exire in tale opus: nempe quià vbi poſt diligens examen factum abſque paſſione, & culpa, ex deſiderio inveniendi veritatem, & non offendendi Deum, non invenimus exiſtere legem prohibentem contractum, ità vt non poſsimus prudenter dicere dari talem legem; iàm ignorantia eius legis, & carentia dictaminis prudentis affirmantis dari eam legem, eſt invincibilis, & neceſſaria; cum non ſit in noſtra poteſtate depellere eam ignorantiam; at in caſu eius ignorantiæ invincibilis, & carentiæ dictaminis de exiſtentia legis, non tenemur lege: nec eius violatio eſt nobis imputabilis, vt certum eſt: *Leges Sacratiſsimę* (aiebant Imperatores Valentinus & Martianus leg. 9. C. de legibus) *quæ conſtrigunt hominum vitas, debent ab omnibus intelligi*: ergò hinc certo iudicamus nos non peccaturos eliciendo illum contractum, vel actionem.

93 Huc etiàm ſpectat illud notiſsimum Iuris principium: *in dubijs melior eſt conditio poſsidentis*, textus elegans in leg. *Sive autem* 9. §. *Si duobus* 4. ff. de public. in rem act. & de quo Authores in Reg. 65. Iuris in Sexto, & in leg. *in pari* 128, ff. de Reg. Iuris; vbi IurisConſultus Paulus hæc verba habet, ibi: *in pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet*, Vnde homo poſsidens rem habet ius licitè poſsidendi, donec alter probet ius contrarium; & per probationem intimatam, & applicatam poſsi-

den-

Digitized by Google

denti coarctetur ius poſſeſsionis, & deturbet illum à probabilitate & bona fide, qua rem poſsidet: ideoque etiàm iuxta contrarios in materia iuſtitiæ melior eſt cõditio poſsidentis: at homo etiàm poſsidet ius ſuum ad exercendas has, & illas actiones: ius, inquam, fundatum in ſua bona fide & probabilitate, de eo quod liceat talis actio, vel contractus: ergò donec deturbetur ab hoc iure, & probabilitate per legem probatam & intimatam, habet ius licite operandi: at non probatur lex, quià ego poſt præfatum illud examen non poſſum per vos dicere prudenter, quod datur talis lex prohibens contractum: ergò retineo ius ad licitè exercendum contractum.

94 Confirmatur ex pulchra ſanè doctrina, quam addit meus Collega Gonçalez in cap. iàm citato *ſignificaſti* 18. de homicidio n. 6. Qui dubitat, àn elicuerit votum, ità vt prudentèr non poſſit affirmare ſe elicuiſſe votum, nõ tenetur tali voto quià poſsidet libertas; vt docet communiſsima & probabiliſsima ſententia: ergò quando ego ſimiliter dubitò vtrum detur lex ſaltem poſsitiva prohibens hanc actionem, poſsidet mea libertas ius ſuum ſibi naturale, & ingenitum ad exercendam talem actionem. Dixi, *lex ſaltem poſitiva*: Nàm iſtæ leges cum non ſupponãt obiecta ab ipſis prohibita eſſe intrinſicè mala, manifeſtè ſupponunt in voluntate noſtra ius illud radicale ad tales actiones licitè exercendas: ſicut meum votum de re meliori facienda, ſupponit ius radicale ad omittendam eam actionem licitè: ergò ſaltem quando iſtæ leges ſunt modo dicto dubiæ poſsidet noſtra libertas, & non obligabimur illis legibus; conſequentèrque licitum erit operari iuxta opinionem probabilem in materia legis poſitivę. Hoc autem non conceditur à Contrarijs; & ſi id concedatur, ruunt omnia eorum argumenta: vnde patet quam ſint debilia. Sciò contrarios non nihil moliri contra hoc principium, & paritatem, ſed confutabuntur poſtmodum ſect. 26. interim alio argumento communem & benignam ſententiam validiſsimè ſtabilio.

SECTIO XI.

Vtrùm ex eo, quod in dubijs circa materiam iuſtitiæ, poſsit quis retinere rem, quam poſsidet, inferatur deſtructio Antiprobabiliſmi?

95 SVPPONO Primo doctrinam certiſsimam etiàm apud Adverſarios: quod nimirum homo, qui bona fide incipit poſsidere rem aliquam; quamvis poſtea ſuà per-

perveniat dubium, àn ſit res ipſa aliena; poſsit in tali dubio inſuperabili ſibi retinere rem illam, & ea vti, eamve licite conſumere vt propriam: eſt enim in hac materia notiſsimum principium illud: *in dubijs melior eſt conditio poſsidentis*, vt fatetur RR. Thyrſus diſſert.7. §. 12.

96 Suppono ſecundo; eſſe apud Adverſarios principium fundamentale ſui Antiprobabiliſmi; quod quando quis dubitat, àn ſit lex divina prohibens aliquam operationem, quamvis facta diligentia non poſsit ſuperare tale dubium, ſed potiùs anceps omninò maneat in prædicto invincibili dubio; tenetur ad partem tutiorem ob reverentiam debitam legi divinæ: ità quidem vt ſi non obſtante dubio illo circa legem prohibentem aliquam operationem, illam nihilominus eliciat, illico peccet formaliter violando legem reverentiæ, & amicitiæ debitæ Deo eiuſque divinis legibus, vt ait RR. Thyrſus diſſert. 7. num. 59. & paſsim. Vnde ſi deſtruamus hoc principium, cum illo pariter corruet tota machina prætenſi Antiprobabiliſmi.

97 His poſitis aſſero admiſſo illo principio in materia iuſtitiæ, evidenter ruere Antiprobabiliſmum cum prædicto nuper fundamento: quod demonſtrative ſic oſtendo. Qui eſt in dubio inſuperabili, àn res quam poſsidet ſit aliena, eſt etiàm in dubio eodem, àn detur à parte rei lex vetans retentionem illius rei; ſed per vos qui eſt in dubio àn res quam poſsidet ſit aliena, licite exercet retentionem illius; ergò in dubio àn detur lex vetans retentionem, licite exercet retentionem. Conſequentia eſt legitima: Minor eſt doctrina omnium etiàm Adverſariorum ex ſecundo notabili. Probo maiorem: rem, quam quis poſsidet, eſſe à parte rei alienam, perinde eſt, ac retentionem illius eſſe vetitam per legem divinam ſic pronunciantem, *Nihil alienum retineatur* vel ſic, *non retineas rem alienam*; vel ſic, *mihi diſplicet retentio omnis rei alienæ*: Certe hoc manifeſtiſsimum eſt: ergò qui dubitat, àn res, quam poſsidet, ſit aliena; dubitat, àn retentio eius ſit vetita per legem illam pronuntiantem, *non retineas rem alienam*: At per te in dicto dubio retinens rem, dubitat, àn ſit aliena, & àn retineat rem alienam; ergò dubitat àn retentio, quam exercet, ſit vetita per legem pronuntiantem, *nè retineas alienum*.

98 Confirmatur primo: qui ſcit, rem, quam poſsidet, eſſe alienam; eodem modo ſcit eius retentionem eſſe vetitam per legem illam naturalē cunctis notiſſimam, *ne retineas alienum* quamvis àte poſſeſſum; ergo qui dubi-

dubitat, àn res, quam poſſidet, ſit aliena; dubitat, àn eius retentio ſit vetita per illam legem naturalem. Probo conſequentiam: ideò primum eſt verum, quià rem eſſe alienam, idem eſt àc eius retentionem comprehendi ſub illa lege vniveſali, *nè retineas alienum*: Sed dubitat, àn res illa ſit aliena, & perconſequens àn eius retentio comprehendatur ſub illa lege vniverſali dicente, *nè retineas alienum*: ergò ſicut qui ſcit, rem eſſe alienam, ſcit eius retentionem eſſe vetitam; ità qui dubitat, àn ſit aliena; dubitat, àn eius retentio ſit vetita.

99 Confirmatur Secundo: dubitare, àn retentio rei ſit terminus legis prohibentis, eſt dubitare àn retentio ſit vetita per legem: id eſt per ſe notiſsimum: Sed qui dubitat àn retentio, quam exercet, ſit retentio rei à parte rei alienæ; dubitat, àn talis retentio ſit terminus legis prohibentis illam: ergo dubitat àn ea retentio, quam exercet ſit prohibita. Probo Minorem: qui dubitat, àn retentio, quam exercet, ſit rei alienæ; dubitat àn talis retentio ſit terminus particularis contentus in illo vniverſali, *omnis retentio rei alienæ*, qui quidèm eſt terminus adæquatus huius legis vniverſalis, *prohibeo omnem retentionem rei alienæ*: ſed dubitare, vtrum ſit terminus particularis contentus in termino vniverſali legis prohibentis; eſt dubitare, vtrum ſit verus terminus per talem legem prohibitus, vt eſt per ſe notum: ergò dubitare àn hæc retentio ſit retentio rei alienæ, eſt dubitare àn ea retentio ſit terminus verè prohibitus per legem.

100 Confirmatur tertio: Hic ſyllogiſmus eſt cuique evidens: omnis retentio rei alienæ eſt prohibita lege naturali; hæc retentio eſt forte retentio rei alienæ: ergò hæc retentio eſt fortè prohibita lege naturali: quæ quidem conſequentia eſt evidens, & negari non poteſt ab illo, qui aſſentitur præmiſsis. Nūc ſic: in dicto caſu, homo aſſentitur his præmiſsis; *omnis retentio rei alienæ eſt prohibita lege naturali*: *hæc retentio rei à me poſſeſſæ, forte eſt retentio rei alienæ*; Maior enim continet principium lumine naturæ notum: Minor eſt ipſe caſus ab omnibus in hac quæſtione admiſſus, quod nimirum retentio illa ſit fortaſsè retentio rei alienæ: ergò homo aſſentiens prædictis præmiſsis nō poteſt negare hanc conſequentiā: *hæc retentio forte eſt prohibita lege naturali*: Imò potius eam veritatem vti contentam evidentèr in præmiſsis, planè apprehendit, & agnoſcit: at agnoſcere retentionem hanc fortè eſſe

eſſe prohibitam, eſt agnoſcere fortè dari à parte rei legem naturalem prohibentem illam: ergò ſi nihilominus exercet licitè eam retentionem; evidentèr ſequitur, hominem dubitantem de lege prohibente retentionem, poſſe nihilominus exercere talem retentionem: ergò reverentia debita legi naturali non cogit ſub peccato ad omittendam actionem, quando quis dubitat; ân detur lex prohibitiva illius; ſed potiùs, ſtante eo dubio ſpeculativo, poteſt efformare rectam conſcientiam de eo quod in talibus circunſtantijs, quidquid ſit de exiſtentia, vel non exiſtentia legis ignoratæ, licitè poteſt exercere talem actionem, & vti ſua naturali libertate.

101 Hoc argumentum, quamquam pro re iſta, præſertim morali, iuremeritò appellari poſsit demonſtrativum, & intentum vndequaque convincens, nihilominus vlterius promoveri poteſt; & ſub alijs terminis proponi. Prius tamèn ſupponendum eſt primò cum Adverſarijs, legem naturalem poſſe ſumi quaſi activè, & ex parte Dei; atque etiàm paſsivè, applicativè, & completè; ſeù ex parte noſtri. Lex primò modo accepta eſt dictamen, ſeù voluntas Dei pronuncians, *nè retineas, vel ne conſumas rem alienam*; & hæc datur activè, & à parte rei, etiàm nobis dormientibus, aut ignorantibus tale dictamen. Secundo autem modo accepta includit cognitionem noſtram, qua nobis prædictum dictamen divinum intimatur, & applicatur, ità vt proximè nos obliget.

102 Suppono ſecundò; hominem, qui ex inadvertentia, aut ignorantia invincibili legis prohibentis actionem, Ex. g. contractum, exercet talem contractum, quem ob maiorem probabilitatem, vel ob conſilium peritiſsimorum putat eſſe licitum; peccare nihilominus materialitèr contra legem à parte rei, & activè exiſtentem in Deo. Cuius ratio eſt apud Contrarios explorata: nàm qui à peccato formali excuſatur, ex ignorantia invincibili de eo, quod Deus vult, aut iubet circa aliquam actionē; peccat materialiter illam eliciendo, & ſi ſciret quidquid re ipſa datur à parte rei, peccaret formaliter contra dictamen divinum non præcisè exiſtens in Deo, ſed etiàm ei applicatum, & formaliter paſsive & proximè obligans ad omittendum talem contractū.

103 Suppono tertiò; dari ex parte Dei hoc dictamen, ſeù hanc legem: omne alienum reſtituendum eſt ab eo, qui illud poſſidet. Ratio eſt clara; quià res aliena vbicunque ſit, etiàm in poſſe-

Digitized by Google

poſſeſſore bonæ fidei, clamat pro Domino ſuo;& licet ob ignorantiam poſsidentis quaſi non audiatur eius clamor; tamèn re ipſa clamat; hoc autèm,& nihil aliud eſt dari in Deo dictamen, voluntatem, ſeu legem clamantem,vt ea res quamvis ab aliquo poſſeſſa reſtituatur Domino,cuius eſt.Vndè licèt ob ignorantiam invincibilem non audiatur clamor, & lex iſta; id minimè tollit,quòd re ipſa detur, & quod eius retentio, ſeu non reſtitutio,vel etiàm conſumptio ſit materialiter contra dictamen divinum pronuntians: *reſtituere rem alienam;nè retineas ne conſumas rem alienam.* Sicuti quando elicis contractum re ipſa & coram Deo vſurarium, quidquid ſit de tua bona fide; & invincibili ignorantia, re ipſa elicis contractum materialiter malum,& materialiter violas legem prohibentem omnem, & hunc ſingularem contractum vſurarium.

104 Denique, vt nullum reſtet effugium, ſuppono rectè ſtare hæc duo: quod nimirum homo bona fide poſsideat rem,& quod res ſit aliena, ſive alterius habentis veriſsimum & ſtrictiſsimum dominium proprietatis, licet à ſe, & ab alijs ignoratum;& coram Deo, & Angelis certiſsimum. Hæc ſuppoſitio eſt apud omnes manifeſta: Tum quià nullus per ſolam poſſeſsionem bonę fidei acquirit rei dominium,alioquin ante elapſum tempus præſcriptionis, vel vſucapionis iam foret Dominus eius,quod eſt ſtultiſsimum: Tum quià ſi illam conſumpſiſſet,non teneretur reſtituere vel id in quo factus eſt dictior, ſicuti nec tenetur poſt legitimam præſcriptionem: Tum quià,detecta veritate, non poſſet alter poſtulare rem vti ſemper ſuam; quamvis à poſſeſſore bonæ fidei alteri donatam, aut venditam; neque illam, ſi omninò negaretur, ſibi vel authoritate publica; vel alio modo recuperare: quæ omnia cum abſurdiſsima ſint, vt ex plurimis Juribus probat meus Amaya lib. 3. obſervat.cap. 2. liquido conſtat, ſtare in Petro poſſeſsionem bonæ fidei, cum eo quod Paulus ſit dominus proprietatis talis rei; ſicut ſtat quod Petrus per contractum re ipſa vſurarium, ſed bona fide celebratũ, accipiat equum à Paulo,& quod equus adhuc maneat ſub dominio ſtricto Pauli; nec enim bona fides facit contractum validum & legitimum, nec transfert dominium rei; ſed potiùs tale dominium, licet ignoratum à Paulo, manet in Paulo.

105 His ergò conſtitutis,ſic argumentor:Poſſeſſor bonæ fidei, ſuboriente dubio inſuperabili,àn res, quam poſsidet, ſit aliena,& volens nihilominus eam conſumere; eſt in dubio, àn à par-

Digitized by Google

te rei, & in Deo detur activè lex prohibens illam conſumptionem: & tamen per vos adhuc poteſt formare conſcientiam rectam ad licitè conſumendam rem illam: ergò non obſtante dubio illo ſpeculativo, àn à parte rei detur lex prohibens conſumptionem; poteſt licitè conſumere, eaque proptèr dubium illud non eſt practicum, & reddens actionem illicitam. Minor cum conſequentia clareſcunt. Maior autèm conſtat ex prima & ſecunda ſuppoſitione: Nàm quamvis dictamen divinum ſit à me ignoratum, & ideò mihi non applicatum, nec in me exiſtens paſsivè; tamen eſt in Deo activè: ergò in prædicto caſu licet ego certus ſim, non dari in me paſsivè dictamen, ſeu legem Dei de non conſumenda re poſſeſſa, tamen ſum dubius, àn detur in Deo activè lex de non conſumenda tali re: mea enim ignorantia non tollit dictamen activum ex parte Dei: ſicuti mea invincibilis ignorantia de dictamine prohibente hunc contractum vt vſurarium, nō tollit, quod ex parte Dei activè ſit dictamen prohibens illum; alioquin non ignorarem ego eſſe dictamen illud, nec me excuſaret ignorantia dictaminis divini prohibitivi in Deo exiſtentis; & vlterius mea opinio probabilior, aut probabiliſſima, qua tunc dico, non dari in Deo dictamen prohibens hunc contractum, non eſſet falſa coram Deo, ſed veriſsima, quià re ipſa conformaretur cum obiecto, ſcilicet cum carentia illius dictaminis in Deo: at ea opinio in eo caſu eſt falſa: ergò quià datur activè in Deo dictamen prohibitivum contractus, etiàm quando non datur in me paſsivè, quià ignoratur à me invincibilitèr: ergò etiàm ille, qui certus eſt de eo, quod ſibi non ſit intimata lex active exiſtens in Deo de non conſumenda hac re; eſt dubius, àn ea lex ſit activè in Deo; & tamen ſic dubius licitè conſumit rem illam: ergò dubius de lege exiſtente à parte rei, poteſt bonam conſcientiam formare, & licite conſumere rem.

106 Confirmo vrgentiſſime: homo in dicto caſu poſſeſsionis, & dubij ſuborti circa proprietatem rei, eſt dubius, àn conſumptio talis rei ſit materialiter mala, ſcilicet àn ſit deſtructiva iuris & dominij alieni; qui enim omninò conſumit rem alterius ita vt nullus eius effectus remaneat, abſque dubio deſtruit ius & dominium omne, quod alter habebat in tali re; quod quidem eſt lædere materialitèr, & peccare ſimilitèr materialiter; eſſetque peccare formaliter, ſi præcederet cognitio veritatis. Tum vltra: ſed qui dubitat, àn conſumptio quam

Digitized by Google

exercet ſit materialiter mala, dubitat formaliter & intranſitivè àn detur in Deo activè lex prohibens talem conſumptionem: ergò in eo caſu dubitat, àn detur in Deo activè ea lex prohibens conſumptionem: & tamen adhuc licitè, & cum bona conſcientia eam exercet: ergò tale dubium non obſtat bonæ conſcientię practicę. Ego quidem hoc argumento pleniſsimè convincor, nec video, quid ſolidum vel apparens ad illud reponi valeat.

107 Dices, ìn eo dubio poſſeſſorem rei licitè poſſe retinere rem licèt fortè ſit aliena, quia nocumentum quod fortaſſe infert, eſt contra hominem alterum: àt quando quis dubitat, àn actio ſit contra legem Dei, ſe exponit periculo agendi contra Deum; & ad hoc nullum ius habere poteſt. Verùm evaſio iſta mihi ſupra omnem modum frivola ſemper apparuit. Primo: quia etiam retinere alienum, & inferre nocumentum proximo, malum eſt non ſolum contra proximum, ſed etiam contra legem Dei vetantem nocere proximo: ergò qui in eo dubio retinet rem, pariter ſe committit periculo offendendi Deum: ſi igitur hoc licitum eſt: ergo licitum cuique erit in ſimili dubio legis, non ſe gravare lege, ſed bonam ſibi conſcientiam efformare de eo, quod tali lege non teneatur. Secundò: quia gratis & ſine fundamento aſſumitur, hominem in dicto caſu ſe exponere periculo offendendi Deum: vel enim loquimur de offenſa materiali, & hæc etiam intervenire poteſt, & fortaſſe latet in retentione rei poſſeſſæ, quæ fortè eſt aliena; vel loquimur de offenſa formali: & hoc eſt ſupponere id, de quo quæſtio vertitur, àn quando quis dubitat de lege, poſsit abſque offenſa formali Dei eligere partem benignam, iudicando, ſe non teneri prædicta lege dubia, quia *in dubio melior eſt conditio poſsidentis*, & quia lex illa nondum eſt intimata ſufficienter: eſt ergo latibulum illud futile & falſiſſimum.

108 Inſiſtes: quænam eſt hominis reverentia erga leges divinas, & numinis amicitiam, ſi in eas actiones erumpere audet, de quibus in ambiguo eſt, àn Deo diſpliceant? Sed contra has vacuas & inanes interrogationes, clamoreſque oratorios, quibus obſtrepunt ſingulis momentis Antiprobabiliſtæ, facilè ſic reclamatur: quænam (clamabo) eſt reverentia erga legem, & amicitiam Dei, exercere retentionem, de qua dubitas, àn ſit contra divinam legem, & àn Deo diſpliceat? Quinam erit erga proximum amor

quem

(quem vt te ipſum diligendum proponit lex divina) retinere, & conſumere rem, quæ forte eſt Proximi tui. Non ne melius eſſet eam inſumere, & expendere in Miſſarum eleemoſynam pro anima Proximi, cuius fortè eſt? Cur ergò ita piè non tegeris cum Proximo tuo? Cur non ita reverenter cum Deo quem in præcordijs & ſupra præcordia habere, & diligere, debes? Ideo ſicut hæc conſulere, non tamen præcipere debemus; ita & ſub conſilio tantum erit eligere in dubio inſuperabili legis partem rigidiorem. Quod autem Deus obliget homines ſub mortali per ſuam legem inſuperabiliter ignotam, quin det locum dictamini prudenti præſumendi pro libertate, id quidem ſibi ipſis perſuadebunt Adverſarij; mihi autem nunquam, nec graviſsimis Theologis, qui ex hoc capite communem ſententiam fortiſsimè muniunt.

****

SECTIO XII.

Præcipuum argumentum contra doctrinam proximam, ſolutione donatur.

109 OBIJCIVNT Celebrem illam iuris regulam *in dubijs tutior pars eſt eligenda*; ſed quando datur opinio probabilis pro illicito actionis, non ſolum habet quis dubium, ſed aliquid maius, ſcilicet probabilitatem de illicito: ergo tunc debemus eligere partem tutiorem, ſcilicet ceſſationem à tali actione. Quod ſi reſpondeas cum D. Antonino à nobis citato illud axioma eſſe conſilij, & non præcepti; contra inſurgunt ex cap. *ad audientiam* 12. & ex cap. *ſignificaſti* 18. & ex cap. *Petitio* 24. de homicidio, alijſque concordantibus, in quibus dicitur *pars tutior eſt eligenda*: *Pars ſecurior eſt tenenda. Semitam debemus eligere tutiorem. Quod certius exiſtimamus tenere debemus*; àt hæc verba non ſignificant merum conſilium, ſed præceptum: ergo ex præcepto tenemur ſequi partem tutiorem.

110 Hoc argumentum eſt quaſi Achilles primę ſententiæ, & cui etiam pro tertia ſententia amplexanda multum fidunt Gonetus, & alij Recentes tranſcribentes Proſperum Fagnanum. Sed qua infęlicitate, conſtabit revocantibus in memoriam quæ à nobis inſinuata iam ſunt: ſcilicet hoc argumentum vel nihil, vel omnino probare Antiprobabiliſmum iam proſcriptum ab Eccleſia: illamque ſcandaloſam propoſitionem prohibitam ab Alexandro VIII. *Non licet ſequi opinionem vel inter probabiles probabiliſsimam.* Sit enim opinio probabiliſsima aſſerens hanc actionem non eſſe turpem. Sanè abſtinere ab hac actione tutiſsimum eſt vt patet; eam tamen exercere non ita tutum, cum ea opinio ſit falſitati obnoxia, & conſequenter alicui periculo violandi legem prohibitivam, & materialiter peccandi. Deinde vero cum opinio, quæ opinio ſit quamvis probabiliſsima, me reddat non certum, ſed opinantem dumtaxat, pariter me relinquit dubium iuxta contrarios.

111 Nunc ſic: per vos generaliter in dubijs pars ſecurior eſt tenenda, ſemitam debemus eligere tutiorem &c. Idque non ex conſilio, ſed ex præcepto; àt quando datur opinio etiam probabiliſsima excuſans à turpitudine aliquam actionem; pars tutior, & ſecurior eſt abſtinere ab illa actione: ergo tunc etiam ex præcepto debemus abſtinere ab illa actione, peccabimuſque contra illud ſi non abſtineamus: & conſequenter opinio vel inter probabiles probabiliſsima non excuſabit à peccato. Ego certe quid ad hæc reſpondere poſsint, aut qua tergiverſatione à tam immani abſurdo tueri ſe poſsint Adverſarij, omnino non video: Dicere namque opinionem illam me certum reddere de ſuo obiecto directo; perinde eſt àc aſſerere me per opinionem non opinari; nam certum me eſſe de obiecto, non eſt de obiecto opinari vt notum eſt: me autem opinari, adhuc eſt eſſe opinativè dubium; àt per vos etiam ad dubium opinativum extenditur illud axioma *in dubijs tutior pars eſt eligenda* ex præcepto: adhuc igitur teneor.

112 Ex quo promptum eſt deducere planam Goneti inconſequentiam qui fatetur, me habentem opinionem probabiliorem pro licito actionis poſſe illam exercere quamvis pro oppoſita ſit altera opinio probabilis. Ita ne licet? Ergo in dubio opinativo falſificatur illud principium, *in dubijs tutior pars eſt eligenda.* Patet; nam caſus ille eſt dubij opinativi circa turpitudinem fortaſſe latentem, vt aſſerit ſententia probabilis: ſed parte in

te in eo caſu non teneor ſequi ſemitam ſecuriorem, ſcilicet abſtinentiam ab ea actione; ergò dum Gonetus ex vna parte non me obligat ad omittendam eam actionem; ex alia vero illud iuris axioma ad caſum dubij opinativi extendit ſub præcepto, ſibi ipſi, & Juri Canonico contradicit.

113 Præterea tom. 1. ſuæ Theologiæ Thomiſticæ in commendatione doctrinæ D. Thomæ §. 4. ita loquitur Gonetus cum „ Vincentio Baronio: *Vnus* Di„ vus Thomas tantum ſua au„ thoritate valuit, vt per trecen„ tos, & vltra annos totus Or„ bis Chriſtianus, Populi, Prin„ cipes, Reges, Academiæ, Vr„ bes, Regna, Immaculatam „ Virginis Conceptionem, om„ nibus artibus decidi, àc diri„ mi poſtulent, nihilque huius „ cauſa non moveant; & tamen „ nihil hactenus à Sancta Sede „ de fide tenendum, & ſancitum „ *impetr averint*. Vnde cõcludit: „ *Pontifices* nullis precibus aut „ votis ſe moveri ſinunt, neque „ hactenus vlla cenſura D. Tho„ mę ſententiam notari paſsi fue„ runt, relictis illis ſuæ probabi„ litatis integris, ſalviſque *iuri*„ *bus*. Si autem ita eſt, vt vult Gonetus (quod ego non probo) & ſententia negans Inmaculatam Deiparæ Conceptionem, adhuc retinet ſuam integram probabilitatem: ergò qui celebrat feſtum Conceptionis Puriſsimæ in primo inſtanti animationis, exponit ſe periculo celebrandi inſtans peccati, adhibendi cultum fictitium, & extollendi feſtum nullum, & nullo cultu dignum, quod quidem ingens periculum eſt, & id, ſi ſcienter fieret, foret grande piaculum. E converſo autem qui ab eo feſto, & cultu abſtineret nulli periculo ſe exponeret, & ſemitam ſecuriorem teneret. Nunc ſic: ſed in dubijs ſemitam debemus ſequi tutiorem, & ſecuriorem ex præcepto per vos: ergò omnes fideles debent ex præcepto abſtinere ab eo cultu: ergò qui Conceptionem celebrant peccant; pariterque peccabit ipſa Eccleſia hortans, & præcipiens feſtum Puriſsimæ Conceptionis: quæ omnes conſequentiæ horrore, & ſcandalo pleniſsimæ inferuntur, ſi ex præcepto debeamus ſemitam ſequi tutiorem in dubio quovis opinativo.

114 Sed antequam vlterius progrediamur, breviter explicandi ſunt textus nobis obiecti, iuxta eorum genuinam intelligentiam recte traditam à Canoniſtis quibus in hac materia maxima eſt adhibenda fides. Dico itaque axioma illud *in dubijs tutior pars eſt tenenda: debemus ſequi ſemitam tutiorem, &c.* ex terminis, & niſi aliud adclatur,

Digitized by Google

datur, non ſignificare niſi conſilium, vt rectiſsime S. Antoninus, & Navarrus; quia verba illa ex ſe poſſunt ſignificare decentiam, & æquitatem rei faciendæ; & licet poſsint ſignificare præceptũ, id ex alijs circunſtantijs colligendum eſt. Quando autem præſumere debemus adeſſe eas circunſtantias?

115 Audite ſapientiſsimos Navarrum, Covarruvias, & Gonçalez: primo, quando illud axioma accipitur de dubio practico, quo nimirum quis dubitat àn hoc ſit vel non ſit peccatum; nam ſi hoc dubium non reſolvatur, prodire in operationem, eſt peccaminoſum, & ideò eligenda eſt omiſsio, quæ eſt pars tutior, ſeu vnicè tuta. Videatur meus Collega, inter Canoniſtas facilè Princeps Dom. D. Emmanuel Gonçalez, in hac Academia Antiquioris Veſpertinę Sacrorum Canonum Cathedræ proprietarius interpres, & in Supremo S. Inquiſitionis, & Regio Caſtellæ Senatu Conſiliarius 2. parte tom. 1. in lib. 2. Decretalium cap. *Quoniam* 20. de præſcriptionibus. Vbi hanc doctrinam, & noſtram benignam ſententiam diſſertè tradit, eaſque fœlici calamo liberat ab obiectionibus. Et ex cuius divite, & eruditiſsima penu, plurima circa noſtram materiam ex Iure Cæſareo, & Canonico me didiciſſe, niſi lubens agnoſcerem, ingratiſsimus forem, immò furti reus, vt aiebat Plinius in præfatione hiſt. nat. *Eſt,* „ enim benignum (vt arbitror) „ & plenum ingenui pudoris, fa„ teri per quos profeceris, non „ vt plerique ex ijs, quos attigi „ fecerunt::: Obnoxij profectò „ animi, & infelicis ingenij „ eſt deprehendi in furto mal„ le, quam mutuum redde„ re, cum præſertim ſors fiat „ ex *vſura.*

116 Secundò, quando non datur dubium iuris, aut legis, quia lex certo exiſtit; ſed tantum datur dubium facti, quo ceſſet lex. Ex. g. certus es de voto aut de lege recitandi; dubitas tamen àn recitaveris, vel non; & in hoc dubio facti debes eligere recitationem tutiorem; quià lex certa poſſidet contra te: ſecus contingeret quando votũ eſſet dubium, in hoc enim dubio iuris, nõ obligaris ad eius adimpletionẽ, quæ eſt ſemita tutior, vt docet probabiliſsima, & communiſsima ſententia. Ita Navarrus in cap. *ſi quis autem* de pænitentia diſt. 1. num. 35. Covarruvias in Clementina *ſi furioſus.* 1. part. in initio num. 3. & meus Gonçalez in cap. *Ad audientiam* 12. de homicidio. nam. 2. ducti ex celebri textu in cap. *Is qui* de ſent. excom. lib. 6. ex quo docent irregularitatem ſolũ contrahi in caſibus à iure expreſsis.

Tertiò,

117 Tertio, quando ſtus ipſum comprehendit caſus etiam dubios, idque contigit in textibus nobis obiectis in argumento, vt docet meus Gonçalez ibi num. 3. In eis quippe vel ſupponitur lata, vel denuo fertur lex irregularitatis, contra homicidam non ſolum certum, ſed etiam dubium propter aliquod delicti corpus iam probatum. Nam in cap. ad *audientiam*, Præsbiter vulneraverat famulum: in cap. *ſignificaſti* Præsbiter furem ligone percuſſerat. In cap. *petitio* Clericus pugnaverat, percuſſeratque hoſtes: quamvis autem Pontifices poſſent non ferre ſententiam irregularitatis adverſus hos homicidas dubios, nihilominus ferre voluerunt, quia æquum, iuſtum, ac decens iudicarunt, vt manus ſic noxiæ arcerentur ab Altari; & propterea quia decens, & æquum erat, vt illi Præsbiteri in ijs caſibus ad incruentum ſacrificium non deberent accedere; ideò præfati Pontifices id ita fieri decreverunt, & irregulares illos haberi voluerunt; nam leges non debent ſupponere earum materiam iam antea obligatoriam; ſed ſufficit ſi ea ſit decens, & honeſta ad hoc vt illam obligatoriam faciant: ſic ergo obligatorium fecerunt receſſum illum ab Altari; ad quem veluti ad ſemitam tutiorem ex decentia, & æquitate tenebantur Præsbiteri illi.

118 Vt autem nulla in poſterum maneat dubitandi ratio; placet oſtendere falſitatem illius principij accepti ſub amplitudine illa ab adverſarijs intenta. Primo ſi ita accipiendum eſſet, ſequeretur quod in omni dubio peccati materialis latentis in aliqua actione teneretur homo ex præcepto ſequi partem tutiorem, & omittere actionem; at hoc eſt evidenter falſum, & contra ius naturale, & Canonicum: ergò & falſiſsimum eſt illud principium ex quo ſequitur. Probatur maior, tum ex dictis; quia nec opinio probabiliſsima excuſaret; tum quia nec Eccleſia, nec Superior poſſet præcipere ſubditis iuxta opinionem probabilem, aut probabiliorem; tutius enim foret non præcipere, & ſe non exponere periculo imperandi, & cogendi ſubditos ad id quod forte malum, aut inutile eſt; vel ad id, ad quod imperandum nullam re ipſa iuriſdictionem habet, ſed tantum exiſtimatam; ſequela autem eſt penitus abſurda.

119 Sed his omiſsis probatur minor illa primò, ex ipſo cap. *ſignificaſti*. Vbi ponitur caſus de homine, quem conſtabat fuiſſe ab vno ex pluribus occiſſum; & inquiritur an omnes eo ipſo forent irregula-

res.

res. Si verum eſſet principium contrariorum. Pontifex debuiſſet reſolvere, omnes eſſe vt irregulares habendos, & ab Altari prohibendos; nam de quolibet dubium erat, àn commiſiſſet homicidium; & in dubio tenenda eſſet via tutior abſtinendi ab Altari, quandoquidem hæc ratio omnino comprehendit hoc homicidium dubium, ideoque eandem poſtulabat deciſionem, cùm par, & vniverſalis ratio adeſſet. At Pontifex noluit eandem reſolutionem exhibere, quin potius dicit, *caſum eſſe ab illo valde diverſum*: ergò quia non exiſtimavit vt verum vniverſalitèr illud principium, quod in dubijs tutior pars ſit ex præcepto eligenda. Perperam ergò accipitur ab adverſarijs.

120 Secundo, nam *in pari delicto, vel cauſa, melior eſt conditio poſsidentis* vt tradditur in regula 65. Juris in ſexto. Sint duo omninò æquales circa ius rei, quam alter bona fide poſsidet. Hic certè adhuc eſt dubius àn res ſit ſua, àn retineat rem alterius, àn violet præceptum non retinendi rem alienam; & ſine dubio tutius illi foret rem alteri relinquere; ſed in dubio tutiorem ſemitam ſequi debemus: ergò deberet rem illam alteri cedere. Conſequentia eſt legitime deducta, ſi illud principium ſit verum; eſt tamen falſiſſima etiam iuxta contrarios: ergò falſiſsimum etiam eſt illud principium, quod aſſumunt vniverſaliter, ſcilicet in dubijs tutius ex præcepto eſt eligendum.

121 Tertiò ex cap. *Laudabilem* 5. de frigidis, & maleficiatis. In quo declarat Eccleſia, quod naturaliter frigidi quando de impotentia coeundi non conſtat, ad trienium habitare poſsint ad experimentum copulæ nuptialis. En quandiù dubitatur de eorum impotentia, dubitatur àn matrimonium ſit validum, & conſequenter àn experimentum illud ſit materialiter malum; creſcitque dubium quando poſt vnum, aut duos annos experimentum evaſit nullum; eaque propter tutius vtrique tunc eſſet recedere, vt ab omni ſpecie mali, remotiores forent; ſed tamen adhuc tunc non obligantur ex præcepto recedere; nec ſemitam ſequi illam tutiorem; ſed potius libere, & licite permittuntur ab Eccleſia perſeverare: ergò quod indubijs teneamur ſub præcepto ſemitam ſemper eligere tutiorẽ, eſt principium vndequaque falſum, & evidentèr repugnans Juri Canonico. Alia plura in id ipſum agglomerari facile poſſent; ſed hæc ſufficiunt ſinceris veritatis amatoribus; ijs verò qui in meridie caligare velint, ſufficient planè nulla.

122 Nec prætereundum,

ulum, quod opponunt ex cap. *Illud* 5. de Clerico excom. Vbi dicitur de rigore deponendum eſſe Epiſcopum, qui in dubio ibidem expreſſo tutiorem partem non elegit: ſed Epiſcopus de rigore non deponitur niſi ob culpam mortalem: vt notat gloſſa in cap. *ſicut noſtris* 27. de iure iurando: ergò prædicta regula non eſt conſilium, ſed præceptum. Reſpondeo, Gonetum ſic ex Fagnano obijcientem planè decipi, neque enim talis ſpecies habetur in illo cap. quin potius memoratur ibi Epiſcopus qui ob notorium & graviſsimum crimen fuit excommunicatus à Delegato Pontificis, cumque excommunicatio eſſet cunctis notiſsima, ſe tamen vt excommunicatum gerere noluit; imò & poſtquam à Pontifice fuerat iterum excommunione innodatus, noluit ab Altari recedere, poſteaque hanc excuſationem obtendebat; nimirum id feciſſe, ne ſi à divinis recederet, in malo ſuo magis obdureſceret; & tamen poſt tot crimina ad miſericordiam à Pontifice admiſſus eſt. Ex his autem quid pro regula illa deduci poſſit, viderint illi qui oculis ſuis legunt, non autem ij, qui oculos habent, & non vident: Nam vbi crimen eſt notorium, & excommunicatio à Legato Apoſtolico ſatis divulgata, dubium de obligatione ſe gerendi vt excommunicatum eſt irrationale; & nullatenus ex illo excuſari poterat Epiſcopus ille, vſque adcò temerarius, vt etiam à Pontifice excommunicatus ſe ſe divinis immiſcere non dubitavit: ideòque factus eſt ſupplicio digniſsimus, vt docet meus Gonçalez, in cap. *ad audientiam* citato num. 4. Ex eo autem quod in aliquo dubio irrationali non ſit Epiſcopus excuſatus ab excommunicatione; quis deducat nec eſſe excuſatum in alio dubio prudente, in quo favendum eſſe Reo clamat cùm alijs Juribus Regula 11. in Sexto. *Cum ſunt partium iura obſcura, reo favendum eſt potius quam Actori.*

123 Nec etiam nobis efficit illud Synderesis principium, quod exprimitur in Regula 45. Juris in Sexto, his verbis: *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veroſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit.* Quod principium habetur etiam in Jure Civili, nimirum in leg. *in obſcuris* 114. ff. de Reg. Juris, & in alijs concordantibus quas agglomerat RR. Thyrſus diſſert. 10. num 52. & ex quibus infert: ergò inſpicimus in obſcuris id quod eſt probabilius; nam verba ſunt ferè ſynonima, & *nil refert, an pro veriſimili probabilem, credibilem vè dicamus*, vt ſcribebat Quintilianus lib. 4. inſtitut. cap. 2. non minus doctè quam latinè.

Reſpon-

Reſpondeo,& nos inſpicere quid veroſimilius,ſeu probabilius,fieri liceat in obſcuris, & in tali caſu nobis veroſimilius longè, immò & moralitèr certum, & praxi, àc vſu frequentius videtur, quod poſſumus licitè vti beneficio libertatis, & ſequi partem benignam,quæ ſicut non eſt præcepta, ità nec mihi prohibita per legem non ſufficientèr mihi propoſitam, & intimatam: *Quædam ſunt quæ leges nec iubent, nec vetant facere: in his ſervus materiam beneficij habet*,aiebat non minus chriſtianè quam eruditè noſter Seneca lib. 3. de Benef. cap. 21.

SECTIO XIII.

Reliquæ obiectiones ſolvuntur.

124 SEcundò objicit RR. P. Thyrſus: homo in occurſu duplicis opinionis ſuſpendit aſſenſum, ità vt non poſſit prudentèr aſſentiri opinioni de licito,cum pro illa non habeat maius fundamentum: eſſet enim imprudens illi aſſentiendo, potiùs quam alteri, ſine maiori ratione pro vna, quam pro alia: imò & phiſyce non poteſt vni parti aſſentire præ alia, vt probat latè diſſert.7.§. 2. cum ſequentibus:ergò non poteſt formare bonam fidem, & conſcientiam de licito contractu, atque adeò peccabit contrahens; nam *quod non eſt ex fide, peccatum eſt*. Reſpondeo multos defendere, poſſe phiſycè intellectum aſſentire vni parti in eo caſu, & determinari ex imperio voluntatis; idque concedit, & probat Munieſſa. nobis contrarius, pag. 194. licet cum inconſequentia magna, & deſtruente doctrinam Sanctiſsimi ſui Patriarchæ Ignatij, vt videbitur ſect. 24. Deinde licet intellectus actu attendens ad æqualia motiva, videnſque reflexe eſſe æqualia, nequeat phiſycè aſſentiri vni parti, nempe benignæ: tamen poteſt avertere mentem à motivis pro parte rigida, & ſic ponderando motiva benignæ, poterit illi aſſentiri.

125 Poterit (aiunt P. Thyrſus, Munieſſa, & alij) phiſycè; non tamen prudentèr, honeſte, aut moraliter: quia voluntariè ſe exponit maiori errandi periculo, & imprudentèr agit. Sed contra, nam poteſt dari rationabilis cauſa, vt quis etiam in eo caſu ſe flectat aliquo ex his modis ad iudicandum id quod minus veriſimile apparebat:ergò Probabiliſta ſibi credens poſſe in prædicto caſu ſequi benignam ſententiã, poterit ex voluntate illam ſequendi, vel proptèr bonum ſpirituale, aut temporale

poralē proximi, vel ex alio ſine bono, flectere ſuum intellectum ad formandam ſibi bonam conſcientiam (poſito quod ad hoc requiratur vt modo permittimus) vt nimirum licitè alij ſubveniat. Conſequentia eſt recta, & antecedens, in quo poſſet eſſe dubitatio, tradditur à D. Thoma. 2. 2. quæſt. 60. art. 4. vbi docet, dubia eſſe in meliorem partem interpretanda, quin obſtet, quod ſæpe fallatur intellectus: ſic enim „ ait ad primum. *Dicendũ* quod „ poteſt contingere, quod ille, „ qui in meliorem partem inter- „ pretatur, frequentiùs fallatur: „ ſed melius eſt, quod aliquis fre- „ quentèr fallatur habens bonam „ opinionem de aliquo malo ho- „ mine, quam quod rarius fallatur „ habens malam opinionem de „ aliquo bono, quia ex hoc fit „ iniuria *alicui*: & hinc ad ſecun- „ dum ait: *potius* tendere debe- „ mus ad hoc quod hominem „ iudicemus bonum, niſi mani- „ feſta ratio in contrarium *appa- reat*. Quod omne aureis & elegantiſsimis verbis prædocuit Juris Conſultus Vlpianus ex Divi Traiani reſcripto in leg *abſentem* 5. ff. de pęnis; ibi; *ſatius enim eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Ex quo patet intellectum videntem motiva probabiliora, ſed non manifeſta, pro malitia hominis; adhuc prudenter & ſanctè poſſe flectere intellectum, vt contra talia motiva iudicet hominẽ eſſe bonũ, & non malũ; àc proinde poteſt dari motivum honeſtum ad non iudicandum pro parte probabiliori, ſed potius pro minus probabili, licèt exponatur intellectus aliquibus erroribus. Hoc autem non videntur conſideraſſe contrarij dum dicunt vniverſalitèr, intellectum non poſſe niſi imprudentèr aſſentiri parti æquè, aut minus probabili & benignæ.

126 Dices cum RR. Thyrſo diſſert. 10. n. 54. poſſe prudentèr aſſentiri parti æquè aut minus probabili, quando dubium eſt de perſonis, non tamen quando eſt de rebus: vt ibi advertit D. Tho- „ mas ad ſecundum: *Dicendum* „ (inquit) quod aliud eſt iudicare „ de rebus, & aliud de homini- „ bus. In iudicio enim in quo de „ rebus iudicamus non attendi- „ tur bonum, vel malũ ex parte „ ipſius rei, de qua iudicamus, cui „ nil nocet qualitercumque iudi- „ cemus de ipſa; ſed attẽditur ibi „ bonum iudicantis, ſi verè iudi- „ cet; vel malum, ſi falsò; quia ve- „ rum eſt bonum intellectus, fal- „ ſum autem eſt malum ipſius; & „ ideo vnuſquiſque debet, niti ad „ hoc quod de rebus iudicet, ſe- „ cundum quod ſunt. Sed in iudi- „ cio quo iudicamus de *homini- „ bus* &c. Ergò ſentit Angelicus Magiſter, nos ſemper de rebus debere

Digitized by Google

bere iudicare ſecundum probabilius. Reſpódeo, etiam iudicare de perſonis, & de earum bonitate & malitia eſſe, iudicare de rebus, vt patet; nam iſtæ res quædam ſunt; & earum vera cognitio eſt perfectio intellectus; ſicut vera cognitio cuiuſcumque alterius rei, vt ex ſe patet.

127 Solum ergò vult D. Thomas, quod quando dubium eſt de perſonis, poteſt dari motivũ honeſtum ad iudicandum eam eſſe bonã contra motiva probabiliora, & tunc prudentèr ſic hominem iudicare: ergò quandocumque detur ſimile motivum honeſtum, puta ad formandam conſcientiã qua quis liberetur à peccato, qua poſsit ſubvenire alteri in periculo temporali, aut ſpirituali per vſum opininis æquè, aut minus probabilis, licitum erit flectere intellectum ad iudicandum rem ità eſſe, licet ſe exponat periculo falſitatis; quia adhuc hìc datur motivum honeſtum ob vtilitatem perſonæ & vitandi peccatum proprium, vel alienum; & conſequentèr in hoc caſu non eſt dubium de ſolis rebus nudè ſumptis, circa quas, ſecluſa alia cauſa, iudicandum eſt ſecundum merita motivorum; ſed erit dubium de rebus, vt ſpectantibus ad perſonas & ad vtilitates earum, conſequenterque poterit de rebus in earum perſonarum favorem iudicari iuxta mentem, & doctrinam D. Thomæ. Idque fateri etiam debent contrarij in caſu obedientiæ, nam licèt mihi probabilius antecedentèr videatur hanc actionem eſſe illicitam, ſi tamen eam mihi præcipiat ſuperior, iam debeo iudicare eam licitam eſſe; vel immediate ſubijciendo iudicium vti in rebus fidei, vel quærendo rationes, & ſic per quendam circuitum obtinendo iudicium conforme cum iudicio ſuperioris. Certè hìc non agitur de perſonis, ſed de rebus ipſis; & tamen prudentia eſt iuxta omnes ſic iudicare contra motiva antecedentèr probabilia; quia id ſpectat ad honorem perſonæ: ſic ergò dicendum, quando ſic iudicare ſpectat ad vitandum peccatum proprium, vel alienum. Cæterum nec his indigemus: concedimus enim intellectum nec phiſycè, nec moralitèr, hoc eſt prudentèr, poſſe aſſentiri parti æquè, aut minus probabili: & conſequentèr non poſſe aſſentiri vni ex dictis opinionibus ſpeculativis de licito, vel illicito contractus, ſecundum ſe, dicimus tamen poſſe reflectere ſupra omnes iſtas circumſtantias, & iudicare in hoc ſtatu, & hìc & nunc ſibi licitum eſſe contractum, quià hoc eſt longè probabilius, aut moralitèr certum; cum certum ſit poſſe ſe vti opinione probabiliori.

128 Obijcitur tertiò, à RR. Thyrſo diſſert. 7. num. 58. quando homo eſt dubius àn hæc actio ſit bona, vel mala, & illam elicit, peccat iuxta omnes: àt ſupponimus illum manere dubium circa licitum vel illicitum actionis: ergò peccat illam eliciendo. Reſpondeo diſtinguendo maiorem, quando eſt dubius ſpeculative, nego; practicè, concedo maiorem: & ad minorem, concedo in eo caſu manere dubium ſpeculativè, non tamen practicè. Dubium ſpeculativum eſt illud, quo quis dubitat de licito actionis ſecundum ſe, & per ſe abſtrahendo à circunſtantijs: & hoc dubium manet in eo caſu, quia intellectus non reſolvit hanc quæſtionem ſpeculativam: dubium tamen practicum conſiſtit in eo quod intellectus nec iudicet ſibi hìc, & nunc licere, potius quam non licere hanc actionem: & hoc dubium non datur tunc, potius enim dicimus, intellectum prácticè iudicare, attentis omnibus circunſtantijs, & diſpoſitionibus, ſibi hìc & nunc licitam eſſe eam actionem; neque peccaturum formalitèr, eam exercendo. Quo fit vt principium illud; *in dubijs tutior pars eſt eligenda* verum habeat, ſi loquatur de dubio practico, tunc enim debet omitti actio de qua dubitatur, àn ſit mala; ſecus vero ſi loquatur in dubio ſpeculativo, quaſi dicat, nec poſſe tunc formari conſcientiā practicè bonam de licito talis actionis: conſtat enim, poſſe formari exdictis.

129 Replicat RR. Thyrſus diſſert. 7. num 61. ex dubio ſpeculativo ſemper debere reſultare practicum. Probat: nam rationes vniverſales non diſtinguuntur à particularibus: ergò dubitari àn ſit licitus contractus iſte in genere, idem eſt, àc dubitari àn hic contractus ſit hìc, & nunc licitus. Et confirmat, num. 62. nam implicat quod iudicium vniverſale affirmans hunc contractum eſſe illicitum ſit verum, & quod ſit etiam verum iudicium particulare affirmans *hunc* particularem contractum eſſe licitum; ſunt enim contradictoria, quæ nequunt eſſe ſimul vera: ergò &c. Reſpondeo hæc iam priùs ſoluta eſſe dicendo iudicium vniverſale loqui de contractu per ſe ſumpto: particulare vero, & practicum loqui de illo per accidens, & attentis omnibus circunſtantijs ex parte ſubiecti cui lex illum vetans non eſt ſufficientèr applicata: vnde licèt quis dubitet de vniverſali per ſe ſumpto, poteſt eſſe certus de eo quod liceat contractus hìc, & nunc: & ſimilitèr licèt iudicium vniverſale negans contractum eſſe licitum (nempe per ſe) ſit verum, poterit

Digitized by Google

poterit etiam verum eſſe iudicium affirmans contractum hic, & nunc eſſe licitum; etenim hæc iudicia non ſunt contradictoria, ſed de obiectis diverſis; vt ſupra conſtitit, & fatebatur ipſe RR. Thyrſus. Imò & eſt res manifeſta: nam ſtat iudicium vniverſale affirmans mendacium eſſe illicitum, verum eſſe; & quod licitum ſit in his circunſtantijs, in quibus homo putat invincibilitèr eſſe bonum, vel obligatorium. En verè affirmatur vniverſaliter eſt *illicitum*; & particularitèr eſt *licitum*: quia hoc particulare iudicium eſt de obiecto includente aliam circunſtantiam: ſic de hac actione ſecundum ſe, dicet homo, vel Angelus verè, quod eſt illicita ex ſe; & tamen dicet eam eſſe mihi licitam ſi præcipiatur à ſuperiore, vt fatentur ipſi contrarij. Quomodò ergò adhuc contra nos, & contra ſe ipſos arguunt ex iudicio vniverſali actionis ſecundum ſe, ad iudicium particulare actionis, vt veſtitæ nova circunſtantia?

130. Quartò obijcitur à RR. Thyrſo num. 64. & 65. Per nos quando ob æqualitatem opinionum hæret dubius intellectus circa licitum, vel illicitum, lex de illicito contractu non eſt ſufficientèr promulgata, ſed potius habet homo ignorantiam eius invincibilem: ergò poterit homo ſic conſtitutus abſque novo dictamine erumpere in actionem ex. g. contractum abſque peccato: nam ignorantia invincibilis excuſat à peccato. Ad hoc argumentum cui ſæpe inſiſtit RR. Thyrſus, diſtinguo antecedens: datur ignorantia invincibilis purè negativa, & conſiſtens in oblivione, inadvertentia, aut neſcientia omnimoda legis, nego: cum potius occurrat dubium de illa: datur ignorantia ſufficiens, vt de illa prudenter dubitetur, vel etiam vt à pluribus prudentèr negetur, concedo antecedens: & diſtinguo conſequens: poterit homo ſic conſtitutus contrahere formando iudicium correſpondens tali ſtatui, concedo: non formando tale iudicium, nego conſequentiam. Itaque ignorantia purè negativa conſiſtens in pura neſcientia invincibili legis, excuſat formaliter, & ratione ſui: ignorantia autē ſufficiens ad dubitationē vel etiam prudentem negationē legis excuſat nō immediatè ſed mediante iudicio correſpondente illi ignorantiæ, ideſt reflectente ſupra illam, & affirmante ſub tali ignorantia legis licitum eſſe contrahere. Sic per vos, qui videt motiva pro licito contractus eſſe probabiliora poteſt hoc ipſo contrahere, non tamen immediatè, ſed formando prius iudicium probabilius de eo quod liceat. Sic ſubditus poterit elicere actio-

128 Obijcitur tertiò, à RR. Thyrſo diſſert. 7. num. 58. quando homo eſt dubius àn hæc actio ſit bona, vel mala, & illam elicit, peccat iuxta omnes: àt ſupponimus illum manere dubium circa licitum vel illicitum actionis: ergò peccat illam eliciendo. Reſpondeo diſtinguendo maiorem, quando eſt dubius ſpeculative, nego; practicè, concedo maiorem: & ad minorem, concedo in eo caſu manere dubium ſpeculativè, non tamen practicè. Dubium ſpeculativum eſt illud, quo quis dubitat de licito actionis ſecundum ſe, & per ſe abſtrahendo à circunſtantijs: & hoc dubium manet in eo caſu, quia intellectus non reſolvit hanc quæſtionem ſpeculativam: dubium tamen practicum conſiſtit in eo quod intellectus nec iudicet ſibi hìc, & nunc licere, potius quam non licere hanc actionem: & hoc dubium non datur tunc, potius enim dicimus, intellectum prácticè iudicare, attentis omnibus circunſtantijs, & diſpoſitionibus, ſibi hìc & nunc licitam eſſe eam actionem; neque peccaturum formalitèr, eam exercendo. Quo fit vt principium illud; *in dubijs tutior pars eſt eligenda* verum habeat, ſi loquatur de dubio practico, tunc enim debet omitti actio de qua dubitatur, àn ſit mala; ſecus vero ſi loquatur in dubio ſpeculativo, quaſi dicat, nec poſſe tunc formari conſcientiā practicè bonam de licito talis actionis: conſtat enim, poſſe formari ex dictis.

129 Replicat RR. Thyrſus diſſert. 7. num 61. ex dubio ſpeculativo ſemper debere reſultare practicum. Probat: nam rationes vniverſales non diſtinguuntur à particularibus: ergò dubitari àn ſit licitus contractus iſte in genere, idem eſt, àc dubitari àn hic contractus ſit hìc, & nunc licitus. Et confirmat, num. 62. nam implicat quod iudicium vniverſale affirmans hunc contractum eſſe illicitum ſit verum, & quod ſit etiam verum iudicium particulare affirmans hunc particularem contractum eſſe licitum; ſunt enim contradictoria, quæ nequunt eſſe ſimul vera: ergò &c. Reſpondeo hæc iam priùs ſoluta eſſe dicendo iudicium vniverſale loqui de contractu per ſe ſumpto: particulare vero, & practicum loqui de illo per accidens, & attentis omnibus circunſtantijs ex parte ſubiecti cui lex illum vetans non eſt ſufficientèr applicata: vnde licèt quis dubitet de vniverſali per ſe ſumpto, poteſt eſſe certus de eo quod liceat contractus hìc, & nunc: & ſimilitèr licèt iudicium vniverſale negans contractum eſſe licitum (nempe per ſe) ſit verum,

Digitized by Google

poterit etiam verum eſſe iudicium affirmans contractum hic, & nunc eſſe licitum; etenim hæc iudicia non ſunt contradictoria, ſed de obiectis diverſis; vt ſupra conſtitit, & fatebatur ipſe RR. Thyrſus. Imò & eſt res manifeſta: nam ſtat iudicium vniverſale affirmans mendacium eſſe illicitum, verum eſſe; & quod licitum ſit in his circunſtantijs, in quibus homo putat invincibilitèr eſſe bonum, vel obligatorium. En verè affirmatur vniverſaliter eſt *illicitum*; & particularitèr eſt *licitum*: quia hoc particulare iudicium eſt de obiecto includente aliam circunſtantiam: ſic de hac actione ſecundum ſe, dicet homo, vel Angelus verè, quod eſt illicita ex ſe; & tamen dicet eam eſſe mihi licitam ſi præcipiatur à ſuperiore, vt fatentur ipſi contrarij. Quomodò ergò adhuc contra nos, & contra ſe ipſos arguunt ex iudicio vniverſali actionis ſecundum ſe, ad iudicium particulare actionis, vt veſtitæ nova circunſtantia?

130. Quartò obijcitur à RR. Thyrſo num. 64. & 65. Per nos quando ob æqualitatem opinionum hæret dubius intellectus circa licitum, vel illicitum, lex de illicito contractu non eſt ſufficientèr promulgata, ſed potius habet homo ignorantiam eius invincibilem: ergò poterit homo ſic conſtitutus abſque novo dictamine erumpere in actionem ex. g. contractum abſque peccato: nam ignorantia invincibilis excuſat à peccato. Ad hoc argumentum, cui ſæpe inſiſtit RR. Thyrſus, diſtinguo antecedens: datur ignorantia invincibilis purè negativa, & conſiſtens in oblivione, inadvertentia, aut neſcientia omnimoda legis, nego: cum potius occurrat dubium de illa: datur ignorantia ſufficiens, vt de illa prudenter dubitetur, vel etiam vt à pluribus prudentèr negetur, concedo antecedens: & diſtinguo conſequens: poterit homo ſic conſtitutus contrahere formando iudicium correſpondens tali ſtatui, concedo: non formando tale iudicium, nego conſequentiam. Itaque ignorantia purè negativa conſiſtens in pura neſcientia invincibili legis, excuſat formaliter, & ratione ſui: ignorantia autē ſufficiens ad dubitationē vel etiam prudentem negationē legis excuſat nō immediatè ſed mediante iudicio correſpondente illi ignorantiæ, ideſt reflectente ſupra illam, & affirmante ſub tali ignorantia legis licitum eſſe contrahere. Sic per vos, qui videt motiva pro licito contractus eſſe probabiliora poteſt hoc ipſo contrahere, non tamen immediatè, ſed formando prius iudicium probabilius de eo quod liceat. Sic ſubditus poterit elice-

re actionem ſibi probabilius illicitam dummodo audiat præceptum ſuperioris; non tamen poteſt immediatè; ſed prius per vos formando iudicium de eo quod ſibi in his circunſtantijs licita ſit talis actio. Sic ergo ignorantia, & non promulgatio legis, de qua nos loquimur in præſenti excuſat obiectivè & mediatè; quatenus eſt motivum ad iudicium practicum certum de eo, quod in talibus circunſtantijs contractus ille non ſit illicitus, quamvis fortè ſecundum ſe ſit illicitus. Hoc ſtante iudicio poterit homo licitè contrahere, non tamen ante hoc iudicium; vt in prædictis liquet exemplis.

131 Inſiſtit primò: lex illa dubiè propoſita obligat ad non contrahendum: ergò non eſt lex ignorata & non intimata, ſed cognita ſufficienter ad obligandum. Diſtinguo antecedens: lex illa dubiè propoſita obligat ad non contrahendum antecedenter ad iudicium practicum, concedo: etiam poſt iudicium practicum reflectens ſupra circunſtantiam illius dubij, nego antecedens: & diſtinguo conſequens, non eſt lex ignorata ignorantia purè negativa, & excludente omnem cognitionem etiā dubitativam legis; concedo: ignorantia ſufficiente ad prudentem dubitationem legis poſt diligens eius examen; nego. Lex autem hoc ſecundo modo ignorata, ſeu, vt ita dicam dubitata, tantum eſt ſufficientèr cognita ad hominem obligandum, ne immediatè ante iudicium practicum erumpat in contractum; nam in hoc ſtatu ſtat præceptum reflexum, & notiſsimum non operandi abſque conſcientia determinata de licito.

132 Inſiſtit ſecundò: per nos ſtante illa dubitatione legis directæ ob contrarietatem opinionum, ſtat præceptum reflexum de non erumpendo in contractum: ergò ſtante illa dubitatione non poteſt homo formare iudicium practicum reflexum de eo quod licitus ſit contractus. Probat conſequentiam: tum quia iudicare reflexe contractum ſub ea conditione eſſe prohibitum, & ſimul iudicare reflexe, ſeu practicè eſſe licitum ſunt contradictoria: tum quia iudicium reflexum, & practicum de licito ſupponeret non dari præceptum prohibens contractum ſub illa conditione, cum pro certo affirmet licere tunc contractum; aliunde vero ſupponeret exiſtere tale præceptum prohibens tunc contractum: nam per nos permanet illa dubitatio, & contrarietas opinionum, & illa ſtante datur præceptum non contrahendi: ergò &c. Sic arguit RR. Thyrſus diſſert. 7. num. 83. ſatis confidenter. Sed meo iudicio: ex fallaci,&

ci, & inconſequenti æquivocatione, quam detego diſtinguendo antecedens: ſtante dubitatione legis directæ ob opiniones contrarias, ſtat præceptum de non erumpendo in contractum immediate & ante omne iudicium practicum, & reflexum circa talem ſtatum, concedo; de non erumpendo etiam poſt tale iudicium, nego antecedens: & diſtinguo conſequens: ergò ſtante illa dubitatione non poteſt homo formare iudicium de eo quod liceat contractus factus immediate & antecedenter ad iudicium practicum; concedo; poſt iudicium practicum de eo quod liceat non obſtante illa dubitatione, nego conſequentiam.

133 Itaque tota æquivocatio conſiſtit in eo, quod arguens confundit duas veritates valdè diſtinctas, & inter ſe non oppoſitas. Prima ait, qui dubitat ſpeculative de licito, & illicito contractus, non poteſt immediatè & ante omnem aliam reflexionem abſque peccato contrahere. Secunda eſt, ſtante illa dubitatione ſpeculativa, & formato vlterius iudicio practico, & reflexo ſupra illum ſtatum, & dubitationem, poteſt abſque peccato contrahere: Quis autem non videt has veritates, ſeu iudicia ad illas terminata, inter ſe non opponi? Certè per vos homo, qui pro priori ad aſſenſum probabiliorem de licito contractus contraheret, peccaminosè contraheret, & conſequentèr eſt obligatus ad non ſic contrahendum; & tamen, qui poſt talem aſſenſum contraheret, ſine peccato contraheret, & accedente tali aſſenſu, iam non eſt obligatus ad non contrahendum. Idem de ſubdito qui per vos non poteſt elicere actionem, ante præceptum ſuperioris & aſſenſum præſtitum conformitèr ad præceptū; & tamen poſt talem aſſenſum poteſt licitè eam actionem ponere. Sic Pontifex voto obſtrictus ieiunandi non poteſt comedere antequam ſibi diſpenſet, poteſt tamen poſt quam ſibi diſpenſat. Sic ſubditus cui offertur Epiſcopatus, tenetur ante admiſsionem obedire Prælato: poſt admiſsionem vero non tenetur: & ſimiliter Chriſtus Dominus (iuxta ſententiam mihi veriſsimam) erat ligatus præcepto moriendi, ità vt non obtentà priùs diſpenſatione, deberet mori: obtenta tamen, licitè poſſet non mori: aliaque huiuſmodi ſuppetunt exempla apud P. Aldrete, circa præceptum Chriſti, & quod mirabilius eſt apud objicientem RR. Thyrſum tom. 3 ſelectarum, diſp. 29. num. 25. quamquam ibi non ſatis penetraverit ſententiam P. Aldreti, in quam tamen recidit, docens, Chriſtum in aliquo inſtanti eſſe obligatum ad acceptandam mortem, niſi petat præcepti

Digitized by Google

cepti diſpenſationem; quod eſt dicere præceptum vrgere, vel ad acceptandam mortem, vel ad petendam diſpenſationem; ſub qua obtenta licitè poterat recuſare mortem: Sic ergo in præſenti dicimus hominem conſtitutum inter duas opiniones probabiles de illicito, vel licito contractus obligari, vel ad omittendum contractum, vel ad reflectendum ſupra tale dubium per iudicium practicum, quo obtento, poteſt licitè contrahere; videt enim legem illam dubiam non eſſe ſufficienter intimatam, & ſic non debere ſuccumbere illi.

134 Et hinc patet probationem conſequentiæ in argumento adductam frivolam etiam eſſe: nam in caſu dubij ſtat præceptum non operandi immediatè cum tali dubio, ſecluſo alio iudicio practico: non tamen ſtat præceptum non operandi vllo modo, etiam accedente tali iudicio. Vnde poteſt homo tunc ſic iudicare: ego ſub hoc dubio opinionum obligor ad non operandum immediatè: ego non obligor ad non operandum mediatè iudicio practico, & reflexo. Hoc autem iudicium non contrariatur priori, ſed cohæret optime cum illo, & illud ſupponit: ſicut hoc iudicium: *Ego ſubditus poſt præceptum poſſum elicere hanc actionem; ante præceptum non poſſum*. Ratio eſt evidens, quia rem eſſe illicitam ſub vna libertate, & eſſe licitam ſub alia, non eſt contradictio: ſed voluntas ſub præciſa dubitatione; & voluntas ſub iudicio practico reflexo eſt duplex libertas, vt patet: ergò quod actio ſub prima libertate ſit illicita, & ſub ſecunda ſit licita, nullam involvit contradictionem. Hoc eſt quod dicimus, & hoc arguens videtur minime conſideraſſe, dum eam contradictionem nobis opponit. Quaſi contradictorium foret actionem eſſe illicitam ſub prima, & eſſe licitam ſub ſecunda; cum non magis hoc repugnet, quam eſſe licitam huic perſonæ, & non alteri, alitèr iudicanti, aut ignoranti.

135. Inſiſtit tertiò eadem differt. 7. num 86. Ergò etiam, qui eſt dubius practicè, nimirùm dubitans hic, & nūc àn ſibi licitus ſit contractus, poterit erumpere in illum abſque peccato. Probat conſequentiam: quia hæc maior dubitatio practica de lege, faciet legem magis ignoratam, ſeu dubitatam. Reſpondeo negando abſurdam conſequentiam: ea enim ſupponit quod homo etiam reflectens ſupra ſuum ſtatum, ſeu contractum, omneſque circunſtantias occurrentes hic, & nunc, non poſſit formare illud iudicium practicum de licito contractu: àt in hoc ſtatu, ſtat lex evidens reflexa de non operando, niſi ex conſcientia & bona fide; àc proindè

cum

cum illam habere nequeat, peccabit, ſi operetur; at ſtante dubio, & contrarietate opinionum circà contractum ſecundum ſe, ſtat ſimul determinatum, & reflexum iudicium de eo quod hìc, & nunc, ſeu ſub talibus circunſtantijs non debeo ex præcepto ſuccumbere legi; ſed hoc conſilij tantum eſſe. ergò, &c.

136 Inſiſtit quarto ibi num. 62. Implicat iudicium practicum diſcordare à iudicio ſpeculativo: ergò ſi datur dubium ſpeculativum, debet dari & practicum. Probat antecedens: nàm qui opinatur illicitum eſſe contractum; opinatur illicitum eſſe ſibi, Ioanni, & alijs: ergò ſi hoc opinatur, vel de hoc dubitat, implicat quod pro poſteriori opinetur contractum ſibi eſſe hìc, & nunc licitum. Reſpondeo ipſum P. Thyrſum eadem diſſert. 7. num. 85. admittere caſum ſaltem extraordinarium, in quo dubitans de lege contra operationem, & poſt debitam diligentiam, eam non inveniens poſsit reddi certus de eo quod eliciens talem actionem non peccet; quià iudicat ſe iàm ad amplius non teneri: ergò iàm admittit iudicium practicum eſſe certius, & conſequentèr ex dubio ſpeculativo non oriri neceſſariò practicum, quin ſervetur inter vtrumque proportio. Deinde qui poſt diligens examen peccatorum nō invenit aliud de quo dubitat àn fortè lateat, certus fit ſe non peccare confitendo quæ novit, àc deinceps communicando, licèt dubius ſit, àn impleverit præceptum confitendi omnia mortalia. En ſtat dubium hoc ſpeculativum cum certitudine de eo quod non peccet, quià fecit quod potuit inquirendo: ergò dubium de exiſtentia materiali legis ſecundum ſe ſtat cum certitudine de eo quod hìc & nunc non vrgeat. Patet etiàm evidentèr: nàm per te in noſtro caſu æqualis probabilitatis, intellectus manet dubius àn licitus ſit contractus, vel non: & tamèn per te eſt practicè certus, de eo quod hìc & nunc ſit illicitus: non ergò conformatur hoc iudicium practicum cum ſpeculativo.

137 Vnde ad inſtantiam nego antecedens evidenter falſum etiam apud obijcientem. Ad probationem dico me poſſe dubitare, hoc eſt non iudicare (ex motivis directis, & intrinſecis vt huic ſpeciali materiæ contractus) contractum eſſe licitum, vel illicitum, cæterum cum carentia, vel ſuſpenſione iudicij directi, circa licitū vel illicitum ſecundum ſe; poſſe practicè iudicare reflectēdo ſupra hunc ſtatum mihi hìc & nunc ſaltem per accidens, & ob ignorantiam, vel nō aſſecutionem ſcientiæ poſt debitum examen legis; licere ſit contrahere: nec hoc implicat, vt ex dictis ſatis ſuperque patet.

SEC.

SECTIO XIV.

An reverentia debita legi faveat opinioni Contrariorum: Vbi altero argumento fulcitur ſententia communis.

138 QVANDO Quis eſt inæquali probabilitate, poſtulat, inquiunt, reverentia Deo debita, vt abſtineat ab actione. Verum dicunt, ſi loquantur de conſilio, & nulla ſupervenienter cauſa honeſtante; at falſum, ſi ſuperveniat ea cauſa: Ex. g. bonum obediendi Prælato præcipienti vnam partem, vel ſuccurrendi proximo: Tunc enim melius erit partem etiam benignam eligere, ſi ad tale bonum conducat.

139 Cæterum etiàm loquendo ex terminis. Probo in caſu æqualis probabilitatis nec reverentiam legis Dei me cogere vt exiſtimem tunc me eſſe obligatum ad præſumendum potiùs pro parte rigida, quam benigna. Pro quo ſuppono primo hominem conſtitutum in æquali periculo peccandi contra duo præcepta æqualitèr probabilia, poſſe facere quod maluerit: Ex. g. mihi videtur æqualitèr probabilis ſententia docens obligationem confitendi peccatum infamans complicem, cum alia docente eam confeſsionem eſſe illicitam: Tunc confitendo vel non confitendo me expono æquali periculo peccandi; & tunc eo ipſo non eſt periculum, quià poſſum eligere, quod maluerim, alioquin eſſem neceſsitatus phiſycè ad peccatum, & vnum è duobus peccatis foret mihi in hoc caſu inevitabile, & impoſsibilis adimpletio præcepti de non peccando in eo caſu: quæ omnia ſunt hæretica.

140 Suppono ſecundo: legem Dei æque violare illum, qui ei addit, & qui aliquid detrahit: nàm reverentia eius conſiſtit in eo quod illam inſpiciamus vt primam regulam, eique conformemus etiàm iudicia noſtra: ideò qui ſcientèr adderet, non minus peccaret, quam qui ſcientèr, ſeu maliciosè detraheret aliquod præceptum, vel præcepti partem, foretque æquè iniuriùs legi Divinæ, illam videlicet alterando, & alligando onera importabilia, & à Deo non impoſita. Æqualitèr enim Iſaias vtriſque minatur cap. 5. ℣. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Et æqualiter præcipitur in Deuteronomio cap. 4. & 12. *Ne adda-*

addatur quidquám, vel detrabatur ex præceptis Dei.

141 Suppono tertio, legem Dei directam, alterari per accidens, ſi actio Ex. g. contractus ſecundum ſe licitus nec à Deo reipſa prohibitus, reddatur per accidens illicitus ratione noſtræ ignorantiæ, ſeu dubij, & malæ pręſumptionis, quemadmodum, & alteratur lex Dei, quando actio ſecundum ſe illicita, & per Divinam legem prohibita, fit licita ratione noſtræ opinionis probabilioris de licito: æqualis enim eſt vtrobique alteratio, vna per additionem, alia per ablationem; & ſi eſſet nobis voluntaria foret peccaminoſa.

142 Suppono quarto: aliud eſſe diſquirere de eo, qui eſt dubius de lege, nec format aliam ſibi conſcientiam, hunc enim ſi immediatè operetur peccare conſtat apud omnes, quià hic & nunc non habet conſcientiam excuſantem, & conſequentèr habet dubium practicum, àn hic & nunc ſit peccaminoſa, ſivè ſecus, quod iàm eſt peccare. Aliud autem eſt diſputare quid homo reflectens ſupra illum ſtatum dubij, debeat prudentèr iudicare circa legem Dei: àn videlicet debeat præſumere contractum eſſe illicitum per accidens in eis circunſtantijs, àn potiùs eſſe licitum, etiàm per accidens in eiſdem circunſtantijs, quidquid ſit de lege directa & per ſe reſidente in Deo circa talem contractum, nàm de hac non iudicare, ſed dubitare tunc poſſumus, & debemus iuxta contrarios.

143 Hæc eſt ipſiſsima quæſtio præſſens in qua Adverſarij dicunt nos reflectentes ſupra illum caſum debere præſumere contractum eſſe per accidens illicitum, & ab illo abſtinere ob reverentiam legis directæ forsàn prohibentis, & latentis. Nos verò ex adverſo dicimus poſſe, & debere dicere prudenter illum contractum in his circunſtantijs eſſe permiſſum nobis, & non illicitum. Hoc autem ex dictis ſic efficacitèr oſtendo. Ego reflectens ſupra illum caſum non debeo ex pręcepto præſumere illum contractum eſſe mihi illicitum: ergò nec illicitus eſt in eo caſu. Conſequentia eſt evidens, nàm ſi non debeo præſumere eſſe illicitum, poſſum licitè præſumere oppoſitum, & conſequentèr operari ex præſumptione illa licita, & prudenti. Probatur iàm antecedens, quando vna præſumptio eſt æquè periculoſa, ac alia ſeù æquè alterativa legis Divinæ directæ exiſtentis in Deo, non potius teneor ad vnam præſumptionem, quam ad aliam; nàm in periculo æquali liber ſum ad vtrumque, & nullum eſt periculum ex ſuppoſitione prima & certiſsima. Sed præſumptio de eo

quod

Digitized by Google

quod contractus ſit tunc illicitus, eſt æquè periculoſa, & alterativa legis Divinæ directæ exiſtentis in Deo circa contractum illum: nàm cum dubius ſim àn lex Divina directa re ipſa prohibeat; vel non prohibeat contractum: ego per primam præſumptionem rigidam, & per ſecundam benignam me expono æquali periculo, nempè alterandi legem Divinam directam, & per ſe; nempè vel faciendo illicitum contractum, qui mihi ſecundum Divinam legem per ſe erat licitus; vel è converſo faciendo licitum, eum qui iuxta legem Dei per ſe erat illicitus: quorum vtrumque eſt alterare legem Divinam directam, & per ſe: ergò ego reflectens ſupra illum caſum, non debeo potiùs præſumere illum contractum eſſe illicitum; atque adeò licitè poſſum præſumere oppoſitum, & conſequentèr abſque peccato cõtrahere.

144 Hoc ſanè argumento convincor: nàm conſequentia eſt legitima, & præmiſſæ manifeſtæ, iuxta ſuppoſitiones illas notiſsimas. At dicat aliquis hominem in eo caſu nec debere præſumere contractum eſſe licitum, nec illicitum; ſed de hoc ipſo dubitare; qua dubitatione ſtante, non poteſt licitè contrahere ob dubium practicum.

145 Sed contra evidentèr inſurgo: nàm ſi homo in eo caſu non poteſt prudentèr dicere contractum eſſe ſibi illicitum; nèc vos debetis dicere eſſe illicitum: ſic enim æquè vos exponitis periculo alterandi legem Dei, faciendo illicitum, quod fortè eſt per ſe licitum: Quomodò ergò reflectendo ſupra illum caſum pronuntiatis contractum tunc eſſe illicitum? Quomodò homini inquirenti, quid facturus ſit in eo caſu, dicitis debere abſtinere ab eo contractu tanquam ab illicito? Certè ſi debet abſtinere ab illo, vt illicito, debet iudicare illum eſſe tunc illicitum, vt eſt per ſe notum: ſed vos dicitis debere abſtinere ab eo contractu, vt ab illicito tunc: ergò dicitis eum debere iudicare eum contractum eſſe tunc illicitum; atque adeò iàm evidentèr eſt falſa ſolutio dicens illum hominem non debere tunc præſumere contractum eſſe illicitum, cum per vos hoc debeat præſumere.

146 Deindè homo ille, vel debet in eo caſu præſumere contractum eſſe ſibi illicitum, vel non debet? Vnum enim è duobus neceſſarium eſt. Si non debet præſumere eſſe illicitum: ergò poteſt contrahere abſque conſcientia illiciti: ſi debet præſumere contractum eſſe tunc illicitum: ergò iàm ex duabus præſumptionibus æquè periculoſis, & alterativis divinæ legis, debet vnam eligere potiùs quam aliam;

quod

Digitized by Google

quod eſt contra primam ſuppoſitionem certiſsimam: alioqui homo conſtitutus in ęquali periculo peccandi deberet potiùs eligere vnum, quam aliud; cum potiùs poſsit quod maluerit, in eo quod tunc nullum iàm ſit periculum peccandi formalitèr.

147 Ex quo patet argumentum cui nituntur contrarij de reverentia debita legi Dei directæ eſſe evidentèr nullum; quià non magis reveretur Divinam legem, qui facit illicitum, quod iuxta Divinam legem erat licitum; quàm è converſo: Sed vos in æquali dubio, & periculo vtriuſque extremi, ſeu alterandi Divinam illam legem per ſe, dicitis contractum eſſe hìc, & nunc illicitum: ergò deſpiciendo periculum hoc non reveremini magis legem Dei: imò potiùs debetis nobiſcum dicere, tunc contractum eſſe per accidens, & ex ignorantia legis permiſſum ob periculum æquale.

148 Vrgeo, & explico clariſsime: Si quis ſit neceſsitatus vage ad vnum è duobus ex quo videt æqualem convenientiam, vel diſconvenientiam ſequi contra Petrum, nullam iniuriam Infert Petro eligendo hoc, aut illud: nec Petrus prudentèr velle poteſt, vt eligat hoc præ illo; nec de hoc poteſt conqueri; cum vtrumquę æquale ſit relate ad Petrum: ſed in conflictu duplicis opinionis æquè probabilis, eſt homo neceſsitatus ad præſumptionem de licito, vel illicito; & aliundè vtraque præſumptio apparet æquè conveniens, vel diſconveniens legi divinæ in Deo exiſtenti; nàm in vtraque eſt æquale periculum deviandi per iudicium à lege, & illam alterandi; vt dictum, & probatum eſt manifeſtè: ergò homo non tenetur ad præſumptionem rigidam; imò potiùs tenetur præſumere permiſſam eſſe præſumptionem benignam. Ratio eſt; nàm in dubio æqualis periculi peccandi nullum eſt periculum peccandi formaliter, ſed potius permiſſio faciendi licitè quod homo voluerit: at in dicto caſu datur periculum æquale in vtraque præſumptione alterandi legem Dei: ergò nullum datur periculum peccandi formalitèr præſumendo benignam: atque adeo non debeo præſumere rigidam, nec iudicare me eſſe ad hanc obligatum.

149 Dices: ergò nec erit conſilij præſumptio rigida. Concedo conſequentiã: quia in ea eſt ęquale periculum deviandi à iudicio, ſeu dictamine divino, àc in benigna, vndè conſilij non eſt eligere rigidam. Replicabis: ergò in concurſu æqualis probabilitatis pro licito, vel illicito contractus, nec erit conſilij abſtinere à contractu. Nego conſequentiam.

tiam : nàm omittendo contractum nullũ eſt periculum violandi materialitèr legem : benè tamèn exercendo contractum. Vndè tantum debeo præſumere in dicto caſu, conſilij eſſe omittere contractum; non tamèn conſilij eſſe iudicare contractum eſſe illicitum : nàm iſtæ ſunt res prorſus diſtinctæ, & benè poſſum omittere contractum ex conſilio; quin iudicem omiſsionem illam eſſe debitam ex precepto: ſicuti omitto ex conſilio recreationem, vel fabulationem, licet non iudicem eam omiſsionem eſſe præceptam.

150 Suppono ſemper contractum vel operationem de qua ſum loquutus; & pro cuius licito, vel illicito datur æqualis probabilitas non fieri aliundè magis convenientem; vel quià præcipitur à ſuperiore, vel quià eſſet vtilis charitati exercendæ erga proximum : nàm in eo caſu iàm omittere illam actionem non erit conſilij, ſed potiùs illam exercere : ſi enim non debeo iudicare actionem eſſe illicitam ob probabilitatem æqualem, poſſum abſque peccato eam exercere, & adiuncto illo motivo, conſultiùs eſt eam ponere, quidquid ſit àn fortaſsè ſit contra legem directam mihi non applicatam, vt potiùs preſumamus eam illicitam eſſe.

***

SECTIO XV.

An Contrarij ſatisfecerint argumento ex obedientia deſumpto?

151 P. Munieſſa poſtquam ieiunè ſatis propoſuit hoc argumentum, ait *en vires & virus Probabiliſtarum*; poſſetque dicere Calviniſtarum, & Lutheranorum : nàm Hæretici ſunt, qui virus doctrinæ propinant : àn autèm dici id, & ſcribi poſsit de omnibus Doctoribus Catholicis, qui per integrum ſæculum floruerunt in Eccleſia, vt alios præteream: viderit ipſe Munieſſa, cuius licentia in re tam gravi, mihi deteſtanda ſemper erit, nec à peccato gravi excuſanda, niſi excuſetur ex inadvertentia, vel ignorantia, quam crediderim ei accidiſſe, cum hæc & ſimilia effudit contra doctiſsimos & pijſsimos Probabiliſtas.

152 Iàm verò argumentum in eo fundatur, quod licet ego poſt diligens examen abſque paſsione & culpa iudicem ex motivis æquè vel magis ſenſibilitèr ponderantibus hunc contractum eſſe illicitum; tamèn ſi Superior

perior oppoſitum iudicans mihi illum præcipiat, licitè poſſum illum exercere. Ex quo inferimus: ergò licitum erit mihi ſequi opinionem probabilem aliorum. Reſpondent, ſubditum in eo caſu debere deponere ſuum iudicium antecedens, & iudicare cum Superiore contractum illum non eſſe vſurarium, & illicitum, ſed potiùs licitum. Quod ſi inferas: ergò iàm in conſpectu motivorum æqualium, aut etiàm prævalentium pro illicito, poſſum flectere prudenter intellectum, vt iudicem eſſe licitum. Negat hoc RR. Thyrſus: diſſert. 14. num. 102. Tum quià debeo quærere rationes pro parte affirmata à Superiore: Tum quià ipſum præceptum Superioris, eiuſque authoritas, eſt novum motivum ad iudicandum ità cum Superiore. Idque probat ipſe, & Munieſſa ex Eximio Doctore tom. 4. de Religion, lib. 4. cap. 15. num. 21. aiente: *Conſiderare* oportebit, àn ſecluſo præcepto res ſit vtraque ex parte probabilis, & tunc generaliter verum erit adiuncto præcepto obediendum eſſe: quià cum vtraque pars ſupponatur eſſe probabilis, adiuncta ratione obedientiæ, pars illa eligibilior fiet. Nàm moraliter loquendo non poteſt ille exceſſus probabilitatis tantus eſſe, quin meritò prætermittatur propter virtutem obedientiæ: præſertim, quià ipſa authoritas Superioris probabilitatem alterius partis multum *auget*. Hoc teſtimonio exultat Munieſſa, vocatque eximiam reſponſionem contrà Academicum Genuenſem impugnatorem.

153 Verum, vt ab hoc vltimo incipiam, pudet me Hercle invenire hic duos Adverſarios vſque adeò ſuo Antiprobabiliſmo deditos, vt non dubitarint truncare verba Patris Suarez; & contra eximiam eius doctrinam ipſius authoritate, neſcio qua fide, vel infidelitate vti, ſeù abuti; relinquunt enim verba eſſentialia, & veluti medullam doctrinæ eximiæ dum diſsimulant verba quæ iacent in medio illius teſtimonij, vbi poſt verba illa, *eligibilior fiet*, ſic loquitur Eximius Doctor: *Nec* diſtinguendum exiſtimo de maiori, vel minori probabilitate; quià iuxta cõmunem doctrinam per ſe licet practice ſequi opinionem probabilem circa honeſtatem actus relicta probabiliori: ergò multo magis hoc licebit adiuncta obedientiæ ratione; Nàm moraliter loquendo: *&c.* En quomodo intimam, & mediam ipſam medullam Eximij Doctoris diſsimularunt, qua tradit ſententiam communem, & noſtram: ſolamque initium, & finem verborum referunt, vt videatur fave-

re

re Antiprobabiliſmo. Non ne ad tantæ fraudis conſpectum dicere liceret: *En vires, & virus Munieſſæ & Antiprobabiliſtarum*? Sed abſit hoc!

154 Quoniam autem ſummi momenti apud me ſemper fuit, & apud omnes eſſe debet authoritas P. Suarez Eximij Comentatoris Epiſtolæ S. Ignatij; audiendus eſt in cap. illo 15. citato: vbi ſtatuit principia evidentèr contraria Antiprobabiliſtis. Hi enim dicunt, me nec debere, nec poſſe licitè obedire niſi ex motivis quæſitis, & iàm mihi ſenſibiliter præponderantibus, iudicem actionem præceptam, puta contractum, non eſſe in ſe vſurarium, nec contra legem directam in Deo exiſtentem: ità nimirum, vt hoc iudicium de contractu ſecundum ſe ſit moraliter certum, & excludens omne dubium ſpeculativum, & omnem rationem in contrarium, tanquam ſcrupulum inanem, & leviſsimi momenti. At è converſo Eximius Doctor ibi num. 16. „*Præ* oculis habenda eſt vulgaris diſtinctio certitudinis. Prima ſumitur ex conformitate ad rem; alia ex conformitate ad effectum operantis; & ad principia per quæ moveri debet. Prior ergò certitudo non eſt neceſſaria ad obedientiam, quamvis perfectam, non ſolum circa vtilitatem rei præceptæ, ad finem à Superiore intentum, verumetiàm neque ad *honeſtatem*. En per vos requiritur quod ſubditus ex motivis quæſitis, & authoritate Superioris iudicet certò actionem honeſtam, certitudine ſumpta per conformitatem ad rem ipſam: id verò non requiritur iuxta Eximium Doctorem.

155 Vlterius per vos, ſtante dubio ſpeculativo de contractu ſecundum ſe, debet reſultare dubium practicum reddens hìc & nunc illicitum contractum; vndè neceſſario requiritur, quod contrahens priùs iudicet contractum ſecundum ſe non eſſe vſurarium ob motiva id prævalentèr ſuadentia. Sic vos paſſim. Non ſic autèm Eximius veſtri Patriarchæ interpres, ibi num. „17. *Breviter* adverto duobus modis poſſe dubitari de honeſtate rei præceptæ. Priori modo antecedentèr (vt ſic dicam) dubitandò de re ipſa, quæ præcipitur ſecundum ſe, & ſeparata à præcepto ſuperioris. Poſteriori modo etiàm conſequentèr, ſeu facta compoſitione præcepti, dubitando àn non obſtante præcepto liceat id facere, hoc eſt obedire in tali materia. Hoc poſterius dubium eſt practicum, & illo durante certum eſt non licere tale opus facere &c. Vt ergò obedire liceat neceſſè eſt tale dubium practicum deponere, & firmi-

ter

Digitized by Google

„ ter iudicare, non obſtante prio„ ri dubio antecedenti, ſeu de „ opere ipſo ſecundum ſe, licitũ „ eſſe obedire illud exequendo: „ ſic enim prius dubium manet „ purè ſpeculativum, quià nõ eſt „ proxima regula operationis, „ ſed deponitur ex alijs princi„ pijs, & formatur certa *conſciẽ„ tia*. En dubium ſpeculativum de re ſecundũ ſe, non inducit dubium practicum de licito hìc, & nunc, ſed potiùs intellectus licèt non reſolvat dubium ſpeculativũ de re per principia eius propria; tamèn ex alijs principijs iudicat rem, ſeu actionem eſſe ſibi hic & nunc licitam, & ſic tranſit de illo dubio antecedenti ad iudicium practicũ certũ, & firmũ de licito.

156 Vlterius per vos, quilibet ſubditus, vt obediat, debet priùs perſuadere ſibi actionem præceptam eſſe in ſe ipſa bonam, ſeu non malam: Contra hoc autem ait „ Eximius Doct. ibi n. 20. *Eſſet* „ moraliter impoſsibilis obediẽ„ tia, ſi vnicuique ſubdito in par„ ticulari, priùs perſuadẽdũ eſſet, „ iuſtum eſſe quod *præcipitur*. At contrarij hoc requirunt, nempè quod dentur motiva quibus præponderantibus ſenſibilitèr perſuadeatur rem in ſe ipſâ, ſivè ſecundum ſe, eſſe iuſtam, ſeu non malam: quin ad hoc ſufficiat reflexio ſupra hìc, & nunc; nàm circunſtantiæ accidentales non variant rem, ſeu obiectum in ſe ipſo: ergò deſtruunt virtutem obedientiæ.

D. D. Franciſcus de Perea, Deſtruunt item doctrinam D. Ignatij relati ibi à P. Suarez, & aientis, *obediendũ in omnibus rebus in quibus nullum manifeſtum eſt peccatum*: At in noſtro caſu probabilitatis vtrinque nullũ eſt manifeſtum peccatum in actione: ergò contrarij dicentes, non ſufficere, vt quis obediat, quod in actione non appareat peccatum, ſed requiri, quod ſubditus iudicet illam ſecundum ſe eſſe bonam, reſiſtunt Sancto ſuo Parenti imò & Sanctis Patribus, quorum eſt eadem doctrina, vt evincit ibi Doctor Eximius.

157 Sed quid immoror! Totus ibi eſt Eximius & pijſsimus ac prudentiſsimus Doctor contrà Adverſarios, ſed vt capiatur quo ſenſu in teſtimonio citato, & trũcato dicat authoritatem Superioris augere probabilitatem partis præceptæ; audiendus n. 23. vbi „ docet *aliquando* talem eſſe „ perſonã Superioris, vt eius au„ thoritas poſsit probabilem ef„ ficere partem illam, quę antea „ talis non apparebat, nec iudi„ cabatur, vt ſi ſit non ſolum re„ ligioſus, & pius, ſed etiàm doc„ tus ſatis, & prudens *habeatur*. Deinde authoritas Superioris, vt talis, & præſcindendo à circunſtantiâ perſonæ, poteſt deſervire, vt pars præcepta ſit practicè probabilior, & certa; nempe vt ego certus ſim me hìc & nunc non peccare. Ideò Eximius Doct. ibi n. 29. explicans obedientiam cæ-

Digitized by Google

cam ſequentem dictum, ſeu ductum Superioris vt talis, ait : *In* „ modo illo obediendi nil eſt „ mali, aut periculi, vt ſatis declaratum eſt: quià ſemper ſupponitur materia honeſta cum „ ſufficienti certitudine,quę omne periculum mali moralis excludit, ſive illa certitudo ex re „ ipſa oriatur, ſive ex adiuncto „ præcepto practice *reſultet*. En præceptum fundat certitudinem practicam de eo quod ego hìc,& nunc non pecco, non verò aliam certitudinem de re ſecundum ſe. Fateantur ergò Adverſarij ſe omninò adverſari Eximio Doctori, & Magiſtro prudentiſsimo vitæ ſpiritualis, aut deſerant prætenſum Antiprobabiliſmum.

SECTIO XVI.

Solutio data efficaciſsimè reijcitur à Ratione.

158 PRIMO: Nàm per vos ego antę præceptum iudicans, poſt rem diſcuſſam abſque paſsione, & culpa contractum eſſe illicitum, Ex. g. iàm habeo iudicium non vtcumque probabilius, ſed moraliter certum de illicito, ità vt pro parte oppoſita non detur mihi probabilitas in motivis, & cognoſcam non eſſe mihi, nec in ſe ipſis gravia motiva, licet gravia videantur alijs Viris doctis, quibus Superior minus doctus acquieſcit. Hæc eſt doctrina RR. Thyrſi paſsim repetita, & præcipue diſſert. 10. vbi ſtante iudicio illo, ait eſſe quaſi ſcrupulum contemnendum, quidquid pro parte oppoſita occurrit: Sed in eo caſu iàm mihi illicitum eſt obedire: ergò non poſſum, nec debeo obedire Superiori præcipienti iuxta ſententiam probabilem. Probatur minor: nàm obedire non poſſum vbi manifeſte apparet malitia iuxta S. Ignatium, & SS.PP. at apparere malitiam manifeſte, nō eſt apparere cum certitudine phiſyca, aut metaphiſyca, ſed morali: nàm in moralibus per evidentiam ſolum intelligitur moralis; vt rectè obſervat Eximius Suarez ſupra: ſi igitur ego antecedēter ſum moraliter certus de eo quod contractus eſt illicitus, ità vt videam motiva pro licito eſſe leviſsima in ſe, quāquam alijs falſo appareant gravia: quomodo me poſſum inclinare ad quærendas rationes pro licito? Quomodo ex nudo prędcepto Superioris potentis errare ex paſsione, negligentia, vehementiaque in iudicando, & præcipiendo poſſum formare iudicium oppoſitū de eo quod contractus ſit in ſe ipſo licitus? Certè hoc eſſet evidenter imprudens: ergò vel dicēdū eſt me cum maiori probabilitate pro illicito iudicare motiva

Digitized by Google

pro licito eſſe in ſe gravia, & non ſolum quo ad alios falſo exiſtimantes, & cōſequenter eſſe duas opiniones mihi ſimul probabiles, & ex gravibus fundamentis affirmabiles. Quod negat RR. Thyrſus: vel dicendum me in dicto caſu non poſſe obedire, quod dicere non audet.

159 Quod autem Superior modo dicto errare poſsit, probat eleganter Eximius Doctor ex S. Ignatio in epiſt. obedientiæ aiente: *Obediendum in omnibus rebus quæ cum peccato manifeſte mixtæ non ſunt.* Nàm ly *manifeſte*: ſupponit Superiorem poſſe errare; ideoque impium, & ridiculum eſſet dicere: obediendum eſſe Deo præcipienti in omnibus in quibus peccatum manifeſte non appareat: id enim ſupponerēt Deum poſſe aliquando præcipere, quod in ſe malū eſſet. Vnde ,, ait Eximius Doctor: *Sicut* Su-,, perior non habet privilegium ,, ſpeciale, vt errare non poſsit, ,, ità nec vt non poſsit eſſe negli-,, gens, aut habere pravum affec-,, tum: nec aliud potuit venire ,, in mentem alicuius cordati ,, *hominis*. Quomodo ergò quādo ego ſum certus moralitèr de illicito poſſum illud facere ob nudum præceptum Superioris ſuperveniens?

160. Vrgeo: nàm ego antecedenter iudicabam contractum eſſe illicitum, & à me licitè non factibilem: ergò & non imperabilem mihi: Nàm nemo mihi imperare poteſt ,, niſi quod mihi licet ante præceptum, vt illud rectè facere poſsim: *Nam quæ facta* (ait elegantiſsimè Papinianus in leg. *filius* 15. ff. de condit. inſtit.) *lædunt pietatē, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (vt generalitèr dixerim) contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt* Ego enim non promiſi obedire niſi in his, quæ ante præceptum licita ſupponerentur, vt benè obſervat P. Suarez; & præterea præceptum non facit licitum in ſe, quod in ſe erat illicitum mihi antea. Dices, me obligari vt cum Superiore iudicem rem eſſe in ſe licitam.. Sed contra: Tum quià contra iudicium meum moralitcr certum de illicito, excludenſque veram probabilitatem de licito, ego nec debeo, nec poſſum agere, & obedire, maximè cum tale iudicium habui poſt diligens examen, ſecluſa paſsione, & culpa: Tum quià nec Superior habet authoritatem, vt me obliget, ad hoc vt iudicem de rebus ipſis ſecundum ſe, alitèr àc motiva præpenderantia ſuadēt mihi abſque paſſione & culpa perpendenti: iubeāt ſin minus contrarijs, vt iudicent, vel doceant noſtram benignam ſententiam, aliaſvè quibus adverſari ſolent enixè; & ſine dubio reſpondebunt, ſe non poſſe iudicare, illas veriores; nàm ſi prudentèr id iudicarent; poſſent

Digitized by Google

id prudentèr docere. Conſulcent ergò ſe ipſos, & planè diſcent ſe ob nudum Superioris præceptum non credituros veram opinionē, quam ex motivis prævalentibus dicebant prius falſam; multoque minus deducturos eã in praxim: conſtat ergò eorum reſponſionem eſſe meram ilusionem, & eluſionem obedientiæ, ſi ad rem tandem deveniatur.

161 Secundo eam impugno: nàm vt dicitur 3. p. Conſtitutionum Inclitæ Societatis Jeſu cap. 1. §. 23. *obediendum, vbi definiri non poſsit aliquod peccati genus intercedere*: ergò vt ego licitè obediam ſat eſt quod ego non poſsim definire, hoc eſt determinatè dicere rem eſſe peccaminoſam: ergò ſuſpendendo iudicium circa rem ſecundum ſe poſſum firmiter dicere practicè, hìc, & nunc obediendum mihi eſt in hac actione: ergò non debeo, vt intenditis, dicere actionem illã eſſe in ſe licitam, quià Superior mihi eam præcipit. Ideo Eximius Doctor num. 15. ait: *Nec* etiàm „ qui ſic obedit, iudicat, aut exiſ- „ timat non poſſe decipi aut er- „ rare Superiorem, vel ex igno- „ rantia, vel ex malicia; nihil „ enim horum ad prædictam cō- „ ſiderationem intellectus ne- „ ceſſarium eſt, neque à citatis „ Authoribus, neque à B. Ignatio „ aliquo in loco inſinuatum *eſt*: poteſt ergò dicere quidquid ſit an forte erret, ego non erro, ego licite obedio, & facio rem illam; quod quidem iudicium planè eſt reflexum.

162 Inſurgo tertio: accedente precepto Superioris de contractu mihi antecedentèr probabilius illicito, nō debeo quærere rationes proprias & intrinſecas circa materiam contractus, vt iudicem cū Superiore eſſe licitum, quià hoc erit ſupervacaneum: nàm ſi poſt diligens examen factum abſque paſsione, & culpa, non inveni tales rationes, quid ſperare poſtmodum poſſum? Tū quia iuxta RR. Thyrſum imprudentèr quis diceret, hęc pars eſt veroſimilior poſt examen ſincerum; ſed tamèn oppoſita eſt vera: ergò ſimilitèr imprudentèr dicit: hæc pars poſt diligens & ſincerum examen mihi veroſimilior eſt; ſed volo quęrere rationes, vt oppoſita veroſimilior & vera appareat: certe vel hoc ſupponit, prius examē non fuiſſe diligens, & ſincerum, cum omiſerit inquiſitionem rationum quas inveniendas ſperat; vel hæc volūtas vlterius inquirēdi, eſt fatua, & frivola, cū quęrat, quod inveniendum non ſperat. Tum quia expedientiſsimum ſit ſubditum eſſe benè affectum ergà obedientiam, & ex ſe paratum ad quærendas rationes pro illa, & pro vtilitate & honeſtate rei præceptæ, vt monet S. Ignatius; non tamen debet illas quærere, quando prudentèr iudicat inveniendas non eſſe, vt ex ſe patet, & cōnge-

rec

ret in noſtro caſu : ſed quando ſperat inveniendas eſſe, quià non eſt factum examen ità diligens; ideoque illud Sancti Ignatij conſilium optimum eſt pro caſibus regulariter occurrentibus, in quibus res ex ſe eſt indifferens, vel ſaltem dubia in vtramque partem; ſecus verò in dicto caſu. Tú quià licet quærere rationes intrinſecas materię præceptę, ſit expediens, vt dixi ad perfectionem, & apicem obedientiæ, ſeu ad obedientiam iudicij : tamèn id non eſt neceſſarium, vt ſubditus poſsit obedire licitè : alioquin obediētia foret moraliter impoſſibilis, ſi vnicuique ex motivis intrinſecis perſuaderi deberet rem præceptam eſſe vtilem, & honeſtam, vt aiebat P. Suarez : maximè verò cùm obedientia illa iudicij ſit vſque adeò difficilis, & rara, vt manifeſtum eſt.

163 Dices cum RR. Thyrſo diſſert. 14. num. 105. ſubdito licèt non invenienti motiva intrinſeca materiæ præceptæ Ex. g. propria contractus præcepti; tamèn adeſſe alia communia aſsignata à Magno Parente Ignatio, quod nimirum in Superiore Deú aut Chriſtum conſideret, qui nec fallere poteſt, nec falli, & qui voluit hoc modo per Superiores nos docere. Sanctiſsimè quidem. Rogo autèm àn per hæc motiva communia mihi probabiliùs perſuadere debeam contractum pręceptum eſſe intrinſece non vſurarium, ſed licitum, & legi æternæ non difformem? An ſufficiat, quod ex illis credam me hìc & nunc non peccaturum, & ſi fortè ille contractus ſit vſurarius in ſe, & coram Deo? Si ſecundum : Ergò iàm ſtat iudicium iſtud reflexum, & practicum, dirigenſque, & certo excuſans contractum, quamvis ego ſuſpendam iudicium ſpeculativum de contractu ſecundum ſe : ergò iàm iudicium practicum ſtat cum dubio ſpeculativo: ergò iàm ex dubio ſpeculativo non reſultat practicum: ergò iàm dubitare ſpeculativè de contractu ſecundum ſe, non eſt dubitare àn hìc, & nunc ſit mihi illicitus : ergò iàm datur lex hìc, & nunc permittens mihi contractum, licet lex directa, & per ſe illum prohibeat: quæ omnes conſequentiæ ſunt manifeſtæ, & deſtruunt totam doctrinam Contrariorum.

164 Si autem dicatur primum vt ſane dicunt contrarij, ſcilicet ea motiva communia, & præceptum modo exiſtens circà contractum, eſſe motivũ, vt probabiliùs iudicem, contractum eſſe intrinſice non vſurarium, nec illicitum contra aliquam Divinã legem? Infero ſic primo: ergò etiam tranſacto pręcepto poſſum, & debeo veriſimilius iudicare cõtractum non eſſe in ſe intrinſice vſurarium. Probo evidenter con-

ſequentiam: nàm motivum illud perſuadebat, talem eſſe naturam intrinſecam contractus, & conſequentèr materiam neceſſariam, quæ non variatur: natura enim intrinſeca contractus ſi hodiè eſt talis; fuit, & erit ſemper talis; ſicut homo, ſi intrinſicè eſt animal rationale, fuit, & erit ſemper: vndè motivum perſuadens hominem eſſe animal rationale, aut contractum non eſſe in ſe vſurarium, perſuadet non præcisè pro nunc, & quaſi contingenter talem veritatem, ſed pro ſemper, cum verſetur circa materiam neceſſariam, & æternam: Vnde hoc iudicium: *homo eſt animal rationale; contractus non eſt in ſe vſurarius*: æquivalet huic: vbi & quandocumque exiſtat homo, vel contractus, ille erit animal, hic non erit vſurarius: vt ex Philoſophia notiſsimum eſt; idque expreſſum Jure Cæſareo, tum ex leg. 85. §. 1. tum à contrario (cuius eadem debet eſſe ratio) ex leg. 29. ff. de reg. Juris; ibi: *Quod initio vitioſum eſt, tractu temporis convaleſcere non poteſt* Ergò ſi præceptum impoſitum circa contractum probat illum eſſe in ſe non vſurarium, id probat pro ſemper; àc proinde ego qui ob hoc motivum iudicavi contractum non eſſe vſurarium, iudicavi, nec tunc, nec aliquando eſſe vſurarium, nec variari poſſe eius naturam intrinſecam. Sic dictum, vel authoritas Divi Thomæ non ſolum quando extitit, ſed etiàm modò, dat authoritatem ſuis opinionibus, pro quibus militavit: ergò ſimilitèr, & ſi præterierit præceptum ob quod iudicavi, contractum non eſſe vſurarium; poſſum debeoque propter illud adhuc judicare cõtractum non eſſe vſurarium: nàm illud præceptum non fuit motivum ad iudicandum tunc præcisè eſſe talem naturam, ſed ſemper fore, & fuiſſe talem, vtì invariabilem, & ab Omnipotentia Divina illatam eſſentialitèr. Hęc autèm ſequela, quæ eſt evidens, admitti non poteſt à contrarijs, nec ab vllo ſanæ mentis homine.

165. Nàm ex illa infero ſecundò; ergò potero ego iàm docere illum contractum non eſſe in ſe vſurarium, allegareque præceptum mihi impoſitum pro motivo illius veritatis. Imò debebo ſẽper adhęrere illi doctrinę: nàm pręceptum dat certitudinem moralem, & reddit iuxta nos & contrarios, hominem ſecurum de licito contractu: ſi ergò hoc præſtat circa contractum ſecundum ſe invariabilitèr, iàm id ſemper, vt verius amplecti debeo. Hæc autem conſequentia, quamvis legitima ex dicta doctrina, eſt tamèn apud omnes falſa, & contra experientiam, & praxim: Quis enim allegavit pro veritate ſuæ ſententiæ, quod eius praxis ab

aliquo

Digitized by Google

aliquo etiàm indocto Superiore, fuerit præcepta?

166 Infero tertio: ergò licet non mihi, ſed alteri præcipiatur hic contractus, poſſum, & debeò reputare probabilius illum non eſſe vſurarium. Probo conſequentiam manifeſte: nàm præceptum illud alteri inſinuatum, eſt motivum ad iudicandum non de contractu præcisè hìc, & nunc relatè ad perſonam, ſed de contractu ſecundum ſe non eſſe intrinſecè vſurarium: ergò ex illo præcepto, & motivo mihi cognito poſſum probabilius exiſtimare talem cõtractum in ſe, & reſpectu cuiuſcumque perſonæ non eſſe vſurarium: ſicuti ex praxi in Romana Eccleſia alicuius opinionis, inferimus illam eſſe veram in ſe, & à nobis etiàm practicabilem.

167 Infero quarto, ergò circunſtantia præcepti præſſentis reſpectu alicuius perſonæ non conducit, vt illa potiùs exerceat modò cum ſecuritate rem præceptam, quàm vt eam exerceat poſtmodum per totam vitam; neque item conducit magis ad ſecuritatem illius, quàm alterius perſonæ conſciæ talis præcepti impoſiti alteri. Conſequentia eſt abſurda, ſed tamèn manifeſta, quià authoritas illa eatenùs conducit, quatenùs probat de actione, aut de contractu in ſe ipſo non malo: ſed hoc modo ſemper, & eodem modo probat reſpectu omnium: ergò conducit, vt omnes id iudicent probabilius.

168 Infero quinto: ergò Theologus ſub illo præcepto de exercendo contractu, poſſet, & deberet conſulenti reſpondere illum eſſe licitum, & non vſurarium: nàm deberet dicere, quod ſentit de illo ſecundùm ſe: at probabiliùs ſentit illum ſecundùm ſe non eſſe vſurarium: ergò hoc ipſum dicere debet. Infero ſexto: ergo ſi eſſet Iudex, deberet etiàm iudicare hoc ipſum, licèt antecedenter, & ſecundum ſe oppoſitum iudicaret probabilius: nàm adiuncto hoc motivo, iàm alitèr iudicat de contractu etiàm ſecundum ſe inſpecto. Omnes iſtæ conſequentiæ falſiſsimæ, oſtendunt falſiſsimam eſſe datam ſolutionem ab Adverſarijs. Obvitèr autem nota, male illos vti paritate Iudicis, qui non poteſt iudicare iuxta opinionem minùs probabilem circa cauſam iudicandam: nàm Iudici nec Superior poteſt præcipere vt iudicet ſecundum ſententiam minùs probabilem: at Theologo poteſt Superior præcipere vt operetur: ergò paritas Iudicis, cui inſiſtunt contrarij nulla eſt.

****
****
****
******
**

SEC-

SECTIO XVII.

Concluditur impugnatio datæ ſolutionis.

169 Contra ſolutionem facit quarto, quod iuxta S. Ignatium dantur tres gradus obedientię, & vltimus eſt proprius iudicij, ſeù conſiſtens in eo quod ſubditus conformet ſuum iudicium cum iudicio Superioris: at ſubditus non tenetur ex præcepto ad hunc vltimum gradum: ergò non debet iudicare verum, & vtile, aut licitum in ſe, quod Superior iudicat, vt eius præcepto ſatisfaciat: ſufficiet ergò, quod cognoſcat, ſibi contractum præceptum eſſe hic, & nunc licitum, vt licite contrahat, quin ſuam ſententiam ſpeculativam conformet cum iudicio, & ſententia Superioris. Accedit, quod Superior poteſt ei dicere, ego ſcio me poſſe præcipere rem probabiliter licitam, & illam propterea tibi præcipio: ſane tunc non cogit ſubditum niſi ad operandum rem illam, probabiliter licitam, non verò ad hoc vt probabiliùs iudicet eam in ſe licitam eſſe, quià nec hoc exigitur ad conformitatem cum Superioris iudicio, qui nil iudicat de contractu ſecundùm ſe.

170 Quid? Quod iuxta doctrinam Contrariorum, ſi Superior mihi præciperet actionem de cuius honeſtate & licitudine ſolum datur ſententia *tenuis probabilitatis*, licet falſo à Superiore exiſtimetur probabilis, deberem ego obedire, & deducere ad praxim opinionem damnatam ab Innocentio XI. Sequela eſt abſurdiſsima, ſed ſequitur: nàm iuxta RR. Thyrſum, quandocumque eſt mihi antecedentèr probabiliùs contractum eſſe illicitum, video hoc eſſe moralitèr certum, & oppoſitum niti fundamentis in ſe, & re ipſa levibus, licet falſo exiſtimentur gravia à Superiore: ſed tamèn adhuc debeo obedire iuxta illum: ergò debeo deducere ad praxim ſententiam quā video niti fundamentis non gravibus, ſed debilibus; & quę falſo à Superiore exiſtimantur gravia: at ea eſt ſententia tenuis probabilitatis: ergò.

171 Dices: ea fundamenta videri mihi etiàm gravia relatè ad Superiorem, & alios. Sed contra, quià poſt diligens examen ſine paſsione, & culpa, video ea fundamenta eſſe in ſe levia, & falſo, atque per ignorantiam exiſtimari ab alijs gravia: id autem eſt eſſe ſententiam tenuis probabilitatis re ipſa, & apud me: nàm etiàm ſententię tenuis probabilitatis, nō deficiunt Authores apud quos videantur eius fundamenta gravia. Deinde licet probabilitas ſit tenuis iam ea multum augetur, & roboratur authoritate Superioris

pes

per vos quoad ſui veritatẽ ſpeculativam: ergò potero deducere ad praxim ſententiã antecedenter tenuis probabilitatis, ſi accedat præceptum Superioris falsò exiſtimantis eam eſſe certò probabilem: nam hoc præceptum iam facit illam ſententiam probabilẽ, cum eam roboret, & augeat, & quidem pluſquam augeret authoritas vnius Theologi, qui rem ex profeſſo diſcuſsiſſet, & probabilẽ inveniſſet, vt clamant adverſarij.

172 Vt hæc igitur tam manifeſta abſurda vitentur, notandũ eſt, præceptum Superioris vt talis, & præſcindendo ab eius doctrina, non dare maiorem probabilitatem ſententiæ ſpeculativæ, quam deducere ad praxim, præcipit: idque rectè pronuntiavit Terillus, quidquid fruſtra reclament adverſarij. Nihilominus dat maiorem probabilitatẽ, imò & certitudinem practicam, quia quando ſtat præceptũ Superioris, poteſt Subditus formare iudicium certum, de eo quod hic & nunc, quidquid ſit de opinionibus ſpeculativis; rectè operatur; id fatentibus omnibus Doctoribus cũ SS. PP. memoratis, & doctiſsimè explicatis ab Eximio Doctore ſupra. Notandum præterea eſt, Superiorem ſuo præcepto præcisè non facere mihi probabilẽ ſententiam illam, quæ antecedenter non erat probabilis ſpeculativè; ſic enim omnia abſurda memorata ſequũtur: potius enim Superior præcipiens, debet ſupponere rẽ eſſe antecedenter probabiliter licitã ob fundamenta gravia in ſe ipſis, ita vt gravia exiſtimari mereantur à quolibet ingenio bene diſciplinato, & in iudicio ſuo non obſtinato & obfirmato: hac autem probabilitate ſuppoſita, poteſt ſubdito præcipere; ſecus vero ſi talis non ſupponitur probabilitas.

173 Ratio eſt, quia vt rectè P. Suarez; Subditus poteſt, aut debet obedire in his ad quæ ſe per votum obligavit: obligavit autem ſe per votum ad ea, quæ licita in ſe, & antecedenter ſupponerẽtur; non vero ad ea quæ alioqui ſibi illicita forent. Vnde clarè inferuntur duo: primum, iuxta contrarios Subditum probabilius antecedenter poſt diligens examen, ſecluſa paſsione, & culpa, iudicãtem contractum eſſe illicitũ, non poſſe obedire, nec exercere contractum, quia id præſcindendo à præcepto, erat illicitũ; & præceptum non facit licitum, ſed ſupponit: vnde deſtruitur obedientia Subditorum vt patet. Secundum; eum qui poſt præceptũ poteſt ſequi opinionem probabilem; poſſe etiam ante illud, & præſuponi licitum, id quod poſt præceptum redditur obligatorium. Ratio eſt, quia niſi ſupponeretur licitum antecedenter, Superior non haberet ius præcipiendi; nec enim eius ius extenditur niſi ad licitum:

Digitized by Google

vnde iuxtà contrarios nunquam ſubditus in dicto caſu deberet Superiori obedire, vti excedenti ſuam poteſtatem; quod eſt deſtruere virtutem obedientiæ.

174. Clamat Munieſſa poſt RR. Thyrſum: nam iuxta aliquos Probabiliſtas ſubditus non tenetur obedire Superiori præcipienti rem probabiliter illicitam: ergò deſtruunt obedientiam Prælatorum; & ideò non poſſunt abſque rubore obijcere argumentum ex obedientia. Sed contra: nam noſtrum argumentum ſtat firmiſsimum, dum ſubditus poſsit obedire in eo caſu; àt poteſt iuxta omnes Probabiliſtas: ergò ſtat firmiſsimum. Secundò, per vos Scildere, & Adrianus ſunt Antiprobabiliſtæ; & negant ſubditum poſſe obedire in eo caſu: ergò iam deſtruitis veram obedientiam. Dices, vitium vnius, non debere tribui omnibus Antiprobabiliſtis. Egregie: ergò nec vitium vnius Probabiliſtæ tribui debet reliquis omnibus, qui vel eius ſententiam non admittunt, vel vt improbabilem damnant. Replicabis, pro illa ſtare authores ſatis plures cum Diana, qui negant ſubditum teneri obedire, licet poſsit in eo caſu probabilitatis: ergò licebit ſequi eorum ſententiam vtì probabilem, vndè perit vis obedientiæ. Contra; per vos licet ſequi opinionem, quam ego iudico probabiliorem; ſed omnes hi Authores docent eam ſententiam vt ſibi probabiliorem: tam ipſis, quam cuilibet alteri, cum ipſis opinanti ſic: ergò licebit non obedire; àc proinde apud illos, & omnes alios, ſic ſentientes, imò & apud alios indoctos eis credentes peribit obedientiæ vis. Quid ergò calumniamini noſtram ſententiam quaſi originem tanti abſurdi; cùm illud eodem modo, oriatur ex veſtra? Si ergò inconſideratè aliquis pronuntiavit ſententiam aliquam, vt ſibi probabilem, vel probabiliorem, reprehendendus, aut corrigendus ille eſt; non arguendi alij ſuper re illa diſparata, & ab ipſis aliena.

175. Contra datam etiam ſolutionem facit quinto: quod caſu, quo ſubditus in dubio àn contractus ſit obligatorius ex officio, & munere, ex. g. àn vero ſit vſurarius & exiſtimet probabilius eſſe vſurarium, ſi accedat præceptum Superioris iniungentis contractum probabiliter licitum, debet iuxta contrarios iudicare probabilius eſſe licitum, & re ipſa contrahere. Sed quid ſi ſciat alium Superiorem præcepiſſe alteri vel ſibi olim oppoſitum, nempè vt abſtineret à contractu illo vtì vſurario? Certè pro oppoſita ſententia habet rationes antecedentes, & intrinſecas; habet etiam præceptum olim impoſitum

tum à Superiore, quod eadem vi perſuadet, ac olim: nam olim perſuadebat pro ſemper, vt ſuprà conſtitit: ergo adhuc ſtante novo præcepto Superioris circa contractum habet maiora motiva ad iudicandum illum eſſe vſurarium, nempè præceptum antiquum Superioris, & vrgentiores rationes intrinſecas: ergò non poterit præceptum novum facere contractum probabilius licitum; atque adeo carens opinione probabiliori circa licitum, poterit, & debebit, hic & nunc non obedire Superiori præcipienti contractum, vt obligatorium. Hæc ſane oſtendunt præceptum nil addere, vel detrahere opinionibus ſpeculativis, ſed tantum practicè hic & nunc certificare ſubditum de eo, quod non peccet obediendo Superiori.

176 In calce obſervanda ſunt aliqua contra quendam Recentem impugnantem Terillum eo quod ſic pronuntiaverit: „ *ſi quis* intendat præceptum Superioris vniverſaliter „ (ideſt Superioris, vt talis præcisè, etiam minus docti) reddere directè tam rei veritatem „ ſubdito veroſimiliorem, errat; „ quia manifeſtum eſt præceptum nullam ad hanc apparentiam mutandam vim *habere*. Hæc autem doctrina (dicit Recentior ille) certè non videtur tolèranda. Sed quare? Primo, quia iam Superiori non tribuitur pluſquam cuilibet Theologo docenti aliquid vt licitum; imò minus, quam Theologo, qui ſua authoritate aliquid probabilitatis, ſuæ directæ ſententiæ tribuit. Secundo, quia reſpicere debemus Superiorem non vt hominem ſubiectum erroribus, aut miſerijs, ſed vt Deum, teſtante id Apoſtolo, SS. PP. & cum eiſdem Divo Ignatio: at ſi præceptum non addit apparentiam opinioni directæ; iam non ſic ſuſpicimus Prælatum: vnde evacuaretur tota doctrina S. Ignatij. Tertio, quia de Theologo poſſumus præſumere, quod decipiatur in ſua ſententia; tamen de Superiore, & ſi poſsit falli, non eſt id præſumendum in particulari hoc caſu ergò &c. Quarto, quia P. Suarez ſupra ait, *ipſa authoritas Superioris probabilitatem vnius partis multum auget.*

177 Hæc & ſimilia ille. Dico tamen, præceptum ſingulare Prælati minus docti, qui nimirum præcipit iuxta ea, quæ legit & audivit licita, quin ipſe ob propriam ſapientiam calculum his addere poſsit; non conferre authoritatem opinioni directæ ſpeculativæ: nec Divum Ignatium, alios ve SS. PP. id vnquam intendiſſe, aut intendere potuiſſe, vt evidentiſsime monſtra-

tratum eſt ſupra ex abſurdis illatis ex tali doctrina. Solum ergò cum SS. PP. voluit Divus Ignatius, vt ſubditus in his, in quibus non cogit evidentia rationis, flectat ſuum iudicium, illudque conformet cum Superiore. Hanc autem conformitatem iudicij exhibet, vt ſupremum gradum obedientię, non debitum ex præcepto vt patet. Adverſarij autem vt debitum ex præcepto obtrudunt, coguntque Subditum ſapientem vt ex præcepto opinionem ſpeculativam; quam poſt diligens examen abſque paſsione, & culpa veram iudicat, abijciat & amplectatur opinionem Prælati minus docti; quod ſane opus eſt heroicum, ſed difficillimum, & vix niſi à perfectiſsimis viris obtineri poteſt: obligare autem in dicto caſu ad opus heroicum, & difficillimum, ſatis ſtultum eſt, & contra mentem S. Ignatij docentis eſſe tres gradus obediendi abſque peccato practicabiles; & quod licèt quis aliquando obediat ob illam apprehenſionem generaliter dictantem obediendum eſſe etiam in male præceptis; ſaltem hæc obedientia eſt imperfecta & non duratura multum, donec Subditus conformet ſuum iudicium cum iudicio Superioris ſentientis rem præceptam talem in ſe eſſe: quæ omnia evidenter ſupponunt Subditum poſſe licite obedire ſine illa plana conformitate iudicij; & ſolum ex apprehenſione quod licet hic, & nunc obedire, id que expediens eſſe.

178 Solum ergò exigit S. Ignatius vt Subditus in dicto caſu formet ſibi rectam conſcientiam practicè iudicando hic, & nunc non peccare, quia circunſtantia illa præcepti reddit illum vndequaque ſecuriſsimum de non peccato, quamvis forte Superior, vt homo fallatur hic, & nunc. Si enim, vt aiebat Exim. Doctor, poteſt homo ſequi ſententiam probabilem, relicta probabiliori: multo magis poterit accedente præcepto Superioris pro illa parte, quià illa pars fit tunc eligibilior, propter bonum obedientiæ, & practice etiam probabilior, imò, & tutior, cum melius ſit non fiderè ſuis proprijs opinionibus in quibus homo bonus iudex eſſe non ſolet, iuxtà dictum cap. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*; vnde poterit facilius deponere omnes ſcrupulos in contrarium inſurgentes. Et hinc fit quod Prelati authoritas excedit maxime authoritatem vnius Theologi, imò & multorum, & ſi faciant opinionem mihi probabiliorem. Nam licet hi ſufficiant, vt ego non peccem faciendo actionem à qua poteram tutius abſtinere, non tamen poſſunt facere, vt debeam vel ex conſilio, vel ex præcepto illam

facere:

facere: id autem facit præceptum hic, & nunc exiſtens, licet non addat maiorem probabilitatem opinioni ſpeculativæ; ſic enim non daret illam ſolum pro nunc, ſed pro ſemper: vti authoritas D. Thomæ, alterius ve Magni Theologi eandem pro ſemper dat probabilitatem ſententiæ ab illo olim defenſatæ.

179 Ex his patet ad ea, quæ obijciuntur à Recentiore: ad primum conſtat nos dare plus authoritati Superioris, quam vnius Theologi, nempe quoad ſecuritatem, & obligationem practicam. Et retorqueo: nā per vos iam non dabitur magis authoritati Prælati, quam proprio iudicio probabiliori: hoc enim me facit ſecurum, ſicut præceptū Prælati: imò magis dabitur proprio iudicio iuxta Recentiorem illum, qui tandē ibi admittit caſum, in quo Subditus ita inculpabiliter, vt ipſe ait, adhæreat ſuo iudicio dictāti rem præceptam eſſe peccaminoſam, vt nec poſsit, nec debeat ſe ſubijcere iudicio Superioris, nec obedire ei præcipienti iuxta ſententiam probabilem aliorum: quod ſane mihi abſurdiſsimum videtur: nam ſi videt opinionem Superioris eſſe probabilem, videt habere motiva gravia, non ſolum apud ignorantiam Superioris, ſed gravia apud prudentes alios rerum æſtimatores. Nec ſuam iſtam laxiſsimam doctrinā munire poteſt Authoritate D. Thomę, quęſt. 17. de veritate, art. 5. nihil enim ibi dicit, quod vel leviter illam inſinuet: imò ex illa plana aperietur via ad non obediendum vbicumque dubitatur de vtilitate & honeſtate cuiuſcumque rei præceptæ: prius enim deberet Subditus ſe ipſum conſulere, & cognoſcere, quid poſt diligens examen abſque paſsione, & culpa ipſe in talibus circumſtantijs iudicaret: quod ſane omnem obedientiæ vim, & doctrinam S. Ignatij enervat, & diſsipat.

180 Ad ſecundum dico: Subditos ex monito Sanctiſsimi illius Patriarchæ debere reſpicere Superiorem non vt hominem, ſed vt Deum; non tamen vt omnino infallibilem in ſuis opinionibus, & exiſtimationibus; id enim eſſet ſtultum, vt recte advertit P. Suarez lib. illo 4. cap. 15. n. 14. ſed quatenus debemus noſſe Superiorem vicem Dei gerere, qui reverentiam, aut contemptum Superioribus adhibitum quaſi ſibi præſtitum reputat, vt loquitur Divus Bernardus. Deinde debemus reſpicere Superiorem vt Deum, quia licet forte decipiatur Superior, novimus Deum hic, & nunc velle, vt nos ei obediamus humiliter, reverenter, & prompte: quod ſane magnopere evehit perſonam Superioris. Ad tertium dico: nos non debere præſumere Superiorem hic &

nunc

nunc falli; ſed ab his opinionibus abſtinendo, debemus ſimpliciter noſſe nos hic, & nunc bene agere obediendo; nam Deus ſupplebit quidquid Miniſtro defuerit, ne male nos dirigat: vnde, & in hoc prævalet ſupra Theologum quivis Superior: quia cum hoc nõ debemus diſputare, nec dicere eũ falli: poſſumus autem id reponere Theologo, vti reponimus Adverſario illi Iuniori. Ad quartum conſtat textum illum Eximij Doctoris eſſe truncatum ab hoc Recentiore, ſicuti à RR. Thyrſo, & Munieſſa: conſtat item P. Suarez loqui de probabilitate practica, quam auget præceptum Superioris, non vero de ſpeculativa, niſi forte ſit doctus, vt monet ipſe Eximius Doctor ſupra.

SECTIO XVIII.

An ratio communis pro ſententia benigna efficax ſit?

181 EA Ita habet. Qui operatur iuxta opinionem probabilem, operatur prudenter: nam opinio probabilis eſt, quæ ob motiva gravia digna eſt, vt à viris prudentibus approbetur: vel quæ approbata ob talia motiva non arguit approbantem eſſe imprudentem; at qui operatur prudenter non peccat: ergò nec peccat operans iuxta opinionem probabilem, ſive illa magis, vel minus probabilis ſit, dummodo vere & ſimpliciter ſit probabilis. Propoſita hac ratione, quæ eſt ſaltem omnium Theologorum huius, & præcedentis ſæculi; ait P. Munieſſa pag. 202. *Hæc prima mali labes quæ totum infecit Probabiliſmum.* Hæc & alia ille, Religioſus cum ſit, imò & putans ſe Reformatorem, & non refrænans linguam ſuam, aut ſaltem calamum contra tot, taleſque pueriliter debacchantem.

182 Verum hanc rationem deſpiciunt primo contrarij; quia quando vna pars eſt mihi æquè, aut magis probabilis; oppoſita non eſt apud me probabilis; quia motiva vnius præponderantia pro vna parte, non relinquunt aliam apud me probabilem. Ita RR. Thyrſus diſſert. 3. num 57. ſed fallitur egregie. Primo ad hominem: nam RR. Thyrſus tom. 1. ſelect. Diſput. 4. ſect. 2. num 18. ſubſcribit ſententiæ (*vt valde probabili*) Molinæ & Thomiſtarum, docenti Deum eſſe actu & ab æterno præſentem omnibus temporum differentijs, deſeritque communem Jeſuitarum ſententiam id negan-

Digitized by Google

negantē. Sed tamen ſubdit: *vt qui communiorem inter noſtros ſententiam ſequi maluerit, quæ ſane probabiliſsima eſt, eam ab adverſariorũ obiectionibus facile vindicare valeat.* Ex inde autem oſtenditur RR. Thyrſum ſubſcribere ſuæ ſententiæ vt veræ; & tamen adhuc reputare oppoſitam vt probabiliſsimam: ergò iam dantur duæ opiniones, quæ ſimul ſunt, & apparent eidē intellectui probabiles; & deinde: ergò iam poſſum iudicare meam ſententiam eſſe veram, & oppoſitam poſſe licite reduci ad praxim; nam licitum eſt ſequi probabiliſsimam vt ab Eccleſia definitum eſt; & aliundè per te ego tenens hanc, poſſum iudicare opoſitam probabiliſsimam eſſe. Omnes iſtæ conſequentiæ ſunt ſupra meridiem clariores; ſed tamen non minus clare militant & evertunt Antiprobabiliſmũ, quem tanto ardore invehere conatur RR. Thyrſus. Secundo ab experimento: videmus enim Sapientiſsimos ſuam pronuntiare ſententiam dicendo ſimul oppoſitam eſſe probabilem; imò vt hoc dicant, quando ita ipſis apparet, monentur Jeſuitæ in libro de ratione ſtudiorum: eſt ergò hoc dogma RR. Generalis novum omnino, & contra ſe, & omnem ſuam Societatem, imò & contra omnes omnino Theologos, ſic paſsim loquentes. Tertio, quia egò ſubſcribens meis moralibus opinionibus poſſem, & deberem dicere: imò re ipſa dicerem omnes oppoſitas eſſe mihi improbabiles: id autem temerarium abſdubio foret, & iniurioſum; eſſet enim dicere mihi videri eas niti fundamentis, & Authoritate non gravibus.

183 Dices, me non dicere eas niti fundamentis levibus in ſe, & apud alios Authores; ſed tantum apud me. Verum hoc implicatorium omnino eſt. Vel enim iudico earum fundamenta eſſe levia, & non digna, quibus prudenter moveantur homines, & ſic iam deſpicio illa, & deſpicio oppoſitos Authores, vt nitentes motivis levibus, & quæ ſine ſufficienti ratione reputant gravia: quod generaliter dicere de omnibus opinionibus mihi contrarijs temerarium eſt. Vel iudico ea motiva eſſe in ſe gravia, & vt talia prudenter apparere, exiſtimarique ab alijs Authoribus, & ſi ita eſt, iam motiva etiam mihi apparent gravia, & opinio eis nitens apparet probabilis. Eſt ergò implicatorius recurſus ille ad gravitatem motivorum reſpectu aliorum, & non reſpectu mei: id enim eſt apertè dicere, me exiſtimare illa fundamenta indigna Viris doctis, licet ipſis digna videantur; quod certe non dicimus quando noſtram ſententiam præferimus cum

magna & prudenti formidine partis oppoſitæ ob eius fundamenta gravia.

184 Et hinc quarto, quia ſæpe aſſentitur quis cum magna, & prudenti formidine partis oppoſitæ; vt eſt per ſe notum: at hæc magna, & prudens formido actualis debet fundari in gravibus motivis etiam vt talibus reſpectu mei; alioquin ego ex illis formidans forem imprudens, vt patet: ergò etiam reſpectu mei diſſentientis illi parti dantur gravia motiva pro illa. Quintò: nam Iudæi, alijque temerario iudicantes ſe obſequium præſtare Deo perſequentes Apoſtolos tanquam pravos: tamen agnoſcebant pungentem conſcientiam graviſsimè prò eorum innocentia, & pro iniuſtitia perſecutionis: dabat enim conſcientia teſtimonium ſui peccati; alioqui cùm actuali libertate non peccarent: ergò ſtat aſſenſus vnius partis, cum eo quod ſic aſſentienti appareant, & ſint gravia motiva pro oppoſita.

185 Sexto: ego exiſtimo, ex.g. probabilius ſub hac forma, *In nomine Genitoris & Geniti* &c. eſſe validum Baptiſmum; ſed tamen prudenter dubitò de hac veritate, & agnoſco eſſe motiva gravia etiam mihi pro oppoſita: ergò ſtat me adhærere vni opinioni vt probabiliori, & tamen reputare oppoſitam probabilem. Probo evidenter minorem; nam iuxta omnes, & ſi iudicem formam illam veram, debeo hominem ſub illa baptizatum iterum ſub conditione baptizare; quod non liceret, niſi gravia eſſent motiva dubitandi, & aſſentiendi pro oppoſita parte; alioquin imprudenter, & ex levi fundamento repeterem Sacramentum Baptiſmi; idemque patet in alijs Sacramentis. Nec dicas, eſſe pro parte oppoſita fundamenta alijs gravia, non mihi. Contra enim eſt, nam tu ipſe debes baptizare ſub conditione, & non ſolum illi alij: ergò etiam tibi videntur gravia illa fundamenta; alioquin tu non poſſes, quia baptizares imprudenter ob fundamenta levia tibi baptizaturo. Et vrgeo; nam operaturus debet per te exiſtimare prudenter, rem eſſe licitam, quin ſufficiat alios id exiſtimare: ergò ad baptizandum requiruntur fundamenta gravia pro invalido priori Baptiſmo; ea fundamenta debent gravia videri ipſi rebaptizaturo: alioquin non poterit iudicare ſibi licitum eſſe rebaptizare, cùm ſibi non appareant fundamenta illa gravia: Hic autem eſſet error intolerabilis. Et in hunc plane impingunt contrarij: nam eo delapſus Contenſonus, & ſi rigidiſsimus Antiprobabiliſta & Tutioriſta, iudicavit baptizatos à Clerico ſine intentione interna baptizandi,

non

non eſſe iterum ſub conditione rebaptizandos: erat enim Contenſonus in ſententia iam damnata ab Alexandro VIII. de valore Baptiſmi, etiam ſecluſa intentione faciendi quod facit Eccleſia; cùmque illi ſententiæ hæreret; exiſtimabat fundamenta contrariæ eſſe levia, & indigna, vt propter illa repeteretur Baptiſmus. Hæc ſane dicebat conſequenter ad ſua principia, quæ modo explodimus: nam per vos aſſentienti vni parti, non videntur gravia fundamenta oppoſita; cum verò hæc conſequentia ſit penitus erronea, patet evidenter homini probabiliter aſſentienti vni parti, adhuc apparere probabilem oppoſitam, eiuſque fundamenta gravia.

186. Inſtat RR. Thyrſus num 58. ex inſigni, vt ait, loco Magni Parentis Auguſtini lib. 3. contra Creſconium cap. 73. Dixerat contra illum Auguſtinus, ſe probabilius obijcere pro Baptiſmo valido collato à malo Miniſtro: vnde Hæreticus ille Creſconius tanquam victor exultans intulit: ergò fateris, etiam nos id negantes probabiliter loqui, cum *probabilius* ſit comparativum ſupponens oppoſitum, quod ſuperat, eſſe probabile. Contra hanc Creſconij argumentationem inſurgit Auguſtinus oſtendendo exemplis divinis, & humanis aliquando poni comparativum, quin ſupponatur poſitivum, vnde concludit ſe per ly *probabilius*, noluiſſe ſupponere Creſconium etiam probabiliter ſuum errorem defendere: *Cuius* locutionis exemplum (ait cap. 74.) interim mihi ex Apoſtoli Epiſtola occurit, quam ſcripſit ad Hebræos 6.::. *Confidimus autem*, inquit, *de vobis fratres chariſsimi meliora & viciniora ſaluti*. Attendis certe quomodò hic dixerit meliora: non quia bona erant, vt illis devitatis meliora eligerent, & optarent, hoc eſt bona tantis malis contraria::. Pueriles enim (proſequitur Auguſtinus cap. 75.) habent litteræ, ſed non à puero imperito dictum:

Virg. 3. Georg. *Dij meliora pijs errorem que hoſtibus illum*.

„Quomodo ergo meliora pijs, „quaſi bona eſſent iſtis, & non „potius magna mala, qui *Diſciſ„ſos nudis laniabant dentibus „artus*? Sic & ego potui dicere: „Traditionem probabilius vo„bis obijcimus; quamvis eam „vos nobis non probabiliter „*obijceretis*. Inde infert ſic RR. Thyrſus: ergò qui dicit ſuam opinionem eſſe probabiliorem, non propterea dicit oppoſitam eſſe probabilem. Diſtinguo: non di-

 cit

cit ſemper, & neceſſariò quaſi illa vox non poſsit aliter vſurpari: concedo: non dicit regulariter iuxta ſubiectam materiam nego: nam vſus communis comparatiui ſignificat dari poſitiuum, textus elegans in leg. *vbi autem* 75. § *vſque* 2. ff. de verb. obligat. ibi: *cum id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit*, licet aliquando comparatiuum ſumatur pro poſitiuo vt in exemplis adductis à D. Auguſtino, & à RR. Thyrſo ex Daniele 13. ℣. 23. & ex Paulo 1. ad Corinth. 7. ℣. 9.

187 Deinde retorqueo primò, nam Auguſtinus, nec fatebatur tunc opinionem Creſconij eſſe in ſe probabilem, ſed potius imprudentem, & erroneam: tu vero fateris opinionem aliorum Authorum eſſe in ſe probabilem, & etiam ab illis prudenter defenſari: eſt ergò importunus Auguſtini textus. Secundò: Auguſtinus noluit concedere opinionem, vel argumentum Creſconij eſſe probabile, ſed potius id ipſum negavit, nec contentus fuit illius ſententiam probabilius reijciendo, ſed etiam probabilitatem ei negando: ergò quia credebat ſe diſſentientem alicui opinioni non illico declarare illam improbabilem; ſed hoc aliquid maius eſſe, & diviſibile à primo. Tertio: Auguſtinus negat Creſconio probabilitatem ſui erroris; quia putavit ſe nimis illi concedere, ſi fateretur eius ſententiam eſſe probabilem; nempe quia ſic permittebat Fidelibus ei vti probabili adhærere; ſi enim probabilitas ad hoc non ſufficeret, non gravaretur Auguſtinus eam permittere Creſconio: ergò cum eam non permittit, cenſet probabilitatem doctrinæ ſufficere ad eius vſum. Conſtet ergò inſignem locum Auguſtini inſigniter militare contra RR. Thyrſum, contra quem convincit opinionem à me negatam poſſe nihilominus apparere probabilem.

188 Ratio ſumi poteſt ex eodem Auguſtino ibi cap. 75. aiente: *Quia* & probabile „ quando dicitur non conſequẽ„ter eſt verum, cum ea dicun„tur quæ fieri poſſunt, ac ſolent, „ & ideo probantur; hoc eſt ap„probantur, & creduntur, etiam „ ſi facta non *ſint*. Ex quibus arguo: dicere hoc eſt probabile, non eſt dicere eſſe verum, iuxta Auguſtinum, ſed dici, & probari cum fundamento, licet re ipſa obiectum non exiſtat: ergò licet ego opinative pronuntiando meam ſententiam, dicam oppoſitam non eſſe veram, ſeu eius obiectum non ita ſe habere: tamen poſſum dicere eſſe probabilem, ſi video ab alijs cum fundamento probari: at video

ab alijs

Digitized by Google

ab alijs probari, eoſque exiſtimo prudentes eſſe, dum illo fundamento nituntur: oppoſitumque indicare in his apicibus opinabilibus eſſet temerarium, & imprudens: ergò adhuc opinio cum ſuis fundamentis eſt prudens & gravis mihi quamvis diſſentienti.

189 Totumque hoc ad hominẽ oſtendo, contra RR. Thyrſum diſſert. 14. num. 125. qui fatetur, Confeſſarium poſt diligens examen ſentientem contra opinionem pœnitentis, quæ ſit multorum gravium Doctorum, poſſe regulariter loquendo, deponere ſuum iudicium, & abſolvere pœnitentem iuxta eius ſententiam de non reſtituendo, Ex. g. vel de exercendo impoſterum tali, aut tali contractu. Nunc ſic: Confeſſarius deponens ſuum iudicium hic, & nunc non videt plura motiva pro parte oppoſita, iam enim illa expenderat prius, & contra illa ſentiebat: ergò vel aſſentitur opinioni oppoſitæ, & ſic iam prudenter aſſentitur, debetque aſſentiri parti minus ſibi probabili; quod tenaciſsime negas: vel nondum ei aſſentitur, & abſolvit, & ſic iam videt gravia eſſe eius fundamenta, eamque opinionem eſſet probabilem ſibi; nam ſi ſibi non eſſet, & cognoſceretur probabilis; non poſſet illum abſolvere, vt manifeſtum eſt.

190 Iterum ad hominem oſtendo ex RR. Thyrſo tom. 3. Selectarum diſp. 36. num. 32. de pœnitentia: nam ibi tractans caſum moribundi, qui dedit ſigna doloris in abſentia Confeſſarij, docet hunc & ſi Thomiſtam exiſtimantemque cum ſuis, ſe non poſſe, nec debere illum abſolvere: nihilominus poſſe in his circunſtan- ,, tijs. *Quis* (ait) dubitet poſ- ,, ſe eum abſolvere deponendo ,, proprium iudicium, & con- ,, formando ſe cum noſtra opi- ,, nione, quam tot, tam que il- ,, luſtres ſapientia, & pieta- ,, te Viri amplectuntur? Nul- ,, la enim Sacramento irroga- ,, tur iniuria, ſi ob rationes ,, adeo probabiles Proximo tunc ,, periclitanti ſuccurrat benefi- ,, cio *abſolutionis*. Similiter poſtea num. 51. ipſe tenens moribundum, qui nulla doloris ſigna dedit, non eſse abſolvendum: tamen ab authoritatem Doctorum, docet in dubio illo negativo, poſse illum abſolvere. & num. 56. diſtinguit opinionem ſpeculativam, quam dicit habere tenuem probabilitatem: & tamen ſubdit: ,, *prima* opinio ſpeculativa ,, exiguam habet probabilita- ,, tem. Cæterum hæc exigua ,, probabilitas ſufficiens funda- ,, mentum eſt, vt quis iudi- ,, cet, ſe poſſe licite impen-

„ dere abſolutionem tali mo- „ ribundo ſub conditione ; ac „ proinde hæc opinio practice „ probabilitatem habet. Hæc ille iam tunc obfirmatus Antiprobabiliſta : ſed tamen fatetur hominem poſſe deponere ſuam opinionem ſibi probabiliorem, & practicare licite oppoſitam : ergò quia non obſtante ſua ſpeculativa opinione contraria, poteſt vel aſſentiri oppoſitæ, vel efformare iudicium practicum de licito vſu illius : quæ plane deſtruunt præſentem eius doctrinam, oſtenduntque contra illum ; me aſſentientem propriæ opinioni adhuc reputare oppoſitam vt mihi probabilem, & nixam fundamentis gravibus, non ſolum alijs, ſed etiam mihi. Similiter probat quod quando poteſt homo iudicare prudenter illicitum eſſe quod agit, tamen illud agendo non peccat ; id autem eſt contra principium ab illo ſtatutum ſæpiſsime.

191 Dices, me cognoſcere ea fundamenta eſſe gravia alijs ; non vero mihi. Sed contra evidenter : quia eſſe gravia mihi nil aliud eſt, quam mihi etiam nunc videri gravia, & ſufficientia, vt non obſtantibus meis in contrarium, moveatur ex illis homo prudens: at hoc hic, & nunc iudico, & video : ergò ea ſunt mihi etiam nunc gravia. Contra item, quia ex proxime dictis conſtat talia eſſe ea fundamenta, vt ipſe aliter ſentiens poſsit deponere ſuum iudicium, & vti in praxi oppoſita ſententia : ergò cognoſcit etiam ſibi eſſe gravia in ordine ad praxim.

SECTIO XIX.

Confutatur alia Reſponſio, & vlterius probatur noſtra aſſertio.

192 Reſpondent ſecundo opinionem cõtrariam, & motiva eius gravia exiſtere in me tantum obiectivè, vt cognita ſignate; non tamen exiſtere in me formaliter, & exercite : quia ego non aſſentio ex illis motivis, nec enuncio talem ſententiam de licito contractu, Ex. g. hoc autem dicunt requiri, vt ego licite eum exerceam. Sed contra primo : quia ex modo dictis, poſſum deponere meum primum aſſenſum, & elicere ſecundum de licito ad vitandum meum peccatum: ſicuti depono iudicium de non abſol.

abſolvendo moribundo illo, vt illum licite abſolvam, & eius æternam damnationem evitem. Contra ſecundo, quia ſi non obſtante mea opinione, meiſque motivis cognoſco, & ſincere affirmo eam prudenter,& ex motivis etiam in mea exiſtimatione gravibus aprobari ab alijs vt probabiliorem, id ſufficit, vt ego omnibus hinc inde conſideratis prudenter formidem, ne mea opinio ſit falſa, & oppoſita vera: tum quia veritas non eſt magis alligata meis probabilioribus, quam alijs: tum quia ſæpe probabiliora ſunt falſa, ex Ariſtotele: tum quia nimia adhæſio meis opinionibus in rebus hiſce dubijs, & vtrinque probabilibus; iam eſt manifeſta imprudentia, & proprius mei ipſius amor, & vergit in contemptum aliorum: ergò ex his motivis prudentiſsime poſſum meum aſſenſum ſuſpendere: at vbi poſt cuncta hinc inde mature conſiderata, poſſum prudenter ſuſpendere aſſenſum circa illicitum contractus: habeo ignorantiam invincibilem legis prohibentis excuſantem, à peccato.

193 Probatur hoc primo ex Divo Antonino 1. p. ſummæ tit. 13. cap. 10. §. 10. vbi cum Guillermo ait in apicibus iuris vbi dubitant etiam Sapientes excuſabilis eſt ignorantia. Et vlterius, quod inter duram, & benignam opinionem, benigna eſt cæteris paribus interpretatio facienda: tunc autem ſunt cætera paria ſimpliciter, quando prudenter ſuſpendit Vir doctus iudicium ob qualitatem motivorum fere æqualem, nam inæqualitas parva pro nihilo reputatur, nec tollit æqualitatem moralem, & ſimpliciter talem, vt notum eſt. Probatur item ex D. Thoma ſupra, vbi ſupponit hominem inter has opiniones Magiſtrorum conſtitutum poſſe habere certitudinem de eo quod non peccet, ita vt non inducatur in dubitationem: Id autem non ſtat ſine recurſu ad præſentem ignorantiam invincibilem, vt ibi expendimus. Probatur item tertio, quia hanc ignorantiam eſſe invincibilem docent cum Exim. Doctore, & omnibus Sapientiſsimis, ac pijſsimis Doctoribus præcedentis ſæculi, reliqui etiam fere omnes contra paucos alios: cur ergò non reputetur invincibilis? Cur Theologus, aut Confeſſarius communis non licite conformetur cum illis, deponatque ſuam propriam exiſtimationem?

194 Quarto, quia in tali caſu ſum in æquali, aut fere æquali periculo addendi, aut detrahendi aliquid divinæ legis; quorum vtrumque eſt peccatum;

tum, & Deo maxime diſplicens: ergò licet ob motiva mihi veroſimilia poſsim prudenter dicere ſpeculative contractum eſſe illicitum; tamen non debeo practice, & firmiter ſtatuere hoc eſſe illicitum, nec determinatè me, & alios onerare lege, de qua omnibus inſpectis non poſſum dicere firmiter, quod potius datur, quam non datur: ſed prudenter poſſum hærere inter vtrumque extremum.

195 Atque hinc ſolvitur argumentum, quo RR. Thyrſus ait diſſert. 6. num. 5. ſe convinci. Nam ſi mihi probabilius apparet contractum eſſe illicitum, poſſum prudenter iudicare eſſe illicitum, & obiective malum: ergò ſi in his circunſtantijs contraho facio deliberate rem obiective malam, & pecco, quamvis mille reflexiones faciam. Probat conſequentiam, quia in eo caſu ignorantia legis non eſt invincibilis; ignorantia enim invincibilis talis eſt, quam ego invitus habeo, quam nullo ſtudio, diligentia, & inquiſitione morali ſuperare poſſum: at in dicto caſu faciliime, ſine labore vllo, imò cum pondere, & inclinatione motivorum prævalentium poſſum affirmare exiſtentiam legis prohibentis contractum: ergo eius legis ignorantia non eſt invincibilis, atque adeo contra illam de libertate agit, qui ſic contrahit.

196 Sed certe miror Hominem doctum hoc argumento fuiſſe convictum, & coactum ad deſerendam doctrinam omnium ſuorum Jeſuitarum, atque etiam cæterorum Theologorum. Ipſe enim nunc proxime fatebatur Theologum probabilius antecedenter iudicantem illicitam eſſe moribundi abſolutionem; poſſe hic, & nunc licite, & prudenter deponere ſuum iudicium, & abſolvere. En per te non peccat, & ſi antecedenter poſsit prudenter iudicare (ſpeculative nimirum) abſolutionem eſſe illicitam: ergò quia adhuc lex prohibens abſolutionem non eſt intimata ſufficienter, ſed ignorata inculpabiliter. Deinde, ſi poſſe antecedenter exiſtimare prudenter actionem eſſe illicitam, ſufficit vt lex prohibens ſit ſufficienter intimata, & ſcita abſque recurſu ad ignorantiam invincibilem, nullo præcepto humano cogi poſſum ad mutandum hoc iudicium, ad quærendas rationes pro oppoſito, ad immutandum talem ſtatum, ac tandem ad ponendam actionem contra quam habeo intimatam legem Divinam. Certe nul-

te nulla authoritas humana me cogere poteſt, vt ego deliberate & voluntarie ignorem divinam legem iam cognitam, & vt quæram rationes contra illam. At per te adhuc in eo caſu ad hoc obligari poſſum per præceptum humanum: ergò & ſi antecedenter poſsim prudenter dicere dari eam legem, adhuc ea lex non eſt mihi ſufficienter intimata; ſic enim prævaleret neceſſario contra omnem authoritatem humanam ſubſequentem: maxime cum præceptum ſubſequens non immutet probabilitatem opinionis ſpeculativæ circa contractum ſecundum ſe intrinſece, vt ſupra clariſsime demonſtratum eſt.

197 Vlterius: cooperari libere actioni alterius quam video eſſe intrinſece turpem, & prohibitam divina lege mihi ſufficienter intimata, peccaminoſum eſt: ergò ſi ego probabilius exiſtimo contractum, vel non reſtitutionem eſſe prohibitam, non poſſum abſolvere pœnitentem ex oppoſita opinione ſibi probabiliore volentem contrahere, & non reſtituere. Probo conſequentiam: Sic enim cooperor ad eius contractum, & non reſtitutionem contra quam ſtat lex Dei mihi intimata, & non excuſabiliter ignorata: Quis enim dubitet, Confeſſarium concurrere, & facere, & ſua abſolutione approbare licitum vſum talium operum, & quidem potiori iure, quam ſi expreſſe diceret ea opera eſſe licita ſecundum ſe: nam re ipſa dicit pœnitenti eſſe licita illi, hic & nunc, cum tamen dicat, & ſentiat eſſe illicita abſolute. Vbi evidenter vides poſſe hominem dicere hic contractus eſt illicitus ſecundũ ſe,& ſimul dicere, hic contractus eſt hic & nunc licitus huic perſonæ; nam id dicit Confeſſarius abſolvens contra propriam opinionem; & ita abſolvere poteſt iuxta P. Thyrſum; cum tamen ipſe toties contendat idem eſſe dicere, hic contractus eſt illicitus, ac dicere eſt illicitus huic & illi, & reliquis Perſonis: quin detur diſcrimen inter dictamen ſpeculativum, & practicum.

198 Iam alijs omiſsis, reſpondeo, eum qui proxime antecedenter poteſt prudenter iudicare contractum eſſe illicitum ſecundum ſe, non ex hoc præciſſe habere legem ſufficienter intimatam; ſed vlterius requiri, quod non cognoſcat eſſe probabilem, & gravem contrariam opinionem excuſantem contractum: ſicuti, & quod non detur præceptum Superioris: quod nõ ſit expediens ad æternam proximi ſalutem, vt in caſu moribundi. Vnde dico in dicto caſu dari ignoran-

tiam

tiam invincibilem legis, non quidem pure negativam pro non advertentia ad legem: (talis enim nec datur quando probabilius lex directa negatur) ſed ignorantiam probabilem, quatenus adhuc poſt diligens examen, negant alij eam legem, & quidem probabiliter & prudenter vt video, & fateor, ac me ipſo iudice: cum igitur debeam prudenter præſumere, non potius meam quam aliorum probabilitatem, aut probabilioritatem attingere verum; inde fit quod in caſu probabilitatis vtrinque certæ non debeam præſumere practice, & proxime contractum eſſe prohibitum, & illicitum mihi hic, & nunc, ſed potius licitum ſaltem peraccidens, quia nec per ſtudium, nec per diligentiam poſſum depellere illum ſtatum legis probabiliter, & prudenter negabilis, & negatæ.

199 Nec obſtat, quod ego ex motivis mihi probabilioribus poſſim prudenter ſpeculative dicere legem prohibentem contractum dari: nam cum ſimul poſſim habere prudentem formidinem contra illam ob motiva, quæ me iudice gravia ſunt, & alijs videntur graviora; fit inde me iſtum ſtatum conſiderantem non poſſe prudenter, & practice reſolvere legem hic, & nunc eſſe mihi intimatam, reddereque contractum in his circumſtantijs mihi illicitum, ſed potius permiſſum. Vnde concedimus, quod homo in eo caſu poſſit dicere prudenter, contractus ſecundum ſe eſt illicitus: negamus tamen quod debeat aut poſſit dicere prudenter, contractus etiam in his circunſtantijs eſt mihi illicitus: ſed potius dicere prudenter debet eſſe licitum ſaltem peraccidens ex ignorantia probabili legis directæ non intimatæ. Vnde argumentum totum P. Thyrſi procedit ex æquivocatione, qua confundit iudicium ſpeculativum rei ſecundum ſe, cum iudicio practico eiuſdem rei in his circunſtantijs: quæ quidem iudicia ille diſtinguere non vult: eſſe tamen diſtinguenda, & omnino diverſa conſtitit ſuprà ex Divo Thoma, cum Caietano & Doct. Navarro; & nunc proxime probatum eſt ex ipſo RR. Thyrſo.

SECTIO XX.

Alterum argumentum pro noſtra ſententia: Vbi an contraria ſit tuta in praxi, & multis peccatis formalibus obnoxia?

200 SIC Arguo: per vos licitum eſt ſequi opinionem probabiliorem, ſaltem

his quibus probabilior videtur: ſed nobis poſt diligens examen videtur probabiliùs contractum in caſu opinionis illum probabilitèr excuſantis, eſſe practicè licitum: ergò debetis fateri nobis licitum eſſe. Reſpondent nos in tali caſu non poſſe formare conſcientiam rectam, quia reclamat conſcientia noſtra, oſtendens probabiliùs contractum illum eſſe illicitum, aut de hoc dubitans: vndè dicunt pœnitentem, qui vtatur noſtra ſententia non eſſe bene diſpoſitum, & illi vti bonam conſcientiam non habenti negandam eſſe abſolutionem: ità RR. Thyrſus diſſert. 14. à num. 126. & clariùs Munieſſa pag. 314.

201 Sed ego non ſatis credo oculis meis cum talia video: ita enim ſibi deferunt iſti Authores; ità ſuo iudicio adhærent, vt non dubitent aſſerere ſe non abſoluturos pœnitentem qui ſe dirigeret per doctrinam omnium fere Thomiſtarum, & Scotiſtarum, & Jeſuitarum, P. Suarez, Ex.g. Cardinalis de Lugo, Thomæ Sanchez, Bæticæ meæ ornamentorum immortaliũ. Hæc autem àn ſit temeritas intolerabilis: Definiãt alij. Interim audiant Magiſtrum Fr. Thomam de Mercado (magni habitum Theologum Moralem apud Salmanticenſes & Dominicanos) qui lib. *de Tratos, y Contratos* (Typis excuſſo anno 1569.) cap. 5. in fine, hoc ſapientiſsimum conſiliũ noſtro hiſpano idiomate ſuggerit.

„ *Es*, que dado tenga el Confeſ-„ſor vna opiniõ, y la defienda no „regle por ella al Penitente, ſi „no quiere ſer reglado, ni ſeguilla, y la que ſigue es probable, „y tiene ſus razones, fundamentos, y Autores: baſta aconſejarle lo que tiene por mas cierto, ò mas le agrada; pero ſi al „Penitente le deſagrada, y lo „que haze ſe puede hazer, y lo „aprueban muchos Autores „aprobados; gran tochedad, y „arrogancia ſeria, por que èl lo „repruebe, no abſolvelle, ſino „deſiſte de ello. Aviendo en vn „contrato por vna parte, y por „otra opiniones buenas entre „doctos, cada vno es libre para „ſeguir la que eſcogiere. Lo „meſmo en ſuſtancia entiendo, „quando fuera de confeſsion ſe „propone al Theologo vn negocio; que ſi por entrambas „partes ay opiniones, y lo vno, „y lo otro ſe puede hazer, y ſeguir ſin peligro (dado que èl „aya eſcogido vna de ellas por „mas probable) no debe atar „con ella al que pregunta, ſi no „dezirle de plano ſu parecer; „aviſandole que haziendo lo „contrario no es pecado, porque ay muchos Doctores que „lo tienen por licito. Tengo „eſte conſejo por muy *importante &c.*

Ex

202 Ex illis enim fit primò, omnes ſimiles pœnitentes peſsimas feciſſe confeſsiones, & miſere deceptos fuiſſe à Viris illis clariſsimis, quos & non alios Magiſtros, & myſteriorũ Dei diſpenſatores, tunc habebat Eccleſia: vnde plane hæc fuiſſet tunc temporis à Chriſto Sponſo amantiſsimo deſtituta, quod nefas eſt dicere. Deinde licèt P. Eſtrix in ſua Logiſtica prope finem doceat, illicitum eſſe vti opinione minus probabili, licitum tamèn eſſe Magiſtris docere, talem vſum non eſſe peccaminoſum: tamèn id paradoxum apertiſsimum eſt: ideoque vel ipſe Munieſſa dubitat (ſponte tamèn, & ſine dubitandi fundamento) àn ea doctrina ſit eiuſdem P. Eſtrix. Certum itaque eſt Magiſtrum docentem, & ſua reſolutione firmantem vsũ illum concurrere moralitèr ad illum: imò certiſsimum eſt, ipſum ſic reſolventem, aſſerere licitum eſſe talem vſum non ſolum homini interroganti, ſed omnibus hominibus, & ſibi ipſi, lex enim eſt communis omnibus in his circunſtantijs.

203 Hinc vero fit ſecundo: omnes illos Theologos quamvis conſulentes iuxta ſententiam ſibi poſt diligens examen veriſsimam, tamèn cooperatos fuiſſe innumeris peccatis, & re ipſa non formaſſe veram conſcientiam, cum reclamaret intra eorum præcordia ſententia illis probabilior de illicito contractu ſecundum ſe; quem tamen ob oppoſitam probabilitatem dicebant licere. Hæc autem ſequela, non eſt admittenda à Viris cordatis & catholicis vt poté quæ placitura ſupramodum eſſet Lutheranis ad probandum falſitatem Eccleſiæ Catholicæ à Deo tandiu relictę. Nec ab his probrijs contra Catholicos abſtinuere Hęretici, præſertim Batavi, & Janſeniani, quibus gratiſsimus fuit hic Antiprobabiliſtarum conatus contra tot Catholicos; fortè vt ex eo evincerent Societatem Jeſu, alioſque Sacros Ordines fuiſſe Mundo pernicioſos, & fructum ab eis obtentum, & ab omnibus Catholicis celebratũ, fuiſſe phantaſticum; imò verò animas in æternam mortem ſua hac doctrina familiari præcipitaſſe. Ex quibus fit tertio: Antiprobabiliſtas non poſſe abſolvere Illuſtriſsimos Magiſtros & Epiſcopos ex Dominicanis & Franciſcanis, & ex Jeſuitis meum Grannatenſem Suarez, Hiſpalenſem Cardinalem de Lugo, Cordubenſem Sanchez, P. Vazquez, Venerabilemque P. Ludovicum de la Puente, alioſque Sanctiſsimos, niſi priùs retractarent, & de ſuis libris; & manuſcriptis delerent ſuam de hac re opinionem, vtì inducentem in plura peccata formalia: hoc autem dicere, ſummam te-

me-

meritatem & audaciam eſſe quis non videat? Vndè oportunè cum Auguſtino lib. 1. de peccatorum meritis & remiſsione. Cap. 36. „ nobis fas erit exclamare: *Di-„ cant* iſta qui auſi fuerint, au-„ diant qui voluerint, credant „ qui potuerint. Ego autem puto „ quod omnes quorum mentes „ non obnubilat defendendæ „ ſuæ ſententiæ pervicacia, hæc „ ſentire non *poſſunt.*

204 Quicunque itaque voluerit hæc monſtra, prorſus hæretica, & infanda devorare, neceſsè eſt fateatur homines conſulentes & ad praxim deducentes noſtram ſententiam communem de vſu licito opinionis æquè aut minus probabilis potuiſſe ſibi formare bonam, & practicam conſcientiam ab omni peccato excuſantem: ſi autèm hoc ità eſt: ergò nos quibus longè probabilius eſt licitum eſſe in eo caſu vſum opinionis æquè, aut minùs probabilis, rectè, & ſine peccato docemus & operamur: Probatur conſequentia; quod liceat operari iuxta opinionem probabiliorem, eſt opinio probabiliſsima apud Contrarios: at ex definitione Eccleſię licitũ eſt operari iuxta opinionem probabiliſſimam: ergò id licitum eſſe, probabiliſsimum, imò & reflexe certiſsimum eſt.

205 Iam verò vt conſtet noſtram ſententiam tutiſsimam in praxi eſſe: oppoſitam verò (vt arguimus) valdè periculoſam; recolendum eſt quod ſupra tetigimus: ſcilicet Adverſarios falſo, & inconſequenter reſpuentes omnem reflexionem ſupra ſtatum opinionis ſpeculativæ vtrinque probabilis, ad formandum vltimum dictamen certum de licito operationis exercendæ, aſſerere primo vnicuique ſufficere quod poſt diligens examen factum abſque paſsione, & culpa iudicet notabilitèr probabilius contractum, Ex.g. non eſſe in ſe vſurarium, vt illum ſtatim operetur: Secundo, vix, aut rariſsimè poſſe hominem eſſe certum de eo quod fecerit ſufficiens examen abſque paſsione, & culpa. Tertio, hoc non obſtante abſque vlteriori recurſu, & reflexione ſupra hunc ſtatum, & ſupra ignorantiam invincibilem, aut non intimationem legis, ſi fortè detur; vel ad poſſeſsionem libertatis, poſſe hominem erumpere in cõtractum, imò & debere erumpere cum tremore, & timore nè peccet, iuxta illud Apoſtoli: *Cum tremore, & timore veſtram ſalutem operamini*, prout obijciebat Munieſſa ſupra.

206 Verùm doctrinam iſtam eſſe in praxi valdè periculoſam oſtendo primo: iudicium opinativum probabilius de eo quod contractus non ſit vſurarius, & peccaminoſus, non facit

cit intellectum certum de eo quod non ſit vſurarius, & peccaminoſus in ſe, & hic, & nunc; ſed efficere id de quo incertum mihi eſt, ſeu certum non eſt, an ſit peccatum, iàm eſt peccare: ergò efficere contractum cum eo ſolò iudicio opinativo, eſt peccare. Conſequentia liquet: Præmiſſæ autèm probantur evidentèr, & primo Maior: Tum quià iudicium opinativum, & ſi probabilius non certificat intellectum de ſuo obiecto; ſtultus enim foret, qui diceret: ego probabilius affirmo contractum in ſe habere talia intrinſeca prædicata: ergo ſum certus de ea veritate: affirmaret enim iudicium opinativum, & indifferens ad veritatem, & falſitatem, non eſſe opinativum, fallibile, & indifferens ad falſitatem, ſed determinatum ad veritatem. Tum quià, indicia Viris Doctis probabiliora ſæpiſsime ſunt falſa, vt evidens eſt in opinionibus innumeris, in quibus ſibi contradicunt Authores: nàm eorum media pars fallitur in ſuo iudicio probabiliori ſibi ipſis: quod nàm autèm privilegium habet meum iudicium mihi probabilius, ne ſæpiſsime fallatur; ſicuti iudicia aliorum ipſis probabiliora falluntur: aut quare prudentèr hic, & nunc non timebo, ne fortè fallar? Ergò iudicium probabilius opinativum de non vſurario contractu, non me relinquit certum, ſed potius incertum de hoc, quinimo eo ſtante, ſi prudens ſim & non obſtinatus debeo inſurgentibus motivis pro parte oppoſitá (vt ferè ſemper occurrunt) de hoc quod iudico formidare, & incertus eſſe.

207 Minor autem eſt apud Theologos explorata, & traditur expreſsè ab Magno Parente Auguſtino lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 5. aiente: *efficere id quod incertum eſt, àn ſit peccatum, certum eſt peccatum*: Si ergò homo per iudicium opinativum adhuc non eſt certus, ſed prudentèr formidans, aut certè potens prudentèr formidare ob motiva in contrarium non levia, nec deſpicienda, niſi temerario, àn contractus ſit in ſe ipſo, & in his circunſtantijs vſurarius, & quod (iuxta contrarios idem eſt) formalitèr peccaminoſus; evidenter infertur hominem nihilominus operantem abſque alio recurſu, & notitia alterius principij practici, & reflexi, formalitèr peccare, & legem Dei contemnere. Quod adeò conſpicuum eſt, ait RR. Thyrſus diſſert. 7. num. 60. vt Philoſophi Gentiles id aſſecuti ſint: *Quo circa* (inquit Tullius lib. 1. offic.) *Bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites æquum ſit, àn iniquum.*

SECTIO XXI.

Reſponſio Munieſſæ refellitur.

208 HOC Argumentum, quod nobis cum P. Moya, Cardenas, Terillo, & alijs videtur manifeſtiſsimum, deſpicitur, & ferè exibilatur à Munieſſa pag. 38. tanquam ratiuncula plena miſeris æquivocationibus; quę cum legerem, expectabam ſolutionem ſplendidiſsimam, & fortunatiſsimam; ſed tanta ſpe fruſtratus illico ſum; nil enim reperi niſi verba inaniſsima, prolapſioneſque homine ſic loquente, & obloquente planè dignas. Reſpondet itaquè tota ſtimulatione ſecunda: aliud eſſe me non peccare, aliud, me eſſe certum non peccare. Sed contra, nàm licet amens, dormiens, vel inculpabiliter non advertens, nec dubitans de malitia, non peccet nil cogitando, nec reflectendo circa non peccatum; at qui incipit dubitare de malitia contractus, & gravibus hinc inde fundamentis trahitur; certè ſi non depellit prudentem formidinem de malitia, peccat contrahendo, vt eſt evidens; adhuc enim eſt incertus, àn opus exercendum ſit vſurarium; & opus factum cum hac incertitudine, eſt certum peccatum, vt nunc aiebat Auguſtinus: at judicium opinativum de non vſurario, non tollit illam prudentem formidinem de vſurario ob motiva oppoſita: imò cum iudicio opinativo ſemper, & fere ſemper coexiſtit: ergò ſic iudicans, formidans, & operans peccat: facit enim id de quo incertum illi eſt àn ſit vſurarium: ergò licet aliquando non peccet, qui non eſt certus, aut incertus de non peccato, ſed ab eo præſcindit ex inadvertentia; tamen in caſu dubitationis exorientis, peccat, qui non acquirit certitudinem excludentem prudentem formidinem de oppoſito. Vndè ſolutio eſt extra caſum, & propoſitum, in quo loquimur cum Auguſtino de homine advertente ad malitiam fortè latentem in opere exercendo.

209 Secundo reſpondet num. 37. eum, qui operatur cum iudicio, ſeu perſuaſione formidoloſa non habere bonam fidem, ſeu conſcientiam excuſantem à peccato, niſi vincat prudentem eam formidinem: quando autem homo ex motivis præponderantibus pro contractu non vſurario, ſic iudicat, vincit prudentèr formidinem de oppoſito, & ſic non peccat ſtatim contrahendo. Sed contra: hallucinatur enim miſerrimè non diſtinguens opi-

Digitized by Google

opinionem prudentem ſpeculativè, ſeu prudentiam ad aſſentiendum, & prudentiam requiſitam ad operandum. Ad aſſentiendum prudenter, non obſtante formidine, & motivo in contrarium, ſufficit motivum mihi veriſimilius pro hac parte, nec enim eſt imprudentia aſſentire probabiliter obiecto, cum timore prudenti, ne aliter ſe habeat. At prudentia requiſita ad operandum, & ad non peccandum, petit, ne egò prudenter timeam ne forte hic, & nunc peccem; alioquin facio id de quo incertus ſum àn ſit peccatum, & conſequenter peccò iuxta Auguſtinum.

210 Vrgeo primo: nàm homo aſſentiens ex motivis veroſimilioribus vincit oppoſitam formidinem, & quidem prudenter, prudentia excuſante aſſenſum ab imprudentia: id enim concedimus Munieſſæ. Sed hoc planè non ſufficit, vt vincat prudenter formidinem prudentem de vſura contractus: prudentia enim ad aſſentiendum opinativè vni veritati, non ſufficit vt homo ſtatim iuxta illum aſſenſum prudenter operetur. Sic Parochus ex motivo ſibi probabiliori, adeoque prudenter, iudicat valere Baptiſmum *in nomine Genitoris*: vel ſub alia forma, aut materia ſibi probabilius valida; & tamen illud iudicium vincens prudenter formidinem de oppoſito, non ſufficit vt baptizet ſub illa forma, & vt operetur prudenter vincendo formidinem, ne forte ſit invalida, quinimo eſſet imprudentiſſimus vincendo practicè, ſeu operando cum tali formidine. Id patet etiàm in Medico, qui probabilius prudenterque iudicat hoc remedium profuturum, & licet prudenter vincat formidinem contra hunc aſſenſum; tamen imprudens eſſet applicando illud remedium relicto certo. Fallitur ergò evidenter Munieſſa dum ſic diſcurrit, homo ex motivis probabilioribus prudenter vincit formidinem in aſſentiendo: ergò etiàm prudenter vincit formidinem in operando. Ratio eſt, quià ſicut prudenter aſſerit, licet ſe exponat periculo proximo aſſentiendi falſo: ità prudenter operaretur, licet ſe exponeret periculo proximo peccandi, quod eſt falſiſſimum apud omnes: at non habet maiorem certitudinem de non facto peccato, niſi quam dat illud dictamen de non vſura contractus: ergò ſicut aſſentiens, aſſentitur prudenter cum periculo proximo, & formidine prudenti falſi; ita operaretur prudenter cum periculo proximo, & formidine prudenti peccati.

211 Dicit ibi Munieſſa: *Quod iudicium opinativum non expellat timorem de peccato materiali inevitabile eſt in hoc ſtatu*; & ſtatim ſubdit, non

Digitized by Google

eſſe de ratione iudicij opinativi eſſe actualiter formidoloſum; licet ſit capax actualis formidinis. Quid dicis: Si inevitabile eſt quod non expellat eum timorem pro hoc ſtatu: ergò de natura talis iudicij ſaltem phiſyce eſt, quod non expellat,ſed coniungatur cum actuali formidine peccati materialis. Prætereà licet formido illa impediri divinitus poſſit, tamèn naturaliter, vel ſaltem frequenter inſurgit; poteſtque homo; imò per vos, ex precepto, aut conſilio Divi Pauli debet prudenter formidare: at hominem elicere contractum, quando formidat prudenter, aut formidare poteſt,& debet, àn ſit vſurarius, & Deo diſplicens, eſt peccare, tunc enim incertum eſt, àn homo peccet: ergo peccat.

212 Sed dicit:ea formido eſt de peccato materiali. O bene! Ergo tunc non habet formidinem prudentem de peccato formali: ergò datur aliquod principium excludens illam formidinem, vi cuius homò poteſt hic, & nunc certificari, & certificatur de eo quod formaliter non peccet:at quod excludit omnem prudentem formidinem de peccato formali, eſt certitudo de non peccato formali: ergò iàm homo tunc habet certitudinem de non peccato formali: falſo ergò,& inconſequenter negas contra Moyam, Terillum, Cardenas ſequutos Doctorē Eximium, falſo inquam negas, quod requiratur ad bene operandum certitudo de non peccato formali in opere hic, & nunc exercendo: nec enim hi requirunt certitudinem de non peccato materiali, ſed de formali. Item: ergò aliud eſt formidare de peccato materiali, aliud de formali; aliud de contractu ſecundum ſe; aliud de illo, vt hic, & nunc, & in ordine ad offendendum Deum: aliud directe de contractu; aliud reflexe ſub his circunſtantijs.Hæc autem deſtruere principia contrariorum patet ex dictis.

213 Vrgeo: vel ſemper àc homo habet iudicium probabilius opinativum de contractu non vſurario, habet certitudinem de non peccato formali: & ſic cum tu requiras ſemper tale iudicium; iàm requiris certitudinem de non peccato formali ad operandum licite: vel ſtante tali iudicio poteſt homo adhuc prudenter formidare de peccato formali;& ſic licite operabitur homo quando incertus eſt àn quod agit ſit peccatum; quando de hoc prudenter formidat, quando ſe exponit periculo, prudenter formidando de formali peccato: totum autem hoc eſt evidenter contra Auguſtinum & alios Theologos.

214 Dicit num. 49. ſtante illo iudicio probabiliori de

Digitized by Google

opinionem prudentem ſpeculativè, ſeu prudentiam ad aſſentiendum, & prudentiam requiſitam ad operandum. Ad aſſentiendum prudenter, non obſtante formidine, & motivo in contrarium, ſufficit motivum mihi veriſimilius pro hac parte, nec enim eſt imprudentia aſſentire probabiliter obiecto, cum timore prudenti, ne aliter ſe habeat. At prudentia requiſita ad operandum, & ad non peccandum, petit, ne egò prudenter timeam ne forte hic, & nunc peccem; alioquin facio id de quo incertus ſum àn ſit peccatum, & conſequenter peccò iuxta Auguſtinum.

210 Vrgeo primò: nam homo aſſentiens ex motivis veroſimilioribus vincit oppoſitam formidinem, & quidem prudenter, prudentia excuſante aſſenſum ab imprudentia: id enim concedimus Munieſſæ. Sed hoc planè non ſufficit, vt vincat prudenter formidinem prudentem de vſura contractus: prudentia enim ad aſſentiendum opinativè vni veritati, non ſufficit vt homo ſtatim iuxta illum aſſenſum prudenter operetur. Sic Parochus ex motivo ſibi probabiliori, adeòque prudenter, iudicat valere Baptiſmum *in nomine Genitoris*: vel ſub alia forma, aut materia ſibi probabilius valida; & tamen illud iudicium vincens prudenter formidinem de oppoſito, non ſufficit vt baptizet ſub illa forma, & vt operetur prudenter vincendo formidinem, ne forte ſit invalida, quinimo eſſet imprudentiſſimus vincendo practicè, ſeu operando cum tali formidine. Id patet etiàm in Medico, qui probabilius prudenterque iudicat hoc remedium profuturum, & licet prudenter vincat formidinem contra hunc aſſenſum; tamen imprudens eſſet applicando illud remedium relicto certo. Fallitur ergò evidenter Munieſſa dum ſic diſcurrit, homo ex motivis probabilioribus prudenter vincit formidinem in aſſentiendo: ergò etiàm prudenter vincit formidinem in operando. Ratio eſt, quià ſicut prudenter aſſerit, licet ſe exponat periculo proximo aſſentiendi falſo: ità prudenter operaretur, licet ſe exponeret periculo proximo peccandi, quod eſt falſiſſimum apud omnes: at non habet maiorem certitudinem de non facto peccato, niſi quam dat illud dictamen de non vſura contractus: ergò ſicut aſſentiens, aſſentitur prudenter cum periculo proximo, & formidine prudenti falſi; ita operaretur prudenter cum periculo proximo, & formidine prudenti peccati.

211 Dicit ibi Munieſſa: *Quod iudicium opinativum non expellat timorem de peccato materiali inevitabile eſt in hoc ſtatu*; & ſtatim ſubdit, non

eſſe

Digitized by Google

eſſe de ratione iudicij opinativi eſſe actualiter formidoloſum; licet ſit capax actualis formidinis. Quid dicis? Si inevitabile eſt quod non expellat eum timorem pro hoc ſtatu: ergò de natura talis iudicij ſaltem phiſyce eſt, quod non expellat, ſed coniungatur cum actuali formidine peccati materialis. Præterea licet formido illa impediri divinitus poſſit, tamèn naturaliter, vel ſaltem frequenter inſurgit; poteſtque homo; imò per vos, ex præcepto, aut conſilio Divi Pauli debet prudenter formidare: at hominem elicere contractum, quando formidat prudenter, aut formidare poteſt, & debet, àn ſit vſurarius, & Deo diſplicens, eſt peccare, tunc enim incertum eſt, àn homo peccet: ergo peccat.

212 Sed dicit: ea formido eſt de peccato materiali. O bene! Ergo tunc non habet formidinem prudentem de peccato formali: ergò datur aliquod principium excludens illam formidinem, vi cuius homo poteſt hìc, & nunc certificari, & certificatur de eo quod formaliter non peccet: at quod excludit omnem prudentem formidinem de peccato formali, eſt certitudo de non peccato formali: ergò iàm homo tunc habet certitudinem de non peccato formali: falſo ergò, & inconſequenter negas contra Moyam, Terillum, Cardenas ſequutos Doctorē Eximium, falſo inquam negas, quod requiratur ad bene operandum certitudo de non peccato formali in opere hìc, & nunc exercendo: nec enim hi requirunt certitudinem de non peccato materiali, ſed de formali. Item: ergò aliud eſt formidare de peccato materiali, aliud de formali; aliud de contractu ſecundum ſe; aliud de illo, vt hic, & nunc, & in ordine ad offendendum Deum: aliud directe de contractu; aliud reflexe ſub his circunſtantijs. Hæc autem deſtruere principia contrariorum patet ex dictis.

213 Vrgeo: vel ſemper àc homo habet iudicium probabilius opinativum de contractu non vſurario, habet certitudinem de non peccato formali: & ſic cùm tu requiras ſemper tale iudicium, iàm requiris certitudinem de non peccato formali ad operandum licite: vel ſtante tali iudicio poteſt homo adhuc prudenter formidare de peccato formali; & ſic licite operabitur homo quando incertus eſt àn quod agit ſit peccatum; quando de hoc prudenter formidat, quando ſe exponit periculo, prudenter formidando de formali peccato: totum autem hoc eſt evidenter contra Auguſtinum & alios Theologos.

214 Dicit num. 49. ſtante illo iudicio probabiliori de

de contractu non vſurario; hominem operantem non ſe exponere periculo proximo peccandi, ſed remoto. Sed fallitur evidenter: nàm aſſentiens opinativè ſe exponit periculo proximo errandi in tali iudicio, quamvis probabiliori; quià frequentiſsime id evenit ſic iudicantibus, vt ſupra notavi: ergò ſi ſic operatur ſe etiam exponit periculo proximo faciendi contractum vſurarium: nàm falli illud iudicium circa contractum factum, eſt facere contractum re ipſa vſurarium: ergò ſicuti intellectus aſſentiens ſe exponit periculo proximo erroris, ita & voluntas operans periculo proximo vſuræ. Deinde non poteſt eſſe periculum magis proximum, quam quod imminet in hac actione proxime exercenda, & quod ſæpiſsime in his actionibus evenire ſolet: ſed periculum malitiæ vſuræ, v.g. imminet in hac actione exercenda, & ſæpiſſime contingit, quod ſit mala, licet probabilius mihi videatur non mala: ergo ibi datur periculum proximum malitiæ: ergò homo ſic operans tali periculo proximo deliberate, & voluntarie ſe exponit, etiàm quando formidat, debetque per vos formidare prudenter ex conſilio Divi Pauli de tali periculo, àc malitia: id autem ſine dubio iàm eſt peccatum.

215 Vrgeo vlterius: nàm vel cum eo tuo iudicio eſt homo certus de eo quod ibi non datur periculum proximum malitiæ, & ſic cur non requiris certitudinem de non periculo, & de non peccato? Vel adhuc eſt incertus, vel formidans? Etiàm operatur cum formidine prudenti periculi proximi & malitiæ quod eſt certiſsime peccare. Vrgeo item, nàm homo ſic opinative iudicans poteſt dicere hic contractus non eſt vſurarius, ſed probabile eſt, & video à pluribus prudenter aſſeri illum eſſe vſurarium: poteſt præterea dicere mihi probabilius eſt, me non peccare, ſed adhuc probabile eſt, me etiàm in eo peccare: hæc autem concientia eſt evidenter peſſima, & qui ex illa operatur evidenter peccat.

216 Clamat ad hæc Munieſſa num. 50. in caſu mei iudicij probabilioris de licito, falſiſsimum eſt me poſſe dicere *probabile eſt* quod peccabo contrahendo; nàm quod peccabo contrahendo non eſt mihi probabile ſubiective, ſed tantum obiective; quatenus cognoſco id aſſeri ab alijs. Verum hic etiàm egregie hallucinatur, & plura confundit. Nàm licet ego in eo caſu non poſsim dicere ſimul *non peccabo in eo contractu: peccabo in eo contractu*: Hæ enim ſunt expreſſe contradictoriæ: tamen poſſum dicere probabilius opi-

nati-

natiŭe: non peccabo, nec faciam vſuram ſic contrahens; ſed tamen multis probabile eſt, & ex motivis, me iudice, gravibus quod peccabo: hoc enim iudicium non opponitur primo, vt ex ſe patet, ſed ſępe coniungitur cum illo: ergò quando opinative dico, quod non peccabo; poſſum dicere; motiva gravia dantur ad iudicandũ, quod peccabo; & ſimiliter poſſum. ac debeo iuxta te habere ſubiectiveiudicium formidoloſum, quo dicam prudenter: *Forte in hoc contractu nunc proximè exercendo peccabo*: Qui autem cùm hac formidine prudenti & ſubiectiva operatur, evidenter peccat; facit enim id, de quo incertus eſt àn ſit peccatum; & quod non obſtante ſua maiori probabilitate timere prudenter debet ne ſit peccatum; quià ſępiſſime contingit, quod mihi probabiliora ſint falſa, vt contingit quandocumque dantur opiniones contrariæ à Doctoribus vtrinque defenſatæ.

217 Pręterea redit mea argumentatio: nàm vel tuum iudicium de non vſura contractus tale eſt, vt ratione ſui excludat omnem prudentem formidinem de oppoſito, & ſic iàm eſt certum circa tale obiectum, ſolius enim certitudinis proprium eſt excludere omnem formidinem prudentem de oppoſito: Vnde tu requirens tale iudicium iàm, requiris conſcientiam certam ad licite operandum. Vel tale eſt illud iudicium, vt non excludat formidinem prudentem de oppoſito, ſcilicet de vſurá contractus: & ſic ſi homo habens illud iudicium, & illam formidinem inſurgentem operatur: peccat evidenter, nàm agit id de quo non certus, ſed formidoloſus eſt àn ſit peccatum, & exponit ſe periculo malitiæ ſæpe contingentis, non obſtante oppoſita probabilioritate, & circa actum proxime exercendum; vnde & periculum, cui ſe exponit eſt grave, & proximum, & ab operante cognitum, àc proinde & peccat in illo iuxta omnes. Conſtet igitur Muniellam manifeſte fuiſſe hallucinatum, & ſe, alioſque exponere mille periculis peccandi, niſi fateatur nobiſcum, opiniones, vel formidines ſpeculativas dare locum, vt intellectus reflectat ſupra illas; & ex motivis reflexis certificetur ſe hìc, & nunc non peccare; & hoc eſſe neceſſarium, ne reipſa peccet, quando dantur opiniones contrariæ circa licitum, & illicitum operis faciendi.

***

SECTIO XXII.

RR. P. Thyrſi confutatur Reſponſio.

218 RR. Thyrſus diſſert. 10. num. 121. dicit; cũ qui iudicio probabiliori opinativo iudicat contractum non eſſe vſurarium, & illicitum; non poſſe habere iudicium ſic de oppoſito formidans: *Forſam contractus eſt vſurarius.* Ratio, inquit, eſt, quià opinio ſolum habet id per quod diſtinguitur à ſcientia: ſolum autèm differt in eo quod ſcientia affirmat rem eſſe, ità vt repugnet non eſſe: opinio autem, ità affirmat eſſe, vt non repugnet oppoſitum: vndè opinans non dicit, hic contractus eſt licitus, & forſam eſt illicitus: ſed eſt licitus, & non repugnat eſſe illicitum. Verum ſolutionem eſſe falſam, vidit, & faſſus eſt ipſe P. Murieſſa; & ex dictis patet evidentèr. Nàm cum ſæpè mihi probabiliora ſint falſa, nemò probabilius dicens, hic contractus non eſt vſurarius, poteſt tantùm præſumere de ſuo iudicio, vt non timeat proximè, hic, & nunc ſe falli, quin hic timor ſit veluti de falſitate valdè remota, & raro, aut nunquam contingente; maximè cum probe noſcat, id ſæpè contingere, & videat dari gravia motiva quibus alij Authores aſſerunt hic, & nunc contingere talem falſitatem: ergò opinativè iudicans contractum non eſſe in ſe vſurarium, poteſt & debet prudentèr formidare ne hic & nunc ſit vſurarius; & non præciſe debet dicere; non repugnat, quaſi remotiſsime, quod ſit vſurarius, & illicitus.

219 Et quidem timorem hunc nemo rationabilius concipere deberet, quam RR. Thyrſus: Tum quià fatetur, quod poſt diſcuſſam aliquam quęſtionem, poteſt acutus & recens Theologus contra omnes fere alios, aliquam ſententiam, vt ſibi veriorem ſtatuere; & eam conſulere, & practicare: Quomodo autem tunc non timeat prudenter ne forte erret? Tũ quia ipſe adhęrere ſolet firmiſsime opinionibus ab alijs frequenter reprobatis, vt in eius Selectis apparet maxime in materia de Iuſtificatione. An timore errandi (pluribus alijs omiſsis) digna non eſt illa ſua nova, ſingularis, & minus tuta ſententia quæ affertur tom. 3. Select. diſput. 8. & ſequenti, defendens peccatum habituale conſiſtere in reatu; & poſſe tranſire de mortali

tali in veniale: quod vt omninò contrarium Tridentino ſeſſ. 14. capite 8. ſummè diſplicet graviſsimis & peritiſsimis Theologis? Hæc ſane timore errandi digniſsima eſt. Ex quo patet quantum P. Thyrſus hoc & alijs experimentis edoctus, falſitatem timere debeat in ſuis probabilioribus, & quam inutilis ſit Antiprobabiliſmus ad cohibendam opinandi licentiam, & laxitatem, cùm vel in eam iàm proſcriptam incidant Antiprobabiliſtæ. Timere etiàm ſibi eodem iure deberet P. Munieſſa, qui contra omnem ſolidam & vbique receptiſsimam Theologiam audet obtrudere merita conditionalia proprie talia, & in re graviſsima diſſentit etiàm ab omnibus ſuis Jeſuitis. Videatur tomo de Gratia, vbi etiàm plura audet circa influxum gratiæ in opera præcepta, quæ & implicatione & hallucinatione pleniſsima ſunt, & deſtruunt hypotheſim Scientiæ Mediæ, aliaque eius principia, adeò manifeſte, vt mirum ſit, ſcripta Munieſſæ à Jeſuitis permitti potuiſſe.

220 Quod autem ex quolibet iudicio opinativo regulariter reſultet hæc formido prudens in contrarium, docent omnes cum Divo Thoma, quæſt. 14. de verit. aiente: „*Quandoque* „intellectus inclinatur magis ad „vnum, quam ad alterum; ſed „tamen illud inclinans non ſufficienter movet intellectum ad „hoc quod determinet ipſum in „vnam partium totaliter. Vnde „accipit quidem vnam partem, „tamen ſemper dubitat de oppoſito; & hæc eſt diſpoſitio opinantis qui accipit vnam partem contradictionis cum formidine *alterius*. Et 2.2. quæſt. „1. *art.* 14. *Alio* modo intellectus aſſentit alicui; non quia „ſufficienter moveatur ab obiecto proprio, ſed per quandam „electionem voluntarie declinans in vnam partem magis, „quam in aliam: & ſiquidem „hæc ſit cum dubitatione, & „formidine alterius partis, erit „opinio: ſi autem ſit cum certitudine abſque tali formidine, „erit *fides*. Ex quibus patet evidenter in opinionibus vtrinque apud graves, & ſinceros Authores controverſis, & quas decidimus per aſſenſum opinativum vnius partis nobis veriſimilioris imperatum à voluntate, ſemper remanere prudentem formidinē pro parte oppoſita, ità vt quis interrogatus àn formidari prudenter poſsit, debeat annuere: ſi autem hoc ità ſe habet: ego non poſſum excuſare à peccato mortali operantem in re gravi cum eo tantum iudicio opinativo de licito, & cum prudenti formidine de illicito; niſi enim recurratur ad iudicium practicum reflexum

xùm de licito hic, & nunc; quidquid ſit de veritate ſpeculativa, quia illã ad liquidum eruere non poſſumus, & ob non intimationem legis, aliaſque rationes ſupra memoratas: ſemper homo ſe exponit periculo proximo peccandi formaliter.

221 Negat hoc vltimum RR. Thyrſus diſſert. 10. num. 122. quià homo ex motivis probabilioribus iudicat actionem non eſſe illicitam, & hic aſſenſus eſt prudens. Sed iàm oſtendi aſſenſum ſpeculativum poſſe eſſe prudentem, quià iudicat de obiecto ſecundum ſe, ſecundum verìſimiliora, licet ſe exponat periculo proximo errandi hic, & nunc; ſed tamen non ſufficere ad operandum, quià non abſtergit, ſed potius regulariter inducit formidinem agendi, quod peccatum eſt: Vnde ſemper requiritur iudicium practicum certificans hìc, & nunc me non exponi periculo peccandi formaliter, quidquid ſit de veritate, aut falſitate opinionis ſpeculativæ ob motiva nuper indicata, & ab omnibus huc uſque Theologis approbata. Itaque Adverſarij æquivocatio ſtat in eo quod exiſtimat, valere hoc argumentum: ego prudenter opinative affirmo hunc contractum eſſe licitum in ſe ipſo: ergo prudenter operor hìc, & nunc; & ſi formidem prudenter de illicito. Hæc conſequentia eſt falſiſsima; opinio enim illa ſpeculativa prudens ſufficit quidem, vt homo ſuper illam reflectens certificetur ſe non teneri ad aliquid ampliùs inquirendum, & ſic ignorantiam, & falſitatem forte latentem eſſe invincibilem, ſeù excuſabilem; non tamen ſufficit ſe ſola, ſine dicta reflexione excludente prudenter omnem formidinem de peccato formali.

222 Dicit ibi num. 36. opinionem probabiliorem eſſe quandam certitudinem moralem; & non amplius exigi à Deo; vt tanquam certum docet P. Suarez 1. 2. tract. 3. diſp. 12. ſect. 6. num. 8. pag. 325. Sed miror RR. Thyrſum ibi legiſſe Patrem Suarèz, & tamen adhuc contendere quod Eximius Doctor non militat pro nobis: ibi enim & ſect. 3. tradit in terminis, & ex profeſſo noſtram ſententiam, neceſsitatemque iudicij vltimi practici reflexi fundati in opinione probabili præcedenti. Itaque verum eſt ſufficere quidem opinionem probabilem de licito, & amplius non exigi ab hominibus, vt forment iudicium practicum. Quod autem opinio mihi probabilior, ſit in ſe certitudo moralis circa obiectum affirmatũ, aut me reddat vllo modo certum de illo;

Digitized by Google

eſt manifeſtum paradoxum contra D. Thomam, & omnes Theologos meritò exiſtimantes nimium obſtinatum eſſe, qui tantum ſuis opinionibus defert, vt exiſtimet eas eſſe moralitèr certas. Ex hoc enim inferretur primo; poſſe deſpicere alienas, earumque fundamenta, vt levia, & indigna, quibus Viri graves moveantur, quod abſurdiſsimum eſt. Secundo; poſſe Miniſtrum Sacramenti; & Medicum vti forma, materia, aut remedio ſibi probabiliori, relictis certis; quià eſt moralitèr certus de valore, & vtilitate ſibi probabiliori, & poteſt deſpicere timorem in contrarium, vt ſcrupulum inanem, & contemnendum; quod etiàm abſurdum, & damnatum eſt. Dicendum igitur opinantem probabiliùs contractum eſſe licitum, non poſſe deſpicere formidinem de contrario, vt ſcrupulum inanem, vanumque timorem de falſitate obiecti ſecundum ſe, eſt enim timor prudens; poſſe tamèn ſi nobiſcum reflectat, deſpicere omnem timorem de peccato formali, & ſic licitè operari.

223. Obijcit RR. Thyrſus, & Munieſſa teſtimonium D. Antonini 1. p. ſummæ tit. 3. cap. 10. §. 10. vbi docet peccare operantem cum dubio peccati, „ *ſumendo* propriè, & ſtrictè dubitationem. Sed ſi dubitet leviter quis per modum ſcrupuli, ſicut dubitat, & formidat habens opinionem de aliquo, quià ità inhæret ipſi ſententiæ, vt formidet de oppoſito: ſic agendo contra tale dubium non peccatur, dum adhæret opinioni alicuius Doctoris, & habet rationes probabiles pro ipſa magis, quam pro oppoſita opinione; etiam ſi ipſa opinio, quam tenet nón eſſet vera, talis enim non operatur in dubio mortalis, ſed ſecundum opinionem *probabilem*. Hic ſiſtunt Auctores, ſed neſcio qua fide: nàm ſubdit Antoninus: *Quod magis declarabitur in regula ſeptima.* Quid autèm ait hæc ſeptima regula? Audiatur Doctor prudens & Sanctus.

224. „ *Septima* regula pro ſcrupulorum depoſitione eſt præceptorum diſcreta EpiKeizatio, ſeù interpretatio. Æquitas enim quam Philoſophus nominat EpiKeiam præponderat juris rigori ſecundū Iuriſperitos. Eſt autem æquitas iuſtitia, penſatis omnibus circunſtantijs particularibus dulcore miſericordiæ temperata. Et ait Sapiens, noli eſſe nimis iuſtus: pertinet autem ad virtutem EpiKeiæ conſiderare non nudum de ſe præceptum, ſed circunſtantias omnes particularitèr ipſius

,, veſtientes. Et ſecundum hanc ,, virtutem epiKeiæ poſſumus ,, præcepta Dei benignè *interpretari*. En vult, vt non conſideretur præceptum, & obiectum ſecundum ſe, ſed, vt fiat reflexio ſupra omnes circunſtantias occurrentes; & ſtatim circa hoc ipſum, dat ſeptem doctrinas: ,, *Quarum* prima, inquit; eſt inter duram, & benignam circa ,, præcepta ſententiam, quod benigna eſt potiùs cæteris pari- ,, bus interpretatio *facienda*. Ergò ex mente Antonini debet homo ante operationem, non ſolum iudicare de obiecto, Ex. g. de contratu ſecundum ſe, ſed de illo, vt hic, & nunc apparet ſub contrarijs opinionibus probabilibus, vna rigida illum damnāte, alia benigna, & excuſante: *Et tunc benigna*, ait, *interpretatio facienda*: Quando igitur homo ſic penſatis omnibus operatur iuxta opinionem hanc probabilem; iàm meritò poteſt deſpicere omnem in contrarium dubitationem circa peccatum; quià hoc vltimum iudicium reflexum ſupra omnes circunſtantias tale eſt, vt illum certificet, ſe ad nihil aliud teneri.

225 Hęc eſt genuina, & clariſsima mens S. Antonini; hoc eſt iuxta illum, & nos licitè, & ſine formidine operari iuxta opinionem probabilem. Et vtinam Contrarij, aut non diſsimulaſſent hęc verba, aut eorum doctrinam ſatis claram percipere voluiſſent: ſic enim noſtras reflexiones antiquiſsimas eſſe cognoſcerent, & omninò requiſitas ad tutam electionem, & vſum opinionis probabilis, & non feciſſent Antoninum, Gerſonem, Caietanum, alioſque, ſic confidentes de proprio iudicio in qualibet materia, vt dicerent hominem opinativè iudicantem contractum ſecundum ſe non eſſe vſurarium, poſſe deſpicere motiva oppoſita, & formidinem indè exortam de oppoſito, vt ſcrupulum inanem: id enim falſiſsimum eſt, & eis Authoribus falſo impoſitum. Solum enim docent quod homo reflectens ſupra ſe ipſum ſic probalitèr prudentèr opinantem, ſeu ſupra has circunſtancias poſsit ſibi conſcientiam tutam, & firmā efformare de eo quod quidquid ſit de veritate, & formidine ſpeculativa, & contractu ſecundum ſe; tamèn hic & nunc ipſe non peccet formalitèr contrahendo, quià fecit, quod potuit inquirendo, & adhuc lex non apparet ſufficienter, vt ſe præſumat obligatum ad omittendum contractum.

***

SEC-

SECTIO XXIII.

Obiectiones aliquæ contra noſtram doctrinam, examinantur.

216 Hic tamen placet aliqua expedire quæ triſtes iſti Legislatores obijciunt contra noſtram doctrinam. Primo; ergò non debemus operari noſtram ſalutem cum timore, & tremore, ſed potius cum certitudine; quod eſt contra Apoſtolum: Reſpondeo, nos non debere operari cum timore practico, & actuali, ne fortè peccemus, hic enim timor, eſt per vos ſcrupulus vanus; & ideò contemnendus, & non habendus iuxta omnes: Quis autem dicat Apoſtolum velle, vt habeamus timorem contemnendum; & imprudentem, ſeù prudentèr deſpiciendum. Eſt etiam hic timor invtilis, cum non prohibeat agere id ipſum, quod timetur: eſt item periculoſus ſi ſit proprius opinionis, foret enim prudens de peccato hic, & nunc, & cum illo operari eſſet peccare. Debemus tamen operari cum timore de noſtra fragilitate, de inſidijs Dæmonum; ac proindè cogente ad orandum, ac ferventèr operandum, propiciandumque Deum ne nos deſerat, vndè certitudo, aut vana ſecuritas huic timori antecedenti oppoſita debebit vitari, vt pernicioſa: ſecus verò certitudo practica de non peccato hic, & nunc in hac actione, ea enim eſt neceſſaria.

227 Inſtant: nemo ſcit àn debitam diligentiam fecerit inquirendo veritatem. Nego id: imò ſi de hoc non habeat quis certitudinem moralem peccabit abſdubio: & miror Contrarios cum hac incertitudine erumpere in ſuas operationes; nam vel habent formidinem prudentem de non adhibita diligentia; & ſic peccant; vel ſolum habent ſcrupulum contemnendum, & vanum, & ſic iàm ipſi fatentur ſe habere certitudinem; nàm iudicium non permittens niſi vanum ſcrupulum contra ſe, certum eſt. Et ſanè Ruſticus audiens reſolutionem ſui Parochi certus fit, & ſic reliqui Fideles conſulentes Magiſtros ſuper rebus, quas ipſi ſtudio aſſequi non poſſunt. Theologi item frequentèr norunt probabilitatem certam ſententiarum, quibus non ſperant novo ſtudio, aut ingenio quidquam addere: Cur ergò tunc non forment bonam conſcientiam, & moralitèr certam de eo quod ampliùs inquirere non teneantur,

nec

nec ſuis tantum probabilioribus credere, quando dantur probabiliora alijs non minus doctis?

228 Secundo obijciunt: ergò non licèt operari iuxta ſententiam intèr probabiles probabiliſsimam; nam hæc non eſt certa, & per nos requiritur certitudo. Reſpondeo Contrarios, aut ſcire noluiſſe, aut ignorare quid ſit iuxta nos agere iuxta ſententiam probabilem. Dicimus ergò iuxta probabilem & probabiliſsimam licitum eſſe agere: iuxta illam ſcilicet non præcisè materialitèr ſumptam; nàm qui operaretur iuxta ſententiam probabiliſsimam reipſa, ſibi tamèn non cognitam vt talem peccare poſſet non impediendo dubitationem practicam inſurgentem: debet ergò cognoſci opinio probabiliſsima vt talis, & ſciri dum illam habeam tutum eſſe, eam practicare, tum ob definitionem Pontificiam contra Antiprobiliſtas, qui id licitum eſſe negabant; tum ob motiva communia cuilibet opinioni certo probabili. At quod ſufficiat opinio reipſa probabiliſsima ſine prædicta reflexa cognitione illius falſiſsimum eſt: alioquin operans iuxta probabiliſsimam licitè ageret, quamvis exiſtimaret illam eſſe improbabilem, vel eſſe illicitum ex illa operari.

229 Tertio Munieſſa obijcit pag. 17. & ſequentibus: quomodo hæc certitudo reflexa latuit Antiquos, & Patrem Suarez lib. 6. de legibus, cap. 8. num. 6. vbi ſæpè docet ſufficere opinionem probabilem? Reſpondeo ibi Eximium Doctorem dicere, *vt ex materia de conſcientia ſuppono*: In materia verò de conſcientia in terminis terminantibus requirit, & explicat dictamen reflexum certum ex eiſdem principijs, quibus nos vtimur. Vndè patet Munieſſam, aut peregrinum, aut voluntariè cæcum eſſe in Eximio Doctore. Antiqui etiàm planè requirunt dictamen pluſquam opinativum, vt ſuprà conſtitit ex S. Antonino. Ratio eſt evidens, nàm ante operationem petunt ſtatum, & iudicium, quo homo deſpiciat formidinem peccandi, vt ſcrupulum inanem: & quod homo non adducatur in dubitationem, vt aiebat D. Thomas quodlibeto 8. at qui purè opinatur, de aliquo, non niſi imprudentiſſime deſpicit motiva, & formidinem contrariam; vt ſcrupulum inanem, imò potiùs dubitat iuxta D. Thomam ſupra: ergò Antiqui omnes requirebant ad operandum pluſquam iudicium opinativum, nempè iudicium certum practicum, ſolumque dicunt ſufficere opinionem, quatenùs ea ſufficit ad hoc iudicium obtinendum.

230 Vnde diſparet halluci-

lucinatio Munieſſæ ſic arguentis: per nos qui operatur iuxta opinionem probabilem, & prudentem non peccat: ergò nos ipſi diximus ſufficere eam opinionem probabilem. Diſtinguo conſequens; dicimus ſufficere ad formandam conſcientiam certam de non peccato formali, & qua poſsit deſpici quidquid in contrarium reſurgit, concedo: dicimus eam ſufficere, vt regulam proximam: negamus id Munieſſæ adhuc hærenti in limine quæſtionis. Inſtat; nos qui iam ſumus plures, negamus quod dictamen fundatum ſupra opinionem probabilem cognitam certum eſſe poſsit, imò & quod ſit verum; ergò ad ſummum erit probabile. Reſpondeo nos parum curare de hominibus, qui audent contra Magiſtros Eccleſiæ per integrum ſaltem ſæculum, imò & per anteriora omnia, vt planum fecimus. Deinde vos dicitis requiri dictamen, ita firmum, vt quidquid in oppoſitum inſurgat prudenter deſpiciatur, vt ſcrupulus inanis: hæc autem apud nos eſt certitudo, nec aliam poſtulamus: nil enim curamus de hominibus requirentibus ex vna parte iudicium certum; & ex alia falſiſsimè dicentibus illud iudicium ſolum eſſe opinatiuum. Noſtrum ergò iudicium vltimum certum non poteſt dejici à ſua certitudine per veſtras ratiunculas; quas videmus inanes.

231 Replicat; iudicet Petrus opinative, & vere contractum eſſe licitum, & non formidet de contrario, Deo negante concurſum ad formidandum; hic certo operabitur bene ſi ſic operetur; & tamen non habet certitudinem: ergò hæc non requiritur. Reſpondeo in eo caſu hominem per accidens, & ex inadvertentia invincibili ad motiva dubitandi prudenter de peccato non peccaturum: ſecus vero quando apparent ea motiva, & deſpiciuntur; ſeu his non obſtantibus ſe determinat ad incertum: ſic autem apparere quando ex imperio voluntatis contra motiva gravia determinatur intellectus ad aſſenſum opinativum vnius partis, patet tum ex D. Thoma ſupra, tum ex reſiſtentia quam experitur voluntas imperans & intellectus aſſentiens: nil ergò contra nos ex illo caſu; fatemur enim non requiri iudicium certum de licito, quando nullum præcedit dubium de licito, aut illicito, & datur circa hoc inadvertentia inculpabilis.

232 Inſiſtunt ex Ang. Præceptore quodlib. 9. quæſt. 7. art. 15. corp. *omnis quæſtio in qua de peccato mortali quæritur, niſi expreſſe veritas habeatur, periculoſe determinatur*: ergò in reſolutione & praxi opinionis circa mortale, debemus

mus timere periculum; ergò non poſſumus habere certitudinē obtenta probabilitate. Reſpondeo nos devere timere periculum illud timore antecedenti, & cogente ad examen veritatis, ne temerè reſolvamus abſque fundamento ſufficienti rationis, & authoritatis; timor enim hic eſt vtilis ad hunc effectum, ſecus vero timor actualis in operando, hic enim eſt inutilis, & contemnendus, vt fatentur Contrarij, ideoque illum non conſulit D. Thomas.

233 Deinde prædicta quæſtio periculoſe determinatur ſive pro parte benigna, ſive pro rigida, vt ibi docet D. Thomas: quo modo ergò Contrarij ſine timore & periculo reſolvunt pro parte rigida, etiam in omni caſu æqualis probabilitatis, quando non eſt maior ratio pro rigida? An ne licet illis addere præcepta Divinæ legis? An licet deſpicere Divinam legem permittentem? Aut ſola lex prohibens veneranda eſt? Ergò periculum & timor inde reſultans conſultuſque à D. Thoma potius perſtringit adverſarios ſine timore imponentes onera gravia, quando non datur maior ratio ad ea imponenda.

****
****
****

SECTIO XXIV.

Opinio begnina ex praxi Summorum Pontificum apprimè confirmatur.

234 Hoc argumento concutiuntur vehementer Tutioriſtæ; & Antiprobabiliſtæ omnes, nam ex illo conſtabit licitum eſſe ſequi opinionem probabilem etiam ſi pro altera parte dentur Authores graves, & momenta rationum æque aut magis probabilium. Sic igitur argumentor primo: opinio aſſerens Pontifices non poſſe diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis habet pro ſe D. Thomã, & plures eius Diſcipulos nitentes rationibus probabilibus; & tamen Alexander III. Honorius II. Celeſtinus III. Clemens II. & alij Pontifices diſpenſarũt ſequendo opinionem contrariam minus tutam relicta illa tutiori & valde probabili ſaltem ob talium Doctorum authoritatem: ergò ipſa praxis Pontificum firmat licitum eſſe ſequi ſententiam probabilem minus tutam etiam relicta alia valde probabili.

235 Secundo: opinio aſſerens Pontifices non poſſe diſpenſa-

penſare in matrimonio rato & eſt tutior, & pro ſe habet D. Bonaventuram, Scotum, eius Diſcipulos, totque fundamenta rationis vt dixerit Dominicanus Sotus lib. 7. de Juſt. quæſt. 2. art. 5. oppoſitam ne probabilem quidem apparere; ſed tamen oppoſitam ſequuti ſunt Summi Pontifices nam in Matrimonio rato non conſummato diſpenſavit Gregorius VII. Martinus V. Eugenius IV. Paulus III. Gregorius XIII. Pius IV. & Pius V. alijque Pontifices: ergò quia iudicarunt, & ſua praxi firmarunt licitum eſſe vti opinione probabili, relicta alia tutiore & valde probabili habente pro ſe graves Authores, graviaque momenta rationis.

236 Ad hæc notoria Pontificum facta aliaque plura apud omnes indubitata reſpondet Gonet de probabilitate num. 179. allegato Fagnano, credibile eſſe Pontifices in diſpenſationibus concedendis vti opinionibus quæ apparent probabiliores. „*Si* ſecus faciant, reddent „rationem villicationis ſuæ; „cum in exercitio ſuæ poteſta„tis, & iuriſdictionis non ſint „infallibiles, ſeu *impeccabiles*. Verum ieiuna hæc & frigida reſponſio plane ſuccumbit, & tacite fatetur prædictos Pontifices reddituros rationem de peccato, eo quod ſequuti non fuerint ſententias tutiores in occurſu æqualis aut fere æqualis probabilitatis, vt neceſſarium eſſe ad non peccandum definit Gonetus. Hoc autem quam iniurioſum ſit ſummis Pontificibus nemo non videat. Scimus enim illos non eſſe impeccabiles; at ſcimus inſuper eorum praxim ſemel & iterum repetitam eſſe robuſtiſsimum argumentum ad exiſtimandum in ea nihil eſſe peccati; at tot Sanctiſsimorũ Pontificũ praxis repetita fuit diſpenſando iuxta opinionem probabilem: ergò ſic agere iuxta probabilem opinionem licitum eſt, & à peccato alienum, & ad id aſſerendum habemus ex hac praxi validiſsimum argumentum, & ab adverſarijs inſolubile. Si enim expreſſe aut tacite audeant cum Goneto dicere Pontifices ſic agendo peccaſſe: audiant Baſilium Legionenſem celeberrimum noſtræ Academiæ Primarium & Auguſtinianæ Familiæ fauſtiſſimam prolem lib. 9. de matrim. cap. 3. num. 1. ſic aien„tem: *eſſet* autem valde teme„rarium aſſerere illos Summos „Pontifices in eo evidenter er„raſſe, vt docet Gregorius de „Valencia tom. 4. diſp. 10. „quæſt. 1. *punct.*7. Hæc Legio„nenſis, prædixeratque ibi: *il*„*lud* tamen ſtatuamus primum, „quod ad praxim attinet, tuta „conſciencia Pontifices diſpen-

ſare

„ ſare potuiſſe; redditque ratio-
„ nem; quia vt tuta conſcientia
„ faciant, ſufficit probabilis Doc-
„ torum *opinio*.

237 Præterea quis neget hanc Pontificum praxim æquivalere alicui reſponſioni Decretali eorundem Pontificum? Vtique Apoſtolica Sedes non ſolum dictis ſed exemplis potiſsime nos docet; & iteratus Pontificum vſus abſdubio vim habet cuiuſdam deciſionis nos admonentis prædictum vſum liberum eſſe à peccato. Si ergò hoc ita ſe habet, quid Gonetus accúmulat ex Fagnano Textus Canonicos pro ſua ſententia! Nam ſi Pontifices dum ſibi ſuiſque actionibus & diſpenſationibus toties repetitis errant & peccant: ergò id ipſum dici facile poterit de ſuis deciſionibus, quibus conſulti reſponderunt alijs; at hoc ſuſtineri non valet, quandoquidem Pontificum reſponſa in ſumma habentur veneratione: ergò Gonetiana reſponſio omnino ſuſtineri non debet.

238 Propterea RR. Thyrſus diſſert. 14. num. 44. aliter reſpondet „ noſtro videlicet argumento intentum non
„ probari. *Quia* quanvis con-
„ cedamus Pontifices ſequutos
„ fuiſſe ſententias, quæ minus
„ communes erant, & commu-
„ nius reputabantur minus pro-
„ babiles, inde non probatur
„ eos ſequutos fuiſſe ſententias
„ quæ ipſis apparebant minus
„ *veriſimiles*. Verum hæc reſponſio facile reijcitur, nam Pontifices probe ſciebant prædictas opiniones eſſe inter Theologos controverſas, & magis hinc inde argumentis munitas, vnde major vel minor eorum probabilitas erat valde dubia & anceps apud Magiſtros Theologiæ Moralis; at in his opinionibus raro aut nunquam invenitur tantus exceſſus pro vna parte vt ſenſibiliter appareat probabilior altera, prout ille requirit ad licitum vſum opinionis: ergò falſo & pure divinando præſumit eos Pontifices privato, & proprio iudicio ſemper determinaſſe maiorem probabilitatem vnius opinionis ſupra aliam. Agnoſcebant quidem ſuam opinionem non eſſe moraliter certam, ſed à Viris doctiſsimis impugnatam; at noverant ſimul eam eſſe probabilem & à Viris etiam doctiſsimis approbatam; & hoc erat ſufficiens fundamentum, vt ipſi ſua authoritate vterentur, & licite diſpenſarent. Quando enim ita incerta erat lex Pontificiam poteſtatem reſtringens, cur poteſtati ſuæ non faverent? Cur illam certo diminuerent? At ſtante æquali probabilitate non erat certa ſed dubia lex reſtringens poteſtatem, imò hæc erat probabiliter extenſa ad diſpenſationem

nem

nem concedendam: ergò id ſat erat vt eam ſanctè & licite concederent.

239 Inquit ille ibidem: evidens eſt ſententias communiores aliquando eſſe falſas: ergò Pontifices licet viderent ſententiam negantem illis poteſtatem diſpenſandi eſſe communem & communiorem, nihilominus potuerunt exiſtimare eam eſſe falſam, & ſic ſequi oppoſitam & licite diſpenſare. Rectè quidem! Sed etiam Pontifices, & quilibet homo prudens ſcit propriam ſententiam à ſe conceptam aliquando eſſe falſam, imò & facilius id contingere opinionibus privatis, quam alijs communioribus: ergò ſimiliter poterit quis deſerere propriam opinionem, & alienam licite ſequi. An ne meum proprium caput maiorem habet connexionem cum veritate, quã aliorum iudicia? Cur ergò prudenter exiſtimem aliorum iudicia & ſi communiora, eſſe falſa; & ſimiliter non credam me in mea etiam opinione poſſe falli? Si ergò id ſufficit vt non debeam ſequi opiniones aliorum; etiam ſufficiet, vt non debeam ſequi meam, cum hæc & ſi mihi probabilior non habeat ſpeciale privilegium attingendi veritatem potius quam aliæ alijs probabiliores.

SECTIO XXV.

Ex vſu probabilium in materia Fidei validiſſimè roboratur doctrina communis.

240 Contra veritates ab Eccleſia Catholica propoſitas, certum eſt non poſſe inveniri aliquam ſententiam probabilem: ſed tamen circa alias veritates pertinentes ad Sacram Scripturam, & ab Eccleſia nondum declaratas, manifeſtum eſt dari opininiones probabiles inter ſe oppoſitas; & in his quæ ad materiam Fidei ſpectant dubitari poteſt an ſit licitum ſequi opinionem probabilem, contra aliam æque probabilem. Audiatur Ang. Præceptor pleno aſſenſu præiactæ doctrinæ prælucens in 1. diſt. 38. quæſt. 1. art. 5. corp.
,, *Si* contradictio (opinionum)
,, eſt de his, quæ ad fidem perti-
,, nent, hoc poſſet eſſe dupliciter.
,, Vel quia eſt de illis, quæ ex-
,, preſſe in articulis fidei conti-
,, nentur, quos ſcire omnes te-
,, nentur, & circa talia contra-
,, dictio non eſt ſine peccato in
,, altero, vel erroris ſimplicis, vel
,, hæreſis, ſi pertinacia adiunga-
,, tur. Vel eſt de illis, ad quæ con-
,, ſequi-

Digitized by Google

,, ſequitur aliquid inconveniens,
,, & contrarium fidei, licet in
,, fide expreſſum non ſit, nec de-
,, terminatum; & tunc ante per-
,, tractationem, per quam ſcitur,
,, quod aliquid inconveniens fi-
,, dei ſequitur, poteſt vtrumque
,, ſine peccato *opinari*. . . .

241 Adverſarij noſtri, ſi velint ſibimet ipſis conſentire, dicere tenentur in caſu duplicis opinionis æquè probabilis, & ſibi contradicentis in materia illa fidei, illicitum eſſe vni potius aſſentiri quam alteri, & ideo ſuſpendendum eſſe iudicium inter vtranque. Probatur; nam iuxta illos ideo in occurſu duplicis opinionis æquè probabilis circa licitum & illicitum huius actionis; teneor ſub præcepto abſtinere ab illa, quia vi vtriuſque opinionis manet intellectus fluctuans in vtranque partem, & practicè dubius an actio ſit illicita, & ſimilis ſtateræ æquali pondere libratæ; vnde ſi nihilominus elicit actionem illam ſe exponit periculo peccandi, & peccat re ipſa formaliter. Propterea dicunt in eo eventu intellectum non poſſe reſolvere prudenter pro vna parte, quia vltro ſe exponit errandi periculo; ſed debet ſuſpenſus manere alioquin vitium incurreret imprudentiæ. . . .

242 Nunc autem fic: tribuere Scripturæ ſenſum quem non habet, vel dicere Deum loquutum, quæ re ipſa loquutus non fuit, eſt ſine dubio malum, & ſi fieret cum advertentia peſſimum foret. Hinc & periculum tribuendi Deo & Scripturæ, quod Deus per Scripturam non dicit, eſt periculum errandi in materia fidei, imò & in materia morum, nam ſicut Deus præcipit ne quis eliciat contractum contra iuſtitiam; ita præcipit ne quis tribuat falſum ſenſum Scripturæ, & ne aſſerat dixiſſe Deum quod non dixit; ergò periculum circa hoc ſecundum, tam malum timendum & avertendum à nobis eſt, quam periculum circa illud primum: ergò ſicut in caſu æqualis probabilitatis circa licitum & illicitum contractus debemus ſub præcepto abſtinere tum ab vtraque directa opinione, quia vterque aſſenſus foret tunc imprudens & moraliter malus, tum etiam à contractu ipſo, ne exponamus nos periculo faciendi rem illicitam: Sic in caſu duplicis opinionis contradicentis circa præfatam materiam fidei, obligabimur ad ſuſpendendum aſſenſum circa partem vtranque, niſi forte vna eſſet ità notabiliter & ſenſibiliter prævalens ſupra alteram, vt iam eſſet moraliter certa, & relinqueret alteram nobis improbabilem; prout Moderni diſcurrunt in materia morum. . . .

Et

243 Et huc afferri poſſunt & debent omnes illæ exaggerationes de reverentia erga legem Divinam, & primam veritatem, de non corrumpenda & flectenda pro arbitrio noſtro prima regula morum & fidei, de amicitia noſtra erga Deum, alijſque huiuſmodi reflexionibus magno cum ſtrepitu ingeminatis apud adverſarios paſsim. Omnia enim æque vrgent in re præſenti,& vbi adeſt periculũ æque proximũ affirmandi aliquid cõtra Scripturã & tribuendi Deo quod re ipſa nõ dixit. Ex quibus cõcluditur Theologum expoſitivum, vel Scholaſticum,vbicumque occurrit textus difficilis Scripturæ, aut etiam Conciliorum, & veritas ambigua eſt,nec certa moraliter pro vna interpretatione, debere iudicium ſuſpendere, & planè dicere: egò neſcio qualis ſit ſenſus Scripturæ; nam in hac ſuſpenſione nullum eſt periculum;in aſſenſu autem & affirmatione adeſt manifeſtum periculum vitiandi Scripturam, & imponendi Deo quod non dixit.

244 Hoc autem quod apud Adverſarios verum reputari debet ob cohærentiam doctrinæ;falſiſsimum eſſe, & conſequenter eorum doctrinam ſibi non conſtare, luce meridiana clarius eſt. Primo ex experientia, nam Sacri Expoſitores (vt optime expendit meus Sapientiſsimus Collega Illuſtriſsimus D. D. Emmanuel de Santa-Cruz, Angelopolitanus Epiſcopus, & Prorex Mexicanus in ſuis Sacræ Scripturæ antilogijs) non hærent ad quenlibet textum difficilem, & diverſis contrarijſque expoſitionibus declaratum à Sanctis Patribus; quin potius vel vtranque expoſitionem, vt vtilem & probabilem proponunt, vel ſuam etiam probabilem ſuperaddunt; quin propterea exiſtiment expoſitionem, cui adhærent, eſſe certam moraliter, id enim plerunque præſumptuoſum foret & imprudens, nec de pijs hominibus credendum: ergò in illa materia fidei praxis omnium Patrum, & Interpretum docet ſufficere ſententiam probabilem ad vitandum omne periculum diſplicendi Deo, quamvis forte aliter loqautus ſit ac exiſtimatur.

245 Secundo ex D. Auguſtino lib. 1. de doct. Chriſt. cap. 35. vbi poſtquam docuit finem legis & Scripturarum eſſe charitatem Dei & Proximi; monet poſſe aliquem errare in ſenſu Scripturæ, quin propterea peccet, ſed potius proſit ad ædificationem charitatis: Sic ,, enim ait: *Quisquis* vero talem inde ſententiam duxerit, ,, vt huic ædificandæ charitati ,, ſit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem legit eo

„ loco ſenſiſſe probatur, non „ pernitioſe *fallitur*. Et paulo „ poſt rem iſtam ſic abſolvit: „ *Quiſquis* in Scripturis aliud „ ſentit, quam ille, qui ſcripſit, „ fallitur. Sed tamen vt dicere „ cœperam, ſi ea ſententia falli„ tur, quæ ædificat charitatem, „ quæ finis præcepti eſt, ita falli„ tur, ac ſi quiſquam errore de„ ſerens viam; eo tamen per „ agrum pergat, quò etiam via „ illa *perducit*. Ex quibus vides primò, ſententiam re ipſa falſam circa ſenſum Scripturæ, & conſequenter circa ſenſum legis poſſe non ſolum excuſare à peccato, ſed etiam conducere ad finem charitatis; quod quidem mordicus negat Celladeus, Contenſon, Munieſſa & alij Recentes exiſtimantes errorem etiam invincibilem, ſi fortè detur, ad ſummum excuſare à peccato formali; non tamen poſſe ex illo haberi aliquam rectam operationem; vnde qui ex fine bono elicit circa Scripturam aliquam ſententiam invincibiliter falſam; non poterit honeſtè in tali aſſenſu operari. Id aſſerunt illi ardentiſsime; ſed tamen oppoſitum docet Auguſtinus evidentiſsime.

246 Vides ſecundò, eum qui ex bona intentione ſequitur ſententiam probabilem circa ſenſum Scripturæ non ſe exponere periculo peccandi formaliter; quia licet ſe exponat periculo proximo ſentiendi re ipſa aliter ac Scriptura loquitur; tamen cum moveatur gravi fundamento, & veritas ſit invincibiliter ignota, error forte latens non imputatur ad culpam, imò ille poteſt conducere ad finem charitatis erga Deum & Proximum. Hic certe dicere deberent Antiprobabiliſtæ hominem debere abſtinere ab omni interpretatione, nec poſſe proponere illas vt probabiles, & à fidelibus licite credibiles, ſed potius ſibi & alijs intimandam eſſe iudicij ſuſpenſionem, in qua nullum eſt periculum errandi contra Scripturam, & contra teſtimonium Dei; ſed tamen contrarium profitetur Auguſtinus dicens ab oppoſito interpretationem quamvis re ipſa falſam poſſe ædificare charitatem, & conſequenter ob periculum errandi non eſſe abſtinendum ab interpretationibus Scripturæ probabiliter elicitis.

247 Audiatur etiam ipſe Magnus Parens Auguſtinus lib. 2. de doct. chriſt. cap. 8. vbi modum deſignat obſervandum „ circa Scripturas Canonicas: *In* „ eis, inquit, quæ non accipiun„ tur ab omnibus, præponat eas „ quas plures gravioreſque ac„ cipiunt, eis, quas pauciores mi„ noriſque authoritatis Eccleſiæ „ tenent. Si autem alias invene„ rit à pluribus, alias à graviori„ bus haberi; quanquam hoc in-

„ veni-

„ venire non poſsit, æqualis tamen authoritatis eas habendas. *puto.* Ex quibus verbis RR. Thyrſus diſſert. 13. num. 26. infert Sanctum Auguſtinum docuiſſe obligationem ſequendi ſententiam pro ſe habentem plures & graviores Authores. Ego autem ſic etiam infero contra ipſum Thyrſum: ergò quando pro vtraque parte ſunt Authores numero & gravitate pares, poſſum tenere non ſolum vnam ſed alteram, id enim infertur ex Auguſtino, vel omninò nihil; at Author ille contendit in occurſu æqualis probabilitatis ſuſpendendum eſſe iudicium, quia non niſi imprudenter ſe determinare poteſt ad vnam partem: ergò vel ad rem non ſunt verba illa Auguſtini; vel aſſerendum cum illo eſt interpretationes Scripturæ munitas Authoribus æque gravibus, ſententiaſque æque probabiles, æqualiter haberi poſſe, & abſque vllo peccato ſuſtineri.

248 Tertio in materia fidei poſſe quenlibet eligere ex ſententijs probabilibus, quam maluerit docuerunt in terminis omnes hucuſque Theologi, quin vllus obligaverit ad ſuſpendendum iudicium propter æqualem, aut fere æqualem probabilitatem ſententiarũ. Id tradit aperte Gerſon, p. 2. de contract. prop. 13. Maior, Nider, Silveſter, Caietanus & alij. Pro omnibus ſufficiat iam relatus Sanctus Thomas in 1. diſt. 38. quæſt. 1. art. 5. corp. vbi poſtquam docuit illicitum eſſe opinari contra aliquem articulum ex propoſitis ab Ecleſia, quos tenentur omnes ſcire; ſic ait: „ *vel* contradictio eſt de illis ad „ quæ conſequitur aliquod in„ conveniens, & contrarium fi„ dei, licet in fide expreſſum non „ ſit, nec determinatum; & tunc „ ante per tractationem, per „ quam ſcitur quod aliquod in„ conveniens fidei ſequitur, po„ teſt vtrunque ſine peccato „ *opinari.* En non docet ſuſpendendum eſſe iudicium; ſed potius poſſe eligi quanlibet partem contradictionis.

249 Sic etiam D. Antoninus p. 1. tit. 3. cap. 10. §. 10. eidẽ doctrinæ ſubſcribit: *Conſtat* communiter apud Theologos, quod in materia fidei „ dum Doctores ſentiunt con„ traria, licitum eſt ante deter„ minationem Eccleſiæ tenere „ vnam partem vel alteram ſine „ periculo peccati vel *fidei*: ergò qui oppoſitum diceret adverſaretur D. Thomæ D. Antonino, & reliquis Theologis: ergò ſimiliter adverſatur qui in materia morum negat licitum eſſe eligere inter opiniones apud Doctores æque probabiles; tum quia non minus vitandus eſt error in

D. D. Franciſcus de Perea.

materia fidei quam in materia morum vt patet; tum etiam quia ex intelligentia Scripturarum eruitur doctrina morum, vt toties repetit Auguſtinus lib. 2. de doct. chriſt. & quidem hic Sanctus Doctor ibi. cap. 11. non reprobat, ſed laudat potius multiplicitatem Interpretum & Interpretationum Sacræ Scripturæ, quamvis fateatur Latinos Interpretes nullo modo numerari poſſe. *Quæ quidem res*(ait ibidem) *plus adiuvat intelligentiam quam impedit*. Audiant hæc quidam Scioli, & delicatiſsimi Antiprobabiliſtæ, qui nauſeant ſuper tot Scriptoribus Moralis Theologiæ, cùm Auguſtinus innumerabiles Scripturæ Interpretes ad eius intelligentiam magnopere contuliſſe exiſtimaverit. Quanquam enim plures ſententiæ morales ſicuti & Scripturæ interpretationes reprobatæ iam ſint,& antiquatæ;id tamen debetur ſtudio Scriptorum, qui licet in aliquibus vt homines deficiãt, tamen plures veritates labore & ingenio aſſequuti ſunt, quibus pariter falſitates aliæ ſunt penitus eliminatæ.

250 Quarto: nam quis neget licitum eſſe Thomiſtæ & Scotiſtæ ſic ſecum ſtatuere: volo ſequi opiniones D. Thomæ, aut Scoti, hoc ipſo quod probabiles apparent in materia fidei, & nihil contra illas determinet Eccleſia. Certe ad materiam fidei ſpectat quæſtio illa an Chriſtus veniret Adamo non peccante; & pro vtraque parte adducuntur multa Scripturæ oracula, & Patrum teſtimonia, quæ rem faciunt valde dubiam & ex vtraque parte probabilem; & tamen omnes Scotiſtæ docent Chriſtum venturum & ſi Adamus non peccaſſet; Thomiſtæ vero èconverſo non venturum. Nec puto omnes exiſtimare ſuam ſententiam eſſe ſenſibiliter probabiliorem, aut moraliter certam; ſed vnunquenque apud ſe decernere defenſionem ſuæ Scholæ, & ſententiæ eo quod probabilis & prudenter defenſabilis ſit; quis enim in his dubijs maiorem ſibi certitudinem præſumat, niſi decipiatur ex aliquo affectu & paſsione? At omnes ij Doctores, & integræ eorum Scholæ licitè & piè ſe gerunt ita ſentientes probabiliter in materia fidei: ergò quia id licitum eſt.

251 Quinto: nam in Regno Aragoniæ anno 1482. cum quidam ſugillarent proſam quæ ſic affatur Beatiſsimam Virginẽ: *Peccatores non abhorres, ſine quibus nunquam fores tanto digna Filio*; alij èconverſo verba illa ſententiam Thomiſticam continentia pro viribus defenſarunt. Ingraveſcente autem ſuper his controverſia, delata res eſt ad Summum Pontificem Sixtum

IIII. qui

IIII. qui in litteris Apoſtolicis videndis apud P. Alfonium Fernandez, in concertatione Prædicatoria contra Hæreticos, pronuntiavit vtranque opinionem Thomiſtarum, & Scotiſtarum circa motivum Incarnationis, *pietati, fidei, authoritatibus, & rationibus ſubſiſtere*; vnde & tenendos eſſe verſus illos vt pote inixos vni ex illis probabilibus opinionibus, nempe opinioni Thomiſticæ: ſic enim ait Pontifex: „*Cumque* priori opinioni verſus illi innitantur, dicimus quidquid contra dictos verſus attentatum fuit, temerarium, præſumptuoſum, & pœna dignum præſumptum fuiſſe, tanquam contra opinionem à Doctoribus Catholicis *poſitam*.

252 Ex quibus argumentor: in hac controverſia obijciebatur contra illos verſus periculum duplex. Primum, quia contra tutiorem ſuſpenſionem iudicij eligebatur opinio forte falſa & contraria Scripturæ, & ſenſui Spiritus Sancti. Secundum, quia ea opinio deducebatur ad praxim illa vtendo ad implorandam Deiparæ miſericordiam, illi exhibendo motivum forte falſum quod nimirum non eſſet Mater Dei, ſi non extitiſſent peccatores, eo quod Chriſtus non veniret Adamo non peccante; & tamen quamvis in electione & vſu talis opinionis apparet vtrunque periculum, Pontifex declaravit licere electionem & vſum talis opinionis ad fidem, moreſque ſpectantis; quin ex præcepto tenerentur Fideles ad ſuſpenſionem iudicij in qua nullum tale periculum timeri poterat: ergò manifeſtum eſt in materia fidei & morum licitum & honeſtum eſſe eligere & ad praxim deducere opinionem probabilem; quin ex oppoſita quamvis æque probabili timeri poſsit vllum periculum peccandi formaliter, licet fortaſſe obrepat aliquis error materialis, qualis abſdubio interveniret in vſu illius verſus, ſi falſa eſſet opinio Thomiſtica, & inane motivum illud exhibitum Beatæ Virgini ad implorandam eius miſericordiam. Videatur hoc argumentum apud Sapientiſsimum P. Didacum de la Fuente Hurtado, in Theologia reformata diſſert. 5. cap. 5. vbi convincenter illud proponit, & promovet.

SECTIO XXVI.

Reliqua argumenta, quæ contra noſtram benignam ſententiam reſtant, inſtantur, & retorquentur.

253. Fere omnia in decurſu noſtræ diſſertationis diſsipavimus. Obijciuntur tamen primo ex Sinichio, & Janſenianis plura Scripturæ, SS. PP. & vtriuſque Juris loca, in quibus nobis commendatur veritas ipſa, & ſtudiũ eius quærendæ: *Dirige me in veritate tua, & doce me*, pſallebat paſsim Propheta Rex. *Interfice in me quidquid eſt contrarium veritati*, clamabat continuo Auguſtinus. *Nos attendentes quod argumentis latens veritas aperitur, &c.* aiebat Joannes XXII. in extravag. *Quia non nunquam* de verb. ſignific. *In omnibus noſtris actionibus ſpectare devemus verum, & rectum*, docebat Paulus in leg. 1. ff. de Juſt. & iure. Reſpondeo, veritatem eſſe inquirendam pro captu, & ſpe eam inveniendi reſpective ad quamcunque perſonam; quando autem venimus ad apices iuris, in quibus dubitant, & contrariantur etiam ſapientes, & tam contingens eſt veritatem eſſe in hac parte, quam in illa, nec ſperare poſſum Deum per ſe aut per Pontificem, aut Concilium, eam mihi revelaturum: quid quæſo faciendum? Nam hic eſt noſter caſus. Eſt ne inquirenda magis veritas abſque fructu, & ſpe? Minime: fruſtra ergò agglomerantur pro hoc caſu, & quæſtione teſtimonia ſuadentia inquiſitionem veritatis.

254 Sed dicunt, in hoc caſu ſequendam viam rigidiorem, ſeu tutiorem; nam *in dubijs tutior pars eſt eligenda*. Sed iam didicimus ex S. Antonino id eſſe conſilij, non præcepti. Deinde cur pręſumere debeo potius pro obligatione, quam pro non obligatione, quando æquale eſt periculum addendi, & detrahendi; & vtrumque Deo æque diſplicet? Poſſum ergò eligere tutiſsimè quod maluerim: *Nam in re dubia* (aiebat J. C. Marcellus in leg. 192. §. 1. ff. de reg. iuris) *benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt quam tutius* Inſiſtunt, & dicunt, tunc ſaltem debeo eligere quod mihi probabilius videtur. Id nego firmiſsime; ſi videam alijs Sapientibus videri oppoſitum probabilius: nam æque contingens eſt, meum probabilius eſſe falſum, ac probabi-

lius

Digitized by Google

lius aliorum ; & ſi oppoſitū iudico , imprudens ſum,& plus iuſto defero mihi.Loquor regulariter, & non in caſu quo nova deciſio, aut ratio vrgentiſsima detegitur: qui caſus rarò contingit in opinionibus à Sapientibus iam olim diligenter diſcuſsis. Quare audiant Contrarij ita proprio ſuo iudicio in rebus dubijs adhærentes ; & vergentes in contemptum aliorum Sapientium Magiſtrum Fr. Franciſcum Zumel, *Defenſorem Eccleſiæ* à Clemente VIII. appellatum , Regalis Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum Generalem , & in hac Academia celebratiſsimum Theologiæ Profeſſorem , qui tom. 1. (Typis excuſſo anno 1594.) ſuper 1. 2. D. Thomæ, quæſt. 76. art. 2. *Dubium appendix.* hæc verba habet: „ *Colligo* etiam , quod ſi aliquis „ dubitat de aliqua veritate pertinente ad bonos mores, „ v.g. vtrum aliquis contractus „ quem ipſe exercet , ſit vſurarius , an non ; vel quid ſimile; „ iſte talis ſi bona intentione & „ animo faciendæ & intelligendæ veritatis,interroget Doctores,& adhibeat humano more „ externam diligentiam,eſt tutus „ ab vſura in conſcientia , neque „ opus habet diſponi per pœnitentiam ; licèt habeat plura „ peccata. Probatur : quia iſte „ qui dubitat de his veritatibus, „ tenetur ſequi ſententiam Magiſtrorum , & non ſuam propriam : ergò eſt tutus in conſcientia. Et licèt iſte talis homo „ interne diſponeretur per veram pœnitentiam , & ſibi ſuoque privato iudicio aliud appareret , nihilominus tenetur „ ſequi ſententiam Doctorum & „ Magiſtrorum: ergò eſt tutus in „ conſcientia. Sane ſi quis negligeret Doctorum ſententias , & „ innixus proprio iudicio , ſuæ, „ quæ bonitati, vellet ſequi proprium iudiciū de re qua dubitat, graviſsimè erraret,& incideret in errorē eorū qui aiebāt „ nulla ratione ſe crediturosDoctoribus, ſed illuminationi Spiritus *Sancti*. Qualis error fuiſſet iſte , paulo anteà dixit ſapientiſsimus hic noſtræ Vniverſitatis Doctor , & Decanus ibi *ad confirmat.* 5. vbi ita fatur : *Nam* profectò credere „ proprio Spiritui , Patrum ſententijs repulſis , aut neglectis, „ error eſt apertus *de los que llaman Alumbrados*, quo ordinem Eccleſiæ invertunt:imò „ verò eſt Lutheranorum *Aſylum*.

255 Inſtant:ergò ſaltem, quando ſentio cum pluribus, & Sapientioribus pro lege , debeo iuxta illam agere.Diſtinguo; ſi ipſi negent , aut non innuant probabilitatem ſententiæ oppoſitæ,concedo: tunc enim oppoſi-

ta non cenſetur ſolidè, certò, aut ſimpliciter probabilis: ſi concedant ſaltem plerumque, licet aliqui inconſideratè eā negēt: nego: nā tunc planum fit, eas opiniones etiam negantibus videri fere æquales, & prudenter affirmabiles; adeoque reflectendo ſupra hunc ſtatum, fere ſum in æquali periculo addendi, aut detrahendi legi Dei; præſumendo vſque adeo pro rigida, vt negem licitum eſſe ſequi aliam.

256 Sed quid, ſi mihi ex motivis, aut Authoribus ſenſibiliter præponderantibus appareat verior pars rigida; ſeu quæ dicitur tutior? Reſpondeo, cautiſsimè credendum eſſe eis præponderantijs, quas plerumque fingit genius ſcrupuloſus, melancholicus, durus, proprij iudicij tenax, aut vitijs huiuſmodi laborans: his enim hominibus, quidquid ipſi cogitant, ſtatim præponderat iuxta illud: *Amor meus, pondus meum*. Sed dicunt: quid ſi id cogitat homo abſque paſsione, & culpa, vt toties repetit RR. Thyrſus? Reſpondeo, illum fruſtra hæc addere; cum ex alia parte fateatur, vix vnquam hominem ſcire poſſe an fecerit examen ſincerum, diligens, abſque negligentia, culpa, & paſsione. Si enim hoc neſcit certo: ergò poteſt dubitare prudenter: vnde ſemper de hoc manebit ad inſtar dubitantis; nunquamque apud illum adveniet caſus ille opinionis præponderantis, ſecluſa paſsione; vt poſsit firmiter reſolvere ſe teneri. Iam dico generaliter, quod ſi præponderantia firma authoritatis, & rationis eſt evidenter, ſenſibiliter, & notabiliter maior, iam oppoſita opinio eſt tenuis, & dubiæ probabilitatis, nec iuxta illam agere licet. Dicam item, particulariter, & quaſi ad hominem, quod vbi exceſſus probabilitatis tantus eſt, vt oppoſita pars, quamvis præcepta foret à Superiore, adhuc eſſet per vos illicita: tunc non eſt abſolutè & ſufficienter probabilis & licita; ſecus ſi ſit ita probabilis, vt præcipi poſſet, & tunc licitè fieri.

257 Inſtant ex damnatione ab Innocentio XI. anno 1679. illius propoſitionis, quæ inter ſexaginta quinque, tertia ordine, erat iſta: *Generatim dum probabilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus*. Ergò iam opinio manens intra terminos probabilitatis non excuſat. Contra: ergò damnatur vſus opinionis etiam probabilioris; nam hæc eſt intra terminos probabilitatis. Si neges, quia probabilitas maior, non eſt tenuis: etiam dico, probabilitatem

tem ſimpliciter talem, ſolidam, & certam, qualem requirimus non eſſe tenuem, nec tenui fundamento nixã: vnde obiectio eſt vel frivola, vel contra omnes: infert enim ex damnatione tenuis probabilitatis damnationem cuiuſque manentis intra terminos probabilitatis. Dicit Munieſſa, Author illius propoſitionis non fuit ita tardus vt vellet licere probabilitatem improbabilem, ſed re ipſa probabilem; & tamen adhuc damnatur eius propoſitio: ergò quia non ſufficit probabilitas. Reſpondeo Eccleſiam non iudicare de oculta intentione, ſed de verbis ſonantibus, ea autem ſunt plena implicatione ſcãdaloſa: nã ſignificant *tenuem* probabilitatẽ eſſe probabilitatem ſimpliciter, ideſt, quæ poſsit movere virum prudentẽ ad iudicandũ: & agendũ: ex quo fieret, nõ requiri, quod opinio, eiuſque motivũ ſint ponderis gravis; ſic autẽ aperitur via ad quamcumque laxitatem, pro qua ſemper invenitur aliqua ratio, ſeu probabilitas tenuis. Deinde; ſicut riſus prati, vel homo pictus inepte poneretur in claſſe, riſus, & hominis veri; ita & probabilitas tenuis ineptè, & periculosè ponitur in claſſe, ſeu intra fines probabilitatis vere talis, hæc enim eſt gravis & qua movetur vir prudens, qui ex tenui ratione non movetur: meritò ergò damnata eſt propter hæc, opinio illa, in qua lapſus eſt Author, quidquid ſit de eius intentione.

258 Inſiſtit RR. Thyrſus diſſert. 8. num 24. per hanc damnationem ſaltem everſum fuiſſe fundamentum à priori noſtræ ſententiæ: quod nimirum liceat vti opinione probabili; nam illa tenuis eſt probabilis, & ea vti iam non licet. Egregia quidem ſunt iſta! Equidem ſi Pontifex definiret riſum analogicè talem, licet contentum intra fines riſus, non eſſe ſignum rationalitatis: an ne propterea damnaſſet eum, qui diceret riſum propriè talem eſſe ſignum rationalitatis? Neutiquam; at tenuis probabilitas tantum impropriè, & analogice & fere æquivoce, ſeu quoad nomen eſt probabilitas: imò potius eſt improbabilitas: ergò ex damnatione huius, inepte inferretur damnatio probabilitatis verè, & propriè talis. Deinde probabilitas tenuis eſt reſpectu alicuius probabilioritas; ſed per te ſufficit probabilioritas reſpectu mei: ergò & tenuis probabilitas: quod eſt damnatum. Dicimus ergò nomine probabilitatis ſemper nos intellexiſſe veriſsimilitudinem gravem & prudentem; qualis profecto non eſt veriſsimilitudo levis, vnde licet hæc damnetur, non tamen illa.

259 Secundo obijciunt cum Sinichio, & VVendrochio, & cum Goneto hos Janſeniſtas kar-

laudante, ex Deuteronomio cap. 17. ℣. 8. vbi præcipitur Iſraeliticis, quod ſi viderint Iudicum ſuorum iudicia variari in caſu ambiguo, accedant ad locum, & ad Iudicem Supremum: ergò etiàm nos in ſimili caſu debemus recurrere ad Pontificem, vel interim ſequi partem tutiorem. Hoc argumento nihil importunius excogitari poteſt pro re præſenti. Primo, quià Iſraelitæ, ſtante dubio inter peritos circa cæremonias divini cultus, quo in caſu vrgebat lex Deuteronomij, vt explicat D. Thomas 1. 2. quæſt. 105. art. 2. ad 7. neque pro parte rigida poterant reſolvere ante recurſum ad Summum Sacerdotem. Quomodo ergo Adverſarij legem illam ad dubium & ambiguum in omni materia extendentes, pro parte rigida quaſi Sacerdotes Supremi reſolvunt? Secundo, quià id ad ſummum probat amplectendam eſſe ſemper ſententiam rigidam, quod non placet Probabilioriſtis, quibuſcum agimus; dicunt enim ſe poſſe ſequi partem ſibi probabiliorem; alios verò oppoſitam ſibi etiàm probabiliorem: at hoc non concedebatur Israelitis, ſed præcipiebatur recurſus ad ſummum Iudicem: perperam ergò ex hoc textu arguunt contra nos Adverſarij, cum potius ſe interimant ij, & tamen eo audent vti? Tertio, Sacerdos poteſt abſolvere iuxta opinionem probabilem pœnitentis abſque recurſu alio: & Subditus obedire Prælato iuxta illam imperantem: at nulla ſimilis licentia concedebatur Iſraelitis, vt in dicto dubio in materia cæremoniali operari poſſent aliquando iuxta alicuius, aut aliquorum privatum dictamen: ergò.

260 Quarto D. Thomas ibi, vt defendat, eam Deuteronomij legem fuiſſe iuſtam, ait: *Huiuſmodi autèm ambigua iudicia non frequentèr emergebant, vndè ex hoc Populus non gravabatur*. At dubia moralia emergunt ſine numero: ergò ſi Chriſtiani deberent pro his recurrere ad Pontificem gravarentur onere intolerabili, imò, & inutili; cum non poſſet pro omnibus ſperare reſolutionem Pontificiam: quandoquidem hæc ità frequens eſſe non poteſt. Quinto denique, quià peccaſſent omnes Authores, qui ante tentatum illum recurſum reſolviſſent caſum ambiguum, quod nefas eſt dicere. Vndè ipſe RR. Thyrſus diſſert. 10. num. 60. ex hoc textu docet poſſe etiàm Magiſtros privatos ſuam ſententiam pronuntiare Dico itaque quod ſi promptus, & vtilis eſſet recurſus ille, deberemus illo vti ex amore inveniendi certam veritatem; ſed cum ille non pateat; & ſimus ſub hac noſtræ ignorantiæ caligine, poſ-

poſſumus vti noſtra libertate, quando noſcimus legem prudentèr negari; tunc enim nondum eſt intimata.

261 Clamant, nos non poſsidere noſtram libertatem niſi cum ſubordinatione ad legem divinam, neque habere aliquod ius ad faciendum quidquam, niſi quod legi divinæ non contrarietur. Hæc prolixè ingeminant ſe ipſos implicantes; nàm in materia iuſtitiæ, qui poſsidet rem cum opinione probabili habet vi poſſeſsionis phyſicæ ius morale ad non reſtituendum, licet vi opinionis contrariæ dubius ſit, àn res ſit aliena, & àn ſua poſſeſsio ſit iniuſta, & contra Divinam legem: ergò iàm voluntas, quę nullum habet ius niſi ſubiectum divinæ legi ratione poſſeſsionis phyſicæ poteſt licitè tunc non reſtituere: ergò vi dominij phyſici, quod habet anima in ſuas potentias, & actus, poterit præſumere prudentèr, ſe licitè poſſe operari, quando lex prudentèr negatur ob probabilem opinionem.

262 Dicunt in materia iuſtitiæ hominem ſupponi phyſicè poſsidentem rem ſuam: at in noſtro caſu non poſsidet actionem. Sed rogo: poſſeſsio phyſica dat ne ius aliquod non ſubiectum legi Divinę de non poſſidendo, quod eſt alienum re ipſa? Minimè: & tamèn in dubio àn ſit aliena poſſum licitè, non obſtante illo dubio ſpeculativo, reſolvere practicè, & ſtatuere, mihi licitum eſſe retinere, ſeù non reſtituere: ergò ſimilitèr dominium, & libertas naturalis animæ noſtræ fundare poterit talem practicam præſumptionem pro licito, quando lex negatur probabilitèr, & prudentèr.

263 Super hæc multa effutit Munieſſa pag. 135. & deinceps à pag. 239. vbi contra Sapientiſsimos, àc Religioſiſsimos Viros ex hoc capite poſſeſſæ libertatis arguentes, & generalitèr contra ſententiam benignam, & communiſsimam tam horrenda profert convitia, vt manifeſtum ſit, ipſum ſolito Antiprobabiliſmi æſtro, impetuque abreptum, penitus oblitum fuiſſe Sanctiſsimę Conſtitutionis Innocentij XI. prohibentis omne convitium & notam in ſententias vtrinque inter Catholicos controverſas. Sed ad rem: inſtat ipſe pag. 240. Regulam Juris: *Melior eſt conditio poſſidentis*, etiàm in materia iuſtitiæ ſolum valere pro caſu dubio; non tamèn maioris probabilitatis de eo quod ſit res aliena. Sed contra, quià iuxta illum pag. 288. ipſa poſſeſsio eſt momentum rationis pro opinione poſsidentis: ergò opinio poſsidentis minus probabilis poteſt fieri æqualis oppoſitæ probabiliori per momentum poſſeſsionis: ergò

Digitized by Google

adhuc valet in caſu minoris probabilitatis præſcindentis à poſſeſſione. Deindè poſtquam multa ex ſuo cerebro, quaſi noſtra depromit pag. 241. rogat an loquamur de poſſeſsione libertatis noſtræ phyſica, àn de morali ad agendum nimirum licitè hanc actionem? Si de phyſica: ergò cum hanc non auferat lex, poterit homo, non obſtante clara lege, licitè peccare. Si de morali: falſo dicitur hominem habere talem agendi licitè poteſtatem contra Divinam legem prohibentem: & præterea vos dicitis dari eam poſſeſsionem; nos negamus: ergò eſt poſſeſsio incerta.

264 Sed videre debuiſſet retorſionem evidentem: nam quando dicis hominem poſſidere rem in materia iuſtitiæ vel loqueris de poſſeſsione phyſica, & hæc non tollitur per advenientem cognitionem claram, quod ſit aliena: àc proindè non obſtante hac cognitione poterit retinere beneficio poſſeſsionis. Vel loqueris de poſſeſsione morali, & falſum eſt te licitè poſſe retinere rem contra legem Dei imperantem reſtitutionem rei alienæ; & deindè ſi quis tibi neget eam libertatis moralis poſſeſsionem, vndè eam probabis? Ex poſſeſsione libertatis moralis ad retinendum? At hoc eſt idem per idem probare, vt ait Munieſſa. Si ex poſſeſsione phyſica rei? Certè hęc poſſeſsio phyſica non deſtruitur per advenientem cognitionem claram; & deindè ſtare poteſt cum probabili, probabiliori, & clara de eo quod res ſit aliena. Quorſum ergò recurris demum, vt probes in caſu æqualis probabilitatis valere poſſeſsionem? Certę non niſi ad poſſeſsionem ipſam phyſicam, quæ poteſt dici ius radicale, ſeu fundamentum ad præſumendum pro iuſta pręſumptione retentionis licitæ; donec lex divina reſtituendi alienum magis intimetur: ſi ergò poſſeſsio phyſica rei prævalet contra legem Divinam dubiam limitando eius vim, & energiám pro caſu dubij: cur poſſeſsio phyſica libertatis hominis ad vtendum ſuis potentijs ab ipſo Deo acepta, non erit ſimile ius radicale, & fundamentum ad præſumendum prudentèr Divinam legem non vrgere? Ego quidem Munieſſam clamantem audio, diſparitatem verò video omninò nullam.

265 Tertio obijcit Gonet de probabilitate num. 49. Qui habet ſuſpicionem, ſcrupulumvè de eo quod aliqua actio eſt illicita, peccat mortalitèr, ſi cum eo ſcrupulo, aut ſuſpicionę operetur in materia gravi: at qui habet opinionem æquè probabilem de illicito habet ſcrupulum & ſuſpicionem: ergò ſi operatur peccat. Reſpondeo maiorem ſumi ex Fagnano & eſſe falſiſsimā,

&

Digitized by Google

& virtualitèr damnatam ab Eccleſia; nàm quęlibet opinio etiam probabiliſsima de licito relinquit ſuſpicionem & ſcrupulum de illicito, alioquin non eſſet opinio ſed evidentia: ergò nec opinio probabiliſsima excuſat à peccato; quod eſt damnatum ab Alexandro VIII. Præterea, ergò nec opinio probabilior excuſat, nàm à fortiori relinquit ſcrupulum & ſuſpicionem contra ſe: & tamen Gonetus docet excuſare opinionem probabiliorem: ergò ſibi evidentèr contradicit. Quæ ergò ratio habenda eſt de hoc & ſimilibus vtentibus argumentis Fagnani, Sinichij, & VVendrochij probantibus propoſitionem damnatam iàm ab Eccleſia? Nego itaque falſiſsimam maiorem quià cum ſcrupulo & ſuſpicione de contractu ſecundum ſe, ſtat certitudo de eo quod ſit licitus hic & nunc; vt à nobis explicatum iàm eſt.

***

SECTIO XXVII.

Argumenta de Iudice, Sacerdote, & Medico ſolvuntur, & retorquentur.

266 QVARTO Confidentiſsimè obijciunt ex propoſitione damnata ab Innocentio XI. die 2. Martij anno 1679. quæ inter ſexaginta quinque, ſecunda ordine, erat iſta: ***Probabilitèr exiſtimo, Iudicem poſſe iudicare iuxta opinionem etiàm minus probabilem.*** Ex qua clamant plaudentes Antiprobabiliſtæ, quaſi de triumpho ab ipſis reportato: ergò nec poſſumus ſequi ſententiam minùs probabilem. In primis non illi; ſed præ omnibus P. Terillus eam de Iudice opinionem antequam damnaretur vrgentiſsimè vt improbabilem exploſit, vt in ipſo, & alijs Probabiliſtis videri poteſt, à quibus contra laxitates iàm pridem dimicatum egregie fuit, & quibus ſimiles triumphi attribui deberent.

267 Deinde inſto primo: nàm Iudex circa licitum vel illicitum, nempe Confeſſarius, poteſt iudicare iuxta opinionem ſibi

ſibi minus probabilem, dummodo probabilis ſit; vt docuit tota Antiquitas, & omnes modo, etiàm cóſſentiente Munieſſa, contra paucos alios: imò poteſt iuxta P. Thyrſum, ſi opinio pœnitentis ſit multorum gravium, quamvis Confeſſario videatur minus probabilis; tunc enim poterit Iudex iſte deponere ſuum iudicium, vt fatetur diſſert. 14. cap. 9. ergò Iudex circa licitum, & illicitum poteſt ſententiam ferre & abſolvere iuxta opinionem ſibi minus probabilem; & tamen id non poteſt alter Iudex, qui non iudicat de licito, aut illicito litigantium; ſed ſpeculativè de iure, quod vnuſquiſque habet: ergò omnes debent diſparitatem reddere.

268 Inſto item ſecundo: quià Iudex in caſu æqualis probabilitatis poteſt iudicare, vel rem dividendo ſi diviſibilis ſit; vel aliter: at Theologus in probabilibus æqualitèr non deberet iudicare vnum præ alio; vt ex Bonaventura contendit Munieſſa: eſt ergò diſcrimen. Inſto tertio, Iudex nec per præceptum ſui Prælati poteſt mutare ſuum iudiciū; nec ſententiam ferre contra opinionem probabiliorem circa ius partium: at per vos ego accedente præcepto mei Superioris, poſſum mutare meum iudicium, & operari contra opinionem, quæ mihi prius videbatur probabilior: ergò ſine dubio latet diſcrimen ab omnibus exponendum.

269 Dices ex Munieſſa pag. 287. Si Iudex ex Authoritate, & rationibus Prælati ſibi præpoſitis, iàm iudicet oppoſitum: poterit ferre ſententiam pro parte oppoſita; ſecus verò ſi ex his non moveatur. Sed contra: nàm vt demonſtravi ſupra, præceptum Superioris non eſt ratio vt Subditus iudicet de re ſecundum prædicata intrinſeca & ſpeculativè; ſed practicè de re hic, & nunc. Præterea idem Munieſſa fatetur pag. 195. ex doctrina S. Ignatij intellectum poſſe aſſentiri parti minus probabili in conſpectu probabilioris, imò fatetur etiàm Sanctum Patriarcham hortari ſuos ad hanc obedientiam iudicij dum in Epiſtola obedientiæ ait *poteſt intellectus voluntatis pondere in hanc potius quam illam partem inclinari*. Ex quo plura emergunt abſurda contra Munieſſam, primò iàm ſequitur Subditum abſque novis rationibus poſſe aſſentire Superiori; nàm per te poteſt aſſentire parti præceptæ & ſi minus probabili, non eſſet autèm minus probabilis ſi novæ iàm pro illa deberent advenire rationes, vt nunc in reſponſione aiebat Munieſſa. Secundo ſequitur S. Ignatium conſuluiſſe aſſenſus valdè imprudentes; nàm iuxta Munieſ-

ſam docet vt Subditus aſſentiatur parti præceptæ quamvis ſibi minus probabili, id enim eſſe probabile ex imperio voluntatis volentis obedire obedientia perfectiſsima iudicij; probat ibi ex verbis S. Ignatij. Rurſus verò addit eum aſſenſum eſſe phyſicè poſsibilem, ſed tamèn imprudentem & illicitum: ergò ſi per te D. Ignatius ad illum hortatur, hortatur ad aſſenſum imprudentem: item ergò obedientia iudicij eſt imprudens & illicita. Quæ omnia ſunt iniurioſa D. Ignatio & ipſi veritati, oſtenduntque inconſequentias Munieſſæ de ſe valdè præſumentis. Ex his ad rem noſtram. Per vos Subditus ſolo audito præcepto Superioris imperantis vſum ſententiæ probabilis, poteſt, & debet ſuum iudicium deponere, & operari: at non poteſt ſic Iudex ſuum iudicium deponere, & ſententiam ferre: ergò omnes debent diſparitatem aſsignare.

270 Ea enim verò ſtat, primo in eo quod Iudex habens opiniones inæqualitèr probabiles circa controverſiam litigantium, non habet opiniones probabilitèr dicentes licere Iudici ſic, vel aliter iudicare, vnde non ſunt opiniones probabiles circa licitum, & proinde nec ſufficientes ad formandam bonam conſcientiam ad licite pronuntiandum ſententiam. At nos aſſerimus poſſe vnumquemque licite operari, quando habet opinionem certo probabilem de licito operationis: ergò quod illicitum ſit Iudici iudicare ſecundum ſententiam ſpeculativam minus probabilem, & nil reſolventem circa licitum, non probat: contra caſum noſtrũ, in quo datur opinio de licito.

271 Secundo certum eſt, quod ſi Deus mihi præciperet, aut ego ex voto me obligarem ad ſequendam ſententiam tutiorem in puncto reſtitutionis Ex.g. vel ad reſtituendum etiàm in caſu probabilitatis & poſſeſſionis mihi faventis; tunc adveniente eo caſu, nec probabilitas, nec probabilioritas mihi prodeſſet, ſed via tutior dumtaxat, ad quam ex alia lege eram obligatus. Nunc ſic: Iudex ab hominibus inſtituitur, vt eis ius dicat abſque vlla perſonarum aceptione, ſed tantum iuxta rigorem, aut tenorem ipſum legum, vt conſtat ex iure Hiſpano leg. 6. tit. 5. lib. 2. novæ recopilat. Et cum hoc onere officium aſſumit, & de eo adimplendo iuramentũ præſtat, vt eleganter Imperator Iuſtinianus traddit in leg. 14. *Rem non novam* C. de iudicijs; ibi:
„*Cui* enim non eſt cognitum
„ antiquos Iudices non aliter
„ iudicialem calculum accepiſſe,
„ niſi prius Sacramentum præſti-
„ tiſſent omnimodò ſe ſe cum
„ veritate, & legum obſervatione
„ iu-

„ iudicium *diſpoſituros*? Et clarius ipſe Iuſtinianus in authentica 16. quæ eidem legi inſeri „ ſolet : ibi : *Hodie* iurant „ ſe facturos ſecundum quod eis „ viſum fuerit iuſtius, ac *melius*. At in caſu noſtro tale onus ſpeciale non probatur ; quin potiùs lex ſpecialis non datur præſumendi mihi illicitum, quando me iudice prudenter dicitur licitum: ergò paritas, & onus Iudicis ſpeciale nihil probat contra nos.

272 Dices: etiàm Iudex videt alios prudenter, & probabiliter negare ſententiam per quam ipſe dirigitur : & non poteſt iuxta illos ſententiam ferre: ergò ſimiliter non potero operari iuxta aliorum ſententiam contra meam. Reſpondeo Iudicem, qui ſuam videt ſententiam ratione, legibus, & Tribunalium praxi magis munitam, videre pariter ſpecialem obligationem quã cum officio ſubivit non pronuntiandi, niſi ſecundum quod iudicat ipſe ; nec illa opinio aliorum quam iudicat probabilem, affirmat Iudicem licite poſſe iuxta illam iudicare, nec de eo agit, ſed de iure alterius partis : at in noſtro caſu, ego non video legem ſpecialem ſequendi meã probabiliùs, & habeo opinionem probabilem & prudentem, quæ dicit licitum, quod ego exiſtimo illicitum ; imò ſententiam certam tot Authorum, quod poſſum in eo caſu meum deponere iudicium, & ſequi alienum: ergò licet Iudex non poſſit licite iudicare iuxta ſententiam pure ſpeculativam iuris alieni, & nil prudenter reſolventis circa licitum, vel illicitum exercitium Iudicis: tamen ego ab oppoſito habens ſententiam probabilem, & prudentem circa licitum huius actionis, licite poſſum in eam erumpere.

273 Idque patet ex inſtantijs ſupra datis ; atque etiàm ab exemplo eius, qui voto ſe obligavit ad tutiorem ſeu rigidiorem in materia reſtitutionis: hic enim videt dari opinionem probabilem, aut probabiliorem de eo quod res non ſit aliena: nec tàmen poteſt illa opinione vti ad non reſtituendum, quià habet ſpecialem reſtituendi obligationem ; & quia illa opinio non docet ſibi licitum eſſe non reſtituere : ſic ergò opinio probabilis aliorum non dicit Iudici licere iudicare iuxtà illam: vndè nil illi prodeſt ad iudicandum licitè iuxta illam. Sic ſi ego voviſſem non agere niſi iuxta opinionem mihi probabiliorem, & tutam in aliqua materia ; nil mihi prodeſſet opinio probabilis aut probabilior aliorum in ea materia, quià non loquitur mecum, ſed alijs ſpecialem eam obligationem non habentibus. Perperam ergò ex recta damnatione illius propoſitio-

tionis ob onus Iudicis, obijciunt Adverſarij contra nos, nulla lege pro probabilioribus ſequendis adſtrictos.

274 Obijciunt quintò: Sacerdos non poteſt vti opinione probabili in materia, aut forma Sacramentorum, relicta probabiliori: ſimilitèr nec Medicus vti remedio probabili relicto probabiliori, vt conſtat ex deffinitione Pontificia: ergò nec in alia materia morum, vbi imminet periculum offendendi Deum, & ſalutis animæ, quæ prætioſior nobis eſſe debet, quam corporalis. Reſpondeo Contrarios Probabilioriſtas ceſſare iàm debere ab his paritatibus de Iudice, Sacerdote, & Medico, tum quia magis firmant noſtram ſententiam benignam in caſibus non exceptis à Summis Pontificibus: exceptio enim firmat regulam in contrarium, vt ait textus in cap. *Quoniam* 2. de Coniug. lepr. & textus in leg. *Nam quod* 4. §. *ſicut ff.* de pen. leg. Tum quià probant apertè contra illos, nec ſufficere opinionem probabiliorem ſibi, relicta tutiore, & certa Ratio eſt evidens: nam id non licet Miniſtro circa valorem Sacramentorum; nec Medico circa vtilitatem remedij: vterque enim debet vti rebus non vtcumque probabilioribus, ſed certis, ſi adſint ad hunc finem: at per vos in noſtro caſu ſufficit probabiliùs mihi: quam ergò diſparitatem redditis? Pro omnibus dico opiniones circa valorem Sacramenti, & vtilitatem remedij, nil dicere etiàm probabilitèr circa licitum, aut illicitum exercitij ſervandi à Miniſtro, aut Medico: vndè nil mirum quod non ſufficiat earum probabilitas, aut probabilioritas circa ſuum obiectum, ad hoc vt Miniſter, aut Medicus licitè erumpat in ſuũ exercitium; prout de Iudice dicebamus: at noſtræ opiniones docent quid mihi licitum ſit: vndè potiori iure, ſi prudentes ſint, & probabiles, poſſum licitè agere, id quod dicunt eſſe licitum. Videatur Eminentiſsimus Lugo diſput. 8. de pœnit. à num. 273. vbi hanc doctrinam clariſsimè explicat.

275 Eſt etiàm evidens ratio, vt Medicus (idem de Miniſtro) debeat magis procurare certitudinem medicamenti: nàm error ipſius etiàm materialis impedit finem intentum à Medico, nempè ſanitatem corporalem; perindè àc ſi eſſet error voluntarius, vt ex ſe patet, vndè tenetur Medicus quoad fieri poſsit vitare errorem illum, & nocumentum ex eo neceſſario reſultans: at iuxta omnes error purè materialis conſcientiæ non impedit effectum intentum à bona conſcientia, qui eſt vitatio divinæ offenſionis, & indignationis,

hanc

hanc enim non incurrit, qui errat pure materialiter; at qui operatur ex ſententia probabiliori aut probabili ſolum, ſi forte erret, ſolum errat materialiter: ergò cum adhuc obtineat prædictum finem licite operatur iuxta illam ſententiam.

276 Vlterius in Medico, idem eſt ſe exponere periculo errandi materialiter, ac nocendi graviter Proximo; ſcit enim per illum errorem nocere: at in noſtro caſu exponere ſe periculo errandi materialiter non eſt idem, ac exponere ſe periculo ſibi, vel alteri graviter nocendi, nec offendendi Deum, eiuſve indignationem incurrendi. Patet hoc evidenter: tum quia peccatum materiale ex ignorantia invincibili, vel ex opinione inter probabiles probabiliſsima non infert prædictum nocumentum, ſed illud excuſat vt conſtat ex definitione Pontificia: ergò error materialis in hac materia morum non eſt nocivus, ſicut in materia Medicinæ corporeæ, vbi imperitia tribuitur Medico vt culpa, ita aiente Imperatore Juſtiniano elegantiſsime in lib. 4. Inſtituta de lege Aquilia tit. 3. §.
„ *Præterea* ibi: *Imperitia* quoque culpæ adnumeratur, veluti ſi Medicus ideo ſervum tuum occiderit, quia male eum ſecuerit & perperam ei medicamentum *dederit*. Vbi ſtatim
„ Gloſſa: *Iuſtiſsime* autem Medico imputatur, qui quod non benedidicit, tam gravi multorum periculo profitetur, & de vita hominis tàm temere *ludit*. Rurſus error materialis nec impedit finem medicinæ ſpiritualis, ſicut error materialis medicamenti impedit finem corporalis, ſcilicet ſalutem: ac propterea licet Medicus potens vitare aliquo modo illum errorem materialem, debeat eo ipſo præcavere illum; non tamen in præſenti. Idque patet, nam nec Medicus ex præcepto ſui Prælati poſſet adhibere remedium minus probabile (idemque de Miniſtro) & tamen in noſtro caſu licet ex illo præcepto operari iuxta opinionem probabilem, & ſubire illud periculum peccati materialis: perperam ergò obijciunt ex dicta paritate Adverſarij.

277 Inſtat hic Munieſſa: per nos per probabilitatem contractus liciti non excuſatur malum peccati materialis; & tamen, qui ex opinione probabili contrahit excuſatur à peccato formali: ergò licet Medicus per probabilitatẽ medicamenti non excludat malum materiale infirmi, tamen excludet ſuum peccatum formale. Sed debuiſſet ſui ipſius meminiſſe Munieſſa, qui eodem argumento convincere poſſet contra ſe, poſſe Medicum vti remedio ſibi probabiliori relicto

licto certo ; & excuſare ſuum peccatum formale per probabilioritatem , licet non excuſet damnum phyſicum , & materiale ægroti per talem probabilioritatem. Reſpondeo ergò ex dictis , opinionem probabilem, aut probabiliorem de medicamento non eſſe opinionem probabilem de licito vſu talis medicamenti ; ideòque illa eſt inepta ad excuſandum peccatum formale Medici, at noſtra opinio eſt de licito vſu actionis noſtræ; vnde illa eſt apta ad formandam conſcientiam , & excuſandum peccatum.

278 Replicat : opinio de vtilitate medicamenti eſt probabilis , & prudens ; at per nos , qui operatur iuxta illam, prudenter operatur , licet non vitet peccatum materiale : ergò etiam Medicus iuxta illam operabitur prudenter , licet non vitet damnum materiale ægroti. Sed mutet terminos Munieſſa , & loco opinionis probabilis , ponat *probabiliorem* & concludet Medicum poſſe vti remedio ſibi probabiliori , relicto tutiori , & certo. Quod ſi hoc illicitum eſt Medico ob ſalutem corporalem ægroti : ergò illicitum id erit in ſimili homini ob legem Dei. *Nunquid enim* (vt Munieſſæ clamoribus contra illum reclamemus) *pluris eſt ſalus , aut vita Proximi , quàm lex Dei? Aut minoris debet eſſe curæ violatio materialis legis æternæ Dei quam phyſicum nocumentum vitæ temporalis Proximi?* En argumentum , & paritas æquè reddit illicitam probabilitatem , àc probabilioritatem opinionis in caſu noſtro, ſicuti in caſu Medici ; & tamen in tanta retorſionis evidentia, ità fidit Munieſſa huic paritati , vt quaſi gloriabundus , & ſolutionem deſperans , dicat, *Quid ad hæc* ? Ad hæc autem tantam hallucinationem miſerati dicimus ; opinionem Medici circa vtilitatem medicamenti eſſe probabilem , & prudentem , quoad aſſentiendum illi affirmando vtilitatem præ carentia vtilitatis , & ideò poſſe illi prudenter aſſentiri : at nec eſſe prudentem , nec probabilem , ſed potiùs diſparatam circa licitam applicationem talis medicamenti , cum hoc nullo modo afferat opinio illa : eſt ergò propterea inepta vt Medicus formet conſcientiam , & excuſet à peccato eam applicationem. Noſtra verò opinio eſt probabilis , & prudens circa licitam exequutionem , ideoque illa excuſat nos à peccato formali.

279 Et in hoc ipſum tandem relabitur vel invitus Munieſſa pag. 293. foſſus opi-

Digitized by Google

nionem probabiliorem ſpeculatiue quo ad valide in Sacramento, aut curatione, ne probabilem quidem eſſe quo ad licite: ſi autem hoc fatetur, qua conſequentia infert Medicum habentem opinionem probabilē vel probabiliorem quo ad valorem ſui medicaminis; habere etiā ſimilem opinionem quo ad licitam applicationem? Certè id videtur eſſe, aut miſere, aut voluntarie cæcutire. Quod ſi nihilominus perſiſtant contra ſe, & contra nos inferre: ergò qui ex probabili, vel probabiliori circa licitum operatur exponens ſe periculo peccati materialis; minùs æſtimat legem Dei, minuſque curat vitare peccatum materiale, quàm Medicus damnū phyſicum ægroti: quandoquidem Medicus nulli, nec probabili periculo talis damni ſe poteſt exponere, relinquendo remedium certum. Reſpondeo negandò conſequentiam: quià in caſu noſtro dubitatur prudenter, àn ſit lex Dei prohibens contractum, àn illum permittens, & vtrimque apparet periculum alterandi legem Dei, & me obligandi aut deobligandi contra id quod Deus vult; vnde reverentia erga legem Divinam non me obligat potiùs ad vnam præſumptionem, quam ad aliam, cùm in vtraque ſit æquale, aut fere æquale periculum erroris contra vnam ex Divinis legibus, ſeu permittentem, ſeù prohibentem contractum, & vterque error, ſi eſſet voluntarius, foret peccaminoſus; & ideò eſt pure materialiter malus quando datur: in eo ergò periculo alterandi legem Dei, & erroris materialis, iàm video certam legem Dei mihi hic, & nunc permittentem hanc actionem: vnde ſi loquamur de lege Divina, quam tunc revereri poſſimus, pluris ſine dubio eam facimus, quam faceret Medicus ſalutem corporalem Proximi applicando remedium pure probabile; nàm hic exponeret periculo ſalutem Proximi, quin illud diſcrimen poſſet conducere ad ſalutem Proximi: at homo ex ſententia probabili committens ſe periculo alterandi legem Dei prohibentem contractum, videt hoc periculum, etiàm conducere vt non alteretur lex Dei forte permittens contractum; & ex hoc novit, ſe conformari Divinæ legi conſequenti ad has circumſtantias, & pro illis permittenti contractum: ergò homo ſic operans magis reveretur, & pluris facit Divinas leges; magiſque conatur vitare errorem etiam materialem, quam Medicus nocumentum Proximi: hic enim nec tenetur, nec poteſt ſem-

ſemper aſſequi ſalutem corporalem Proximi : homo autem ſic operans , ſemper conformatur alicui legi Dei permittentis ſaltem pro his circunſtantijs , ſeù dictamini divino dicenti mihi non eſſe illicitum ſic operari.

280. Idque dictum ſit etiàm pro Adverſarijs , qui ſi velint deinceps arguere ex Medico debente vitare nocumentũ ægroti ad Theologum debentem vitare peccatum materiale , Ex. g. contractum vſurarium , aut debent ad hanc ſolutionem recurrere ; aut tandem fateri, quod ſicut Medicus nullam habet opinionem probabilem circa licitum alterius medicinæ , niſi vnice circa vſum tutioris, & certæ, ſi adſit ; ità homo non habebit vllam opinionem, niſi tutiorem, & certam in ordine ad vitandum peccatum materiale , atque adeò etiàm in caſu opinionis probabilioris, aut probabiliſsimæ contra legem prohibentem contractum, Ex. g. non poſſe vti licite probabiliſsima contra legem; ſed vnice ea , quæ tutior eſt pro lege, vitatque certo peccatum materiale. Cum igitur Eccleſia contra Antiprobabiliſtas damnaverit hanc propoſitionem , *non licet ſequi opinionem vel inter probabiles probabiliſsimam* : Timeant neceſſe eſt Adverſarij, ne dum paritate Medici vtuntur , in hanc damnatam incidant propoſitionem ; vt ſane incidet , qui dicat, nullam eſſe opinionem etiàm probabiliſsimam , quæ excuſet operantem , & ideò ſemper eligendam eſſe tutam. Video Antiprobabiliſtas Pontificio illò fulmine iàm perculſos , excogitaſſe ſiniſtram interpretationem illius propoſitionis; quaſi ſolum ex illa damnatione habeatur , aliquam opinionem probabiliſsimam excuſare , ſcilicet illam , quæ ſimul ſit tuta, ſeu pro lege. Verum hanc interpretationem explicatam à Munieſſa , & à RR. Thyrſo diſſert. 10. cap. 2. §. 2. etiàm ij ipſi ſubſtinere non audent, ſed eam vt diſtortam reijciunt, fatentes omnem opinionem probabiliſsime negantem legem prohibitivam actionis excuſare à peccato formali talem actionem , licet fortè talis actio peccaminoſa ex ſe ſit. At Medicus, iuxta vos etiàm, ſolum excuſatur à peccato vtens remedio tutiori, quin vſus minus tuti ſit illi licitus ; imò quin habeat vllam probabilem opinionem contra tutum : militat ergò hæc paritas non contra nos , ſed contra declarationem Pontificiam , atque adeò eſt penitus eliminanda.

***

****

SECTIO XXVIII.

Proſequutio argumentorum, & eorum ſimilis ſolutio.

281 Sexto obijciunt: nàm reverentia debita Deo, eiuſque Divinæ legi, obligat ad ſequendam opinionem probabiliorem. Si enim quis dubitat, aut probabiliùs credit, quod hæc actio ſit contraria, & diſplicens Amico, & tamen illam exequitur, iàm operatur contra Amicum; violatque veræ amicitiæ leges: certe ait RR. Thyrſus, ego tales mihi Amicos non vellem: ergò homo probabiliùs iudicans hunc contractum eſſe vſurarium, contra legem, voluntatemque divinam, & Deo diſplicere: ſi illum exequatur, iàm operatur contra Deum, violat eius amicitiam, & leges amicitiæ, & reverentiæ Deo mille titulis debitæ.

282 Reſpondeo inſtando primo, nàm habens opinionem ſibi probabiliorem de licito contractu adhuc poteſt, & per vos debet timere iuxta Apoſtolum prudenter, ne hic contractus ſit vſurarius, contra legem Dei, & Deo diſplicens, neque per vos certus eſſe poteſt de eo quod nó ſit formaliter malus; nec enim admittitis requiri certitudinem, ſed opinionem tantum de eo quod actu non peccetis formaliter: ergò qui tunc nihilominus contrahit, violat leges amicitiæ erga Deum, & operatur abſque debita Divinæ legis reverentia. Secundo, abſolvens illum nolentem reſtituere iuxta opinionem illi probabiliorem, & mihi falſam, coopetor, vt ille non reſtituat, & faciat contra legem Divinam reſtituendi; ponatque nolitionem Deo contrariam, in eaque maneat. Certe egò nollem tales Amicos, qui prudenter timentes, dicenteſque forte hoc erit contra Amicum, tamen illud exercent; & videntes actionem ab alio ponendam eſſe contra Amicum; nihilominus cooperantur ad illam, iuvantque, vt alter in ea permaneat; & tamen hoc per vos licet in ſimili relate ad Deum, vt ex his duabus conſtat inſtantijs: patet ergò hoc argumentum eſſe fallaciſsimum, & contra omnes. Similiter ſi ego probabilius ſcio hunc contractum eſſe contra meum Amicum mihi præ omnibus infinite magis colendum, violarem legem amicitiæ exercendo talem contractum, vt obediam homini contrarium præcipienti: huic enim, eiuſque legi minorem debeo reverentiam quam Deo, & Divinæ legi:

&

& tàmen quamvis probabilius iudicem contractum eſſe contra Deum, eiuſque legem, ſi in contrarium adveniat præceptum Superioris debeo me, meũque iudicium, & potentias executivas ſubijcere homini, & exequi contractum, quamvis forte ſit contra Deum: Quid ergò obijcitis argumentum ab omnibus ſolvendum?

283 Illud ſanè (ſicuti & reliqua de Miniſtro Sacramenti, de Medico, de Iudice) probant ſolam opinionem pro lege, ſeu tutiorem, eſſe hominibus probabilem, quin aliqua ſit probabilior, aut probabiliſsima dicens eſſe licitum agere in caſu, in quo detur aliqua, vel tenuis probabilitas pro lege. Id patet: nàm amicitia, & amor perfectiſſimus Dei ſuper omnia, eiuſque lex poſtulat ne faciamus id quod fortè eſt contra illum, contra eius dictamen, maximè in materia gravi: ſed quando ſolum habemus opinionem de licito huius actionis, ſemper timere poſſumus, nè hæc actio ſit in ſe mala, & contra Deum, eiuſque dictamen: ergò non habemus opinionem nos excuſantem à peccato contrà amicitiam, & reverentiam Deo debitam: ergò nec probabilior, aut probabiliſsima excuſabit: qui eſt error iàm damnatus. Conſtat ergò ex damnatione huius erroris everſa iàm fuiſſe omnia, & præcipua fundamenta Antiprobabiliſtarum; nec poſſe illis vti, niſi pariter tueantur contra Pontificium Alexandri decretum illicitum eſſe agere ex opinione probabiliſsima contra legem.

284 Vt igitur ingens æquivocatio præfati argumenti detegatur, notandum eſt ex ſupra dictis: Deum circa quamlibet actionem, Ex. g. circa contractum habere vel legem prohibentem, vel legem permittentem; quin nobis certo conſtet quę non ſit lex, quam de facto habet. Secundo diſplicere Deo, quod nos addamus legem prohibentem, tollendo apud nos permittentem, vtrumque enim eſt alterare legem Dei. Tertio in caſu æqualis, aut fere æqualis probabilitatis, & vbi certo, & manifeſtè non conſtat de notabili exceſſu vnius opinionis ſupra aliam, ità vt viſa ex eis fiat tenuis probabilitatis; prudentèr aſſeri legem prohibentem contractum, & prudentèr etiàm aſſeri legem Divinam permittentem, ità vt prudentèr poſsit homo dubitare, quænam lex ex his exiſtat re ipſa in Deo: an permittens, àn prohibens contractum. Quarto, Deum non vnicè velle vt nos noſcamus, & præſumamus eſſe legem prohibentem, quando eſt re ipſa; ſed etiàm vt ſciamus eſſe legem permittentem, quando eſt: nàm error contra vtramque legem diſ-

plicet Deo, & diſonat dictamini Divino, eiuſque voluntati. In caſu ergò noſtro in quo vna prudens opinio affirmat legem prohibentem contractum; altera verò affirmat legem Divinam permittentem; non magis Deo placet, quod ego præſumam pro vna quam pro altera lege; ſed potiùs mihi relinquit liberam optionem non præſumendi pro lege prohibente; ità vt hæc non præſumptio mihi licita ſit, & certiſsimè Deo placens; vndè liber iàm ſum vel ad exercendum contractum non præſumendo illum eſſe contra legem Dei prohibentem; vel etiàm, ſi velim, ad omittendum talem contractum pro libito meo, non vtendo libertate mihi à Deo conceſſa, & actione mihi hìc, & nunc licita.

285 Ex his patet ad argumentum, quod in eo fallitur, quod ſuponat vnam tantum legem Divinam poſſe dari circa contractum, nempè prohibitivam, & hanc eſſe vnicè reverendam, & curandam; cum etiàm revereri, & non alterare apud nos debeamus legem permittentem: ſicut ergò in dicto caſu reverentia erga Divinas leges non cogit nos ad præſumendum pro lege prohibente; ità nec ad operandum iuxta illam, ſed relinquit poteſtatem operandi iuxta permittentem. Hinc ſic operans eliciens contractum non violat leges amicitiæ; nàm agere aliquid quando iuxta leges amicitiæ, & voluntatem Amici, non debeo præſumere id mihi prohiberi ab Amico; non eſt facere contra veram amicitiam, vt patet: at in dicto caſu iuxta leges amicitiæ, & voluntatem Amici non debeo præſumere contractum eſſe à Deo prohibitum, cum in contrarium obſtet reverentia Divinæ legis permittentis, quam video prudentèr affirmari à pluribus: ergò tunc eliciendo contractum non violo leges amicitiæ. Vndè Amicos ità ſe gerentes erga me bene poſſum acceptare vt veros amicitiæ humanæ, imò & Divinæ Cultores; ſi enim Amicus humanus non poſtularet, vt ego hìc, & nunc præſumerem hanc actionem eſſe illi contrariam, & diſplicentem, ſed ab eo ſponte permiſſam, ego illam exequens non violarem amicitiam, & amorem ei debitum tanquam Amico; at hoc contingit in noſtro caſu: ergò ipſum argumentum eiuſque paritas probat contra Adverſarios contendentes in eo caſu me eſſe obligatum ad omittendam eam actionem tanquam vetitam à Deo.

286 Verum eſt etiàm in eo caſu magis Deo placere, quod ego omittam contractum; cæterum quod ego omittam contractum ex præſumptione legis obligantis ſtrictè ad illum, non

non placere Deo magis. Sicut quando poſſum me flagellare, aut orare, verum eſt Deo magis placere quod orem, aut me flagellem; verùm quod id faciam ex præſumptione obligationis ſub præcepto, id Deo non placet, alioquin non eſſent hæc opera conſilij, vt contendunt Hæretici, cuncta revocantes ad præceptum rigoroſum, vt tandem omnia deſtruant præcepta. Ratio eſt quià lex permittens, ſi fortè detur circa contractum non poſtulat vt ego eliciam contractum, ſed ſimul permittit illum, & eius omiſsionem; vndè licitè, & ſanctè poſſum illum omittere, vel ex fine non violandi legem prohibentem, ſi fortè detur, vel ex alio fine honeſto; nunquam tamen præſumendo me teneri ex præcepto ad omiſſionem contractus; ille enim eſt aſſenſus errans, & Deo diſplicens; cumque non ſint facienda mala & contraria Amico, vt eveniant bona; indè eſt quod ego non debeo præſumere falſo, & contra Deum me eſſe obligatum ad omittendum contractum; vt ſic omittam, & magis diſtem à violatione materiali legis, fortè prohibentis contractum: maximè cum ea præſumptio, ſi falſa ſit, non poſsit iuxta contrarios eſſe vtilis ad omiſsionem, vel actionem bonam Deo placentem; ſed tantum ad omiſſionem, vel nolitionem contractus permiſſam à Deo, & purè non malam.

287 Septimo obijciunt: ergò homo actu iudicans aſſenſu ſuo probabiliori contractum eſſe intrinſicè, & in ſe vſurarium; poteſt nihilominus illum elicere licitè. Probant conſequentiam: quià cum hoc aſſenſu poteſt etiam iudicare alios Authores probabilitèr, & prudentèr dicere illum non eſſe vſurarium; & conſequentèr poteſt ſecum ſtatuere illum contractum eſſe licitum iuxta opinionem probabilem; tandemque reflexè inferre ſibi hic, & nunc eſſe certo licitum, ſeu formalitèr non peccaminoſum, quià ſic licitus eſt, quoties datur opinio probabilis, & prudens de licito, & tunc ſibi conſtat dari talem opinionem. Recens Scriptor Philippus de Aranda, negat primam conſequentiam, quià exiſtimat iudicium dicens: *Contractus eſt vſurarius, & illicitus ſecundum ſe* opponi contradictoriè huic iudicio practico: *Contractus eſt hic, & nunc mihi licitus*; & ideò non poſſe ea iudicia ſimul coexiſtere. Sed fallitur manifeſtè ex dictis ſuprà: nàm hoc ſecundum iudicium, ſolum dicit contractum hic, & nunc non eſſe formalitèr peccaminoſum, quidquid ſit de la-

tere.

tente malicia; quià illa hìc & nunc imputabilis non eſt: dicere autem maliciam hìc, & nunc non eſſe imputabilem, non contradicit iudicio dicenti dari in contractu eam maliciam; ſtat enim eam dari, & tamèn non imputari, nec eſſe imputabilem hìc, & nunc: vndè vtrumque iudicium poteſt eſſe ſimul verum adeòque ſibi non contradicens. Sic Deus, vel Angelus dicunt verè contractum eſſe vſurarium, & illicitum ſecundum ſe; & ſimul dicunt illum elicitum ab Homine iuxta opinionem probabiliſsimam, vel cum invincibili inadvertentia maliciæ non eſſe peccaminoſum formalitèr, & eius maliciam non eſſe tunc imputabilem: evidens ergò eſt obiecta illorum iudiciorum non opponi contradictoriè inter ſe; àc proinde ex hoc capite non repugnare.

288 Iàm verò ad argumentum Reſpondeo, inſtando evidentèr, & multiplicitèr. Sit homo baptizatus ſub materia, vel forma Parocho probabiliori quod ad eius valorem, ſed contra cuius valorem detur etiàm probabilis opinio. Nunc ſic: Parochus poteſt, & debet illum hominem rebaptizare ſub conditione iuxta omnes; quamvis prudentèr iudicare poſsit illum hominem eſſe re ipſa baptizatum, & conſequentèr, ſe modo reiterare Baptiſmum fruſtraneum, & nullum, àc Deo diſplicentem ſecundum ſe, & attenta lege directa de Baptiſmo, eiuſque inſtitutione. Sed inquiro, poterit ne Parochus tunc rebaptizans, ſic apud ſe ſtatuere: ego quidem facio Baptiſmum fruſtraneum, nullum, illicitum in ſe, & Deo diſplicentem, & contra eius inſtitutionem; ſed tamèn adhuc baptizo, quià in his circunſtantijs licite poſſum, & debeo baptizare? Licet, inquam, cum hoc iudicio directo baptizare? Vel debet ſuſpendere illud iudicium probabiliùs, tantumque dicere apud ſe, mihi licet hìc, & nunc baptizare hunc hominem, quidquid ſit de maiori mea probabilitate circa valorem primi, & fruſtraneam repetitionem ſecundi? Certe, ſi Parochus debet ſuſpendere ſuum illud directum, & probabiliùs iudicium; ſic & nos dicimus hominem operantem ex minùs probabili debere ſuſpendere ſuum iudicium probabiliùs circa illicitum contractum ſecundum ſe; ſi autem non debet Parochus in dicto caſu, nec debebit operans in noſtro, quià nimirum componitur iudicium probabilius de Baptiſmo fruſtraneo, & in ſe illicito, cum iudicio reflexo aſſerente hìc, & nunc talem Baptiſmum

eſſe

eſſe licitum, & obligatorium, ne forte homo maneat inbaptizatus.

289 Secundo: Coniux, qui bona fide contraxit matrimonium, & poſtmodum habet opinionem de impedimento dirimente, opinionem, inquam, probabilem, aut etiam probabiliorem, ſed quæ non perveniat ad ſcientiam certam moraliter de eo impedimento: ille, inquam, poteſt, & debet reddere debitum alteri Coniugi petenti, vt conſtat ex cap. *In quiſitioni* de ſent. excom. & probat ex illo RR. Thyrſus diſſert. 14. num. 76. Conſtat item ex D. Thoma in 4. diſt. 41. quæſt. vnica art. 5. quæſt. 1. ad 3. his verbis: *aut habet certam ſcientiam de impedimento matrimonij, aut opinionem; ſi primo modo, nec exigere, nec reddere debet; ſi ſecundo debet reddere, & non exigere*. Id ipſum habetur in cap. *Dominus* de ſecund. nuptijs. et in alijs quæ refert P. Thomas Sachez lib. 2. de matrim. diſput. 44. num. 3. Rogo nunc, homo ille poteſt ne accedere ad vxorem iudicando actu probabilius eam non eſſe ſuam, & conſequenter ſe dare operam copulæ fornicariæ, & illicitæ ſecundum ſe, Deoque diſplicenti? Si hoc poteſt, iam cum hoc iudicio poteſt habere conſcientiam practicam excuſantem hic, & nunc talem copulam. Idque etiam nos reſpondebimus. Si autem debet ſuſpendere iudicium illud, & ſic accedere; idem nos dicemus. Conſtat ergò etiam Adverſarios reſpondere debere.

290 Hic autem nota, quam fallax ſit argumentum à nobis ſolutum num. 195. & quo RR. Thyrſus aiebat ſe convinci ad Antiprobabiliſmum: nimirum quia quando homo poteſt probabilius iudicare hanc actionem eſſe in ſe malam, & divina lege prohibitam, Deoque diſplicentem; non poteſt habere ignorantiam invincibilem legis, nec per aliquam reflexionem excuſari illam exercendo; iam enim ea actio non ſolum materialiter erit mala, ſed formaliter, & imputabiliter. Hoc autem quam falſum ſit, patet ex noſtro caſu; nam Coniux poteſt, probabiliter, & prudenter iudicare copulam illam eſſe in ſe fornicariam, & contrariam legi de non fornicando; & tamen exercendo eam copulam non peccat, cum potius obligetur ad reddendum debitum: ergò &c. Nota item Hominem quamvis poſſit aliquando prudenter iudicare actionem eſſe in ſe malam, quia de hoc habet opinionem ſibi probabilem, tamen non ſemper debere ſic opinari, ſed poſ-

ſe

ſe iudicium hoc deponere etiam prudenter ad formandam bonam conſcientiam de licito talis actionis ob circunſtantias occurrentes, vt patet in noſtro caſu: Quarè id non eſt ficte ſe gerere, & cavillari contra Deum, vt toties clamant Adverſarij contra huiuſmodi reflexiones: cum tamen in dicto caſu debeant omnes diſtinguere legem Dei ſecundum ſe, & legem reflexam, & applicatam mihi, hic, & nunc; licet enim lex Dei ſecundum ſe vetans copulam fornicariam comprehendat hanc Coniugis copulam, tamen Coniux hic, & nunc non peccat eam exercendo ob legem in his circunſtantijs permittentem. Nota vlterius, opinionem probabilem, quam Coniux habet de invalido matrimonio eſſe quidem verè probabilem, & aprobabilem ab ipſo, & conſequenter iuxta Contrarios probabiliorem quoque eſſe, alioquin probabilis non erit, & tamen non eſt moraliter certa, alioquin nec poſſet reddere debitum, vt patet: ergò ex hoc textu habemus contra Adverſarios non omnem opinionem probabiliorem eſſe moraliter certam; nec tollere vſum licitum opinionis contrariæ.

291 Iam ad argumentum directè, & pro ipſis etiam Adverſarijs reſpondeo: hominem habentem opinionem probabilem, aut aliquanto probabiliorem de contractu illicito debere ſuſpendere aſſenſum talis opinionis, & formare hoc vltimum iudicium: contractus iſte eſt mihi hic, & nunc permiſſus ex aliqua Divina lege, vel directa, & antecedente, vel reflexa, & reſpiciente has circunſtantias. Quod homo in caſu opinionis probabilis contra legem poſſit prudenter disiunctivè modo dicto affirmare non dari legem prohibentem, certum eſt, quia opinio probabilis contra legem habet fundamenta gravia contra illam: hæc autem fundamenta ſufficiunt ad ſerium aſſenſum disiunctivum contra talem legẽ; aliunde vero is aſſenſus ſerius, quamvis disiunctivus, non cohæret cum altero aſſenſu affirmante exiſtentiam talis legis. Qui enim ex gravibus fundamentis dicit ſerio Æger iſte aut morietur, aut cæcus manebit, non poteſt ſimul ſerio dicere, homo iſte non morietur, vt patet, idemque patebit conſideranti ſimiles veritates. Sic ergò quilibet ſequens opinionem probabilem debet eſſe conſtitutus, vt ob motiva talis opinionis poſsit dicere prudenter, forte hæc opinio eſt vera, forte non datur lex prohibens hanc actionem, vnde vel formaliter, vel æquivalenter dicit, aut non datur

tur ea lex directa contra hanc actionem, aut certe, hic, & nunc licite eam poſſum exercere ob motiva practica noſtræ & communiſsimæ ſententiæ.

292 Dices; homo ex principijs directis iudicans actu hunc contractum eſſe in ſe vſurarium, poteſt actu etiam iudicare probabilem eſſe ſententiam illum ab vſura excuſantem: ergò in ſenſu compoſito vtriuſque iudicij poteſt elicere contractum, quem actu judicat vſurarium; nam per nos ſemper licet ſequi ſententiam probabilem. Reſpondeo licere ſequi ſententiam probabilem, formata debita conſcientia circa praxim. Sic licet iuxta omnes obedire præcepto Superioris, non tamen immediate vbicumque inſonet præceptum, ſed mediate, ſcilicet formando bonam conſcientiam de licita executione. Vnde ſicut ſtat hoc principium, quod nimirum licet obedire Superiori; quamvis non ſemper, & ſecluſa bona conſcientia practica licitum ſit obedire; ſic ſtat hoc principium: licet ſequi opinionem probabilem, quamvis data tali opinione neceſſarium ſit formare bonam conſcientiam practicam. Vnde ſi ille, qui actu iudicat contractum eſſe in ſe vſurarium, non poſsit formare bonam conſcientiam practicam, nihil refert, quod videat oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, vt illam ſtatim immediate poſsit ſequi, ſed tamen infertur, quod poſsit eam ſequi deponendo prius illud judicium, & certo exiſtimando contractum eſſe licitum vel in ſe, vel ſaltem in his circunſtantijs in quibus lex non eſt intimata ob probabilitatem opinionis negantis eam legem.

293 Et ſane ſi ego hîc, & nunc exiſtimo abſolute dari legem prohibentem contractum, & illum eſſe in ſe vſurarium; iam mihi intimo actu ipſam legem, & veluti voluntarie eam mihi propono, vt eam violem, agendo contra illam; proptereaque ſtante illo iudicio, difficile videtur formare bonam, & ſinceram conſcientiam, & non ſe exponere periculo peccandi contra legem, quam ego mihi propono, & intimo. Cum igitur ideo ego poſsim licite contrahere iuxta nos, quia ſtante opinione probabili, non eſt mihi intimata ſufficienter lex prohibens, debeo ita meam conſcientiam formare, vt eam legem mihi actu voluntarie non intimem, quia eam mihi intimare, & per iudicium affirmare non debeo; & ſic licite potero elicere contractum. Vnde bona conſcientia practica ad contrahendum in eo, & ſimilibus caſibus

conſ-

conſtituetur per carentiam illius iudicij voluntarij intimantis legem prohibentem ; ad eum modum , quo libertas creata conſtituitur per principia poſitiva & per carentiam phyſicæ prædeterminationis , aut alterius principij neceſsitantis. Et ſimiliter bona conſcientia ad contractum quem exiſtimo probabilius non vſurarium, conſtituitur per carentiam dubitationis actualis, & practicæ.

294 Dices adhuc: hoc iudicium reflexum, licitum mihi eſt hic, & nunc contrahere ob opinionem probabilem de licito contractu ; non opponitur contradictorie ; ſed potius cohæret cum iudicio ſpeculativo directe affirmante contractum eſſe in ſe vſurarium ; quia iuxta nos reſpiciunt obiecta diverſa; at ſtante iudicio reflexo practico de licito contractu hic, & nunc, poſſum licite contrahere : ergò non obſtante illo iudicio ſpeculativo dicente contractum eſſe in ſe vſurarium poſſum illum exercere. Reſpondeo ; ſi vt dictum eſt , formemus iudicium practicum affirmans, contractum, vel in ſe abſolute, vel ſaltem hic, & nunc eſſe mihi licitum, iam Replica nil vrget ; quandoquidem hoc iudicium ſerium diſiunctivum excludit iudicium ſerio dicens contractum abſolute eſſe illicitum in ſe. Deinde iudicium reflexum vltimum dicens contractum eſſe mihi hic & nunc licitum, attentis omnibus circunſtantijs, licet non opponatur contradictorie cum iudicio ſpeculativo, dicente contractum eſſe in ſe vſurarium, tamen illud excludit ; nam practice certo affirmat non eſſe actu intimatam legem prohibentem contractum, & conſequenter non dari actuale iudicium affirmans contractum eſſe vſurarium ; & hoc ſufficit, vt excludat, vel moraliter, vel phyſice, aut methaphyſice tale iudicium.

295 Sic cognitio certa experimentalis, qua cognoſco me actu non habere iudicium hæreticum negans Trinitatem; aut me non eſſe ægrotum, Ruſticum, &c. non opponitur contradictorie cum tali iudicio, nec cum ægritudine : &c. Et tamen ea cognitio experimentalis, & certa excludit exiſtentiam iudicij hæretici, ægritudinis, &c. quia negat certo exiſtentiam eorum obiectorum, licet cum eis non exerceat contradictionem, vt patet : ſic ergò iudicium reflexum practicum certo affirmans adeſſe omnes circunſtantias in quibus mihi licitus eſt contractus, affirmat dari carentiam iudicij actu affirmantis contractum eſſe in ſe vſurarium : vnde licet cum hoc iudicio ſpeculativo

tivo non opponatur contradictorie iudicium practicum reflexum, tamen illud excludit, cum carentia illius ſit vna ex circunſtantijs practice affirmatis à tali iudicio practico vti affirmante legem prohibentem, ſi forte detur, non eſſe hìc, & nunc mihi intimatam. Idque omnino dici debet ab omnibus etiam Adverſarijs, ſi contendant iudicium ſpeculativum de illicito nocere conſcientiæ rectæ practicæ, vt ſupra in noſtris inſtantijs evicimus.

SECTIO XXIX.

Concluditur argumentorum ſolutio.

296 Octavo obijciunt, & vltimo, contra noſtram ſententiam ſtare Doctores Antiquos antecedentes Medinam. Id negamus, & evicimus ſupra, aſſumiturque vltro ab Adverſarijs, qui vel id ipſum dicere audent de Eximio Doctore, qui illis toties contrariatur in terminis; vnde nil mirum, quod id de antiquioribus aſſerere audeant.

297 Inſtat primo RR. Thyrſus diſſert. 13. §. 4. & 12. nam pro noſtra ſententia nullus citatur Sanctus Canonizatus, nec Cardinalis: at pro contraria citantur plures Sancti, & Eminentiſsimi Laurea, & Aguirre Cardinales. Reſpondeo iam conſtare præter alios D. Thomam & S. Antoninum militaſſe pro opinione benigna, & conſtare Eminentiſsimum Caietanum noſtræ ſententiæ præluxiſſe, eamque amplectitur (omiſſo Eminentiſsimo Sforcia poſtea vindicando ab impoſtura RR. Thyrſi) Eminentiſsimus Cardinalis Toletus Corduvenſe ornamentum. Præterea RR. P. Generalis memor eſſe debuiſſet Cardinalis de Lugo, qui fuit decus huius Collegij, immo totius Societatis, & totius Eccleſiæ; & cuius Purpura ſi iuxta Purpurã illorum Cardinaliũ ſit diiudicanda, ſine dubio illi cedent; talis enim fuit Eminentiſſimus de Lugo, vt quamvis ad Sacrum Collegium aſſumptus non fuiſſet præluceret cunctis ſui ſæculi Theologis, & propter ſummam ſapientiam, iudicium, & maturitatem inter primos Eccleſiæ Theologos numeratur, maxime vero in re morali: at Cardinalis de Lugo ſubſcribit ſententiæ noſtræ multis in locis, nempe diſput. 7. de pœnitentia à num. 273. tum etiam diſput. 22. num. 39. & diſput. 16. de iuſtitia & iure num. 97. & alibi paſsim; ergò iam citamus ali-

aliquem Cardinalem pro noſtra ſententia, & talem ſine dubio, vt pro millibus haberi poſsit. Illi, me hercule, verſatiſsimo in caſibus conſcientiæ, in congregationibus Romanis, in conſultationibus graviſsimis, & ad regimen Eccleſiæ ſpectantibus, nunquam in mentem venit opinio rigida vt vera, neque vt neceſſaria ad coercendam laxitatem aliquarum opinionum: noverat enim prudentiſsimus Cardinalis alia ſupereſſe remedia, nempe authoritatem Eccleſiæ, ingenium, ſtudium, & diſcuſionem Theologorum, qui ſicut ſuis laboribus eliminarunt plures opiniones antiquas, vt iam improbabiles omnibus, ſic id ipſum præſtare poſſunt circa alias male fundatas. Vnde, quod modo Recentes clamant, nempe opinionem rigidam eſſe ad ea munia neceſſariam, & eius veritatem concludi ex congregationibus, & praxi Eccleſiæ: ego tunc credam, quando mihi oſtenderint Cardinalem de Lugo non fuiſſe doctiſsimum, prudentiſsimum, & frequentiſsimum in his congregationibus; cum autem talis proculdubio fuerit, & habeatur ab omnibus Sapientibus, & noſtram ſententiam vbique teneat; ego parum curabo aliorum clamores, qui in rebus moralibus non ita ſunt verſati.

298 Quod attinet ad Cardinalem de Aguirre, reſpondeo illum fateri in præfatione ad Tomos Conciliorum Hiſpaniæ pag. 6. num. 31. *quæſtionem hanc graviſsimam potius excurrendo libandam, quam ex inſtituto dirimendam, recepiſſe*; nam vt etiam fatetur ipſe, ex quo creatus eſt Cardinalis novi ſtatus occupationibus impeditus vix quidquam ſuperaddere potuit operi Conciliorum, cui prorſus incumbebat, & conſequenter multo minus incumbere potuit Theologiæ Morali, & præſertim huic controverſiæ examinandæ, & opinioni rigidæ novis argumentis fulciendæ præter inſinuata de Medico, aliaque à nobis iam convulſa. Vnde „*Magis* fidendum (ait meus „Collega Dom. D. Joannes de „Larrea omnium Tribunalium „fax inextingibilis 1. p. deciſ. „Granatenſ. diſput. 7. num 29.) „eorum ſententiæ, qui de aliqua re peculiarem tractationem ſuſceperunt; & eorum „qui de re diſputando, & diſcuſſis rationibus egerunt debet „opinio præferri, ex leg. Munerū 18. §. mixta 26. ff. de muner. „& honor. ijs verbis: vt Herennius Modeſtinus notādo & diſputando, bene & optima ratione decrevit: & ideo illius „ſententiam amplectitur J. C. „tradit Panormitanus in cap. „bonæ

„ bonæ num. 30. de poſtul. „ prælator. Et ex alijs Ant. Maria „ Corraſius de elect. opinionum. „ verſ. qui Doctores num. 76. „ reddens rationem; quia vbi „ plenior adhibetur diſquiſitio „ & diligentia; ibi melius veri- „ tas invenitur, & enixior ſcri- „ bendi voluntas *oſtenditur*. Hęc aurea verba egregius ille Salmantinus Iuriſperitus. Ex quibus patet manifeſte quantum præponderet authoritas Cardinalis de Lugo, paſsim rem iſtam tractantis, & diſputantis non in tranſitu, vt eruditus Cardinalis Aguirre prænuntians ſuorum Conciliorum editionem.

299 Ego quidem cum ab ipſo Cardinali audio, ita Salmanticæ invaluiſſe Probabiliſmum, vt ab omnibus tantæ Academiæ Doctoribus tanquam certus admitteretur, ita vt deſpicerent vnum, vel alterum Antiprobabiliſtam alibi erumpentem, cumque in memoriam veniunt tot celebres, virtutibus, & ſapientia Præſides, Senatores, Regum Confeſſarij, Cardinales, Epiſcopi, & Archiepiſcopi ex omni Schola, Ordine, & gradu qui tunc emicuere, & modo etiam emicant adeo plures, vt iure Salmantina Academia ſibi vſurpare poſsit in noſtra Hiſpania, illud Claudiani de laudibus Serenæ:

Hæc generat qui cuncta regant.

Cumque in memoriam veniunt, inquam, tot inſignes Viri, & Magiſtri vix me continere poſſum, quin imitatus Auguſtinum lib 2. contra Julianum provocem Eruditum Cardinalem (vt etiam ſuum Caietanum appellabat Canus lib. 7. de locis num. 16.) ad graviſsimum conſeſſum totius ſuæ Academiæ Salmanticenſis, & aliorum innumerabilium Scriptorum, quos fatetur Aguirre ſentire contra ſententiam rigidam: forte enim modeſtiſsimus Cardinalis dicere non auderet omnes illos erraſſe, & in Eccleſiam Dei invexiſſe morum corruptionem, pernitiem animarum, aliaque infinita mala, quorum ream faciunt Antiprobabiliſtæ opinionem benignam ab omnibus illis defenſatam. Ego certe tot doctiſsimis Patribus ex vna parte conſtitutis; ex adverſo autem Cardinali de Aguirre cum paucis Antiprobabiliſtis, quibus plaudunt (vt notum eſt) omnes Janſeniani, ſine dubio adhærerem integræ Academiæ noſtræ Salmantinæ, alijſque innumeris Catholicis, quorum ſententia ex eo magnopere commendatur, quod diſpliceat omnibus Janſenianis. Sed de hoc iam ſatis.

300 Inſtat ſecundo RR. Thyrſus: nam Cardinalis Sforcia olim Probabiliſta, poſtmodum mutavit ſententiam, vt refert Celladeus, & conſtat ex teſti-

monio

Digitized by Google

monio P. Pallavicini. Reſpondeo in eo teſtimonio relato ab P. Thyrſo diſſert. 13. num 76. aſſerere Cardinalem fixum ſibi eſſe relinquere Scripturam retractantem, quæ ſcripſerat de licito vſu opinionis, quam quiſque videt minus probabilem; ſed tamen cùm poſt hæc ſupervixerit ſuper annum integrum, talem ſcripturam nec fecit, nec reliquit: ergò quia vel à propoſito receſsit, vel quia doctrinam ſuam non egere ea retractatione cognovit. Deinde licet negaret vſum opinionis minus probabilis, nihil ſignificabat de æque probabili. Tandem ego magis credo Sforciæ peritiſsimum Magiſtrum agenti, libriſque inſudanti, quam eidem poſtea corpore, & animo ægrotanti, & ſcrupulis hinc inde agitato. Prætęrea ipſe Cardinalis in Epiſtola allegata ad Elizaldum, ſolum ad rem noſtram pronuntiat, quod, *Vt opinio fiat probabilis non ſufficiat eam defendi à laxioribus nonnullis parumque accuratis Scriptoribus*. Et item, quod *peccant Authores, qui vt potentibus hominibus placeant, tradunt opiniones morales, quas eſſe cenſent falſas*. Hæc autem duo pronuntiata ab Sforcia, iam (vt dicitur) Antiprobabiliſta, vera ſunt; ſed nobis minime contraria: vnde cenſeo doctiſsimum Cardinalem, merito quidem deteſtatum laxitatem aliquorum, non ſolum Probabiliſtarum, ſed Probabilioriſtarum; & timuiſſe ne hi anſam arriperent ex quadam ratione ab eo propoſita pro ſententia communi tractatu de actibus humanis; minimę vero negaſſe opinionem certo probabilem, & gravibus munitam Authoribus, & argumentis, ſufficere ad formandam rectam conſcientiam, quamvis non ſit probabilior, quam oppoſita. Nec incontrarium affertur quidquam ab Adverſarijs, quibus ſolemne eſt recenſere inter Antiprobabiliſtas omnes illos, qui inſectantur aliquas laxas opiniones, cum in hoc egregiam navarint operam plurimi ſententiæ benignæ Patroni.

301 Obijciunt etiam alios Authores antiquos; ſed tamen eodem iure, quo D. Thomam, Caietanum, & S. Antoninum quos pro communi ſententia militaſſe manifeſtum fecimus. Illud dumtaxat advertendum, Adverſarios citare plura eorum teſtimonia truncata, & avulſa à proprio ſenſu, & alia diſsimulare, in quibus mentem ſuam clariſsimè aperiunt, pro vt in ſuperioribus notavimus. Propterea cautiſsime legendi ſunt, nec credendi donec Authorum ſcripta proprijs oculis legantur. Hanc autem Provinciam ſuſcepit optimo eventu P. Terillus, & nos de hac re ſatis diximus.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

IN NVPEROS ANTIPROBABILISMI PROPVGNATORES.

SECTIO XXX.

Animadverſio in Gonetum, Munieſſam, & Fagnanum.

302 Quāta Magnis Viris debeatur reverētia prudēter, ſic nos edocet Seneca epiſt. 64. *Quid* ni ego Magnorum Virorum, & imagines habeam, incitamenta animi? Quam venerationem Præceptoribus meis debeo, eandem illis Præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Quid ergò? Marcum Catonem vtrunque, & Lælium ſapientem, & Socratem in animum meum ſine dignatione ſumma recipiam? Ego vero illos veneror, & tantis nominibus ſemper *aſſurgo*. Equidem inter Sapientes Chriſtianos, & moralis diſciplinæ Summos Magiſtros merito recenſentur ab omnibus Eximius Suarez, acutiſſimus Vazquez, Doctiſſimus Thomas Sanchez, pijſſimus Navarrus, necnon ex Thomiſtis Illuſtriſſimus Tapia, Alvarez, Bañez, Medina, alijque huius magnitudinis Viri. Eorum propterea nominibus aſſurgere debuerant Antiprobabiliſtæ, eoſque nunquam in animum abſque dignatione ſumma recipere. Sed quam longe ab hac prudenti comitate receſſerint, dignoſcent quicunque novum hoc Antiprobabiliſtarum genus evolverint; namque illi vix quenquam ex prædictis Doctoribus ſuſpiciunt; quin imo omnes acerviſſimè inſectantur, vt videri poteſt in Munieſſa, & præcipue in Fagnano, cuius calumnias in tantos Viros refert & confutat nervosè, ac evidenter Doctiſſimus P. Cardenas tom 3. ſuæ criſis diſput. 57. cap. 3.

303 Enervato igitur ſatis

D.D. Franciſcus de Perea. L tis

tis iam P. Munieſſa, & omiſſo Fagnano, cuius placitum iam vel ipſis Antiprobabiliſtis eſt inviſum, idque explodunt communi calculo noſtri Inſignes Juriſperiti Salmanticenſes Navarrus, Covarruvias, Gonçalez, Larrea, Amaya, Chumacero, Menchaca, & Solorçano, vt vidimus num. 27. 28. & 29. (quibus adde magni illos habitos, ac celeberrimos Canoniſtas Emmanuelem Barboſa in Remiſſ. Doct. ad Ordin. Reg. Luſit. lib. 3. tit. 64. num. 10. & tanti Parentis digniſſimum Filium Auguſtinum Barboſa in Collect. tom. 1. lib. 2. Decretal. cap *Capellanus* 4. de Ferijs tit. 9. nu. 6.) placuit modo vnum dumtaxat Theologum perſtringere, ſcilicet Gonetum in hac diſſertatione ex Fagnano magnopere proficientem.

304 Hic igitur nec ſuis graviſsimis parcens Thomiſtis ,, ſic fatur num. 210. *Quare* ,, non poſſum mirari ſatis, quo- ,, modo tot Thomiſtæ aliàs gra- ,, ves, pro ſecundis intentioni- ,, bus & entibus rationis, pro in- ,, diviſibilibus continui, & alijs ,, ſimilibus quæſtionibus, quæ ,, nec proficere, nec obeſſe poſ- ,, ſunt animarum ſaluti, pro Sanc- ,, to Doctore tanta animi con- ,, tentione decertent, & vix ad- ,, vertant quid in rebus morali- ,, bus, & præſertim in hac gra- ,, viſsima de probabilitate quæſ- ,, tione *ſenſerit*. Hæc Gonetus, quibus ſupponit, & merito, ſuos Thomiſtas adhærere communi & benignæ ſententiæ, ſed tamen illos reprehendit tanquam ſegnes & ignavos in eruenda mente Divi Thomæ circa quæſtionem omnium vtiliſsimam, cum tamen ſuam operam & laborem male collocaverint in alijs difficultatibus explanandis. Sed quid mirum? Reſervata erat hæc Sparta poſt tot oculatiſsimos & doctiſsimos Thomiſtas Joanni Goneto, qui propterea non ſe doctrinæ Thomiſticæ *Clypeatorem*, ſed potius Reformatorem appellare debuerat; cum errorem ſuorum Thomiſtarum, & quidem animarum ſaluti pernitioſum detexerit, exploſeritque. Sed abſit, vt credamus Goneto. Errat, errat ille, dum ſuum Dominicanum Ordinem ita à Deo derelictum exiſtimat, vt erraverit in re graviſsima ad ſalutem animarum ſpectante. Scimus in eo floruiſſe Viros Apoſtolicos, ſapientia, & ſpiritu Dei plenos, quorum aliqui etiam doctiſsimi ſuperiore ſæculo vigentes communi ſententiæ adhæſerunt. Et tamen Viri illi Santiſsimi, è quibus non nullos in Altaribus adoramus; multa centena hominum millia ſuis conſilijs, reſolutione, ſapientia in Cœlum deduxerunt. Non ſic igitur ſat erat

Goneto, ſi ipſe ſit tanquam vnus ex illis? Nonne ſat erit, ſi mentem Divi Thomæ exploraverit, & aſſequutus fuerit, vti tot Sapientes illam aſſequuti ſunt? Ita plane. Quod ſi altiora ijs quæſierit, timere ſibi merito debet, ne dum à tot doctiſsimis deflectit, à veritate pariter devius aberret, quandoquidem: *Quod apud multos vnum invenitur, non eſt erratum, ſed tradditum*, vt recte Tertullianus lib. de præſcriptionibus cap. 28.

306 Cum autem tam immiſericorditer ſuos proſcindat Gonetus, nemo miretur ſi deſeviat in extraneos. Aggreditur art. 6. §. 2. num. 211. ex Familia Jeſuitica Sapientiſsimum P. Thomam Sanchez, de quo ſic loquitur; *Contra* noſtram „ aſſertionem obijcit in primis „ Thomas Sanchez teſtimonium „ Divi Thomæ ex quodlib. 3. „ art. 10. vbi Sanctus Doctor „ (inquit Sanchez) ait: poſſe „ quenquam amplecti opinonem „ quam à Magiſtro audivit in „ ijs, quæ ad mores pertinent. „ Sed totum hunc articulum di„ ligenter legimus, & hæc ver„ ba invenire non potuimus, nec „ ea certe videre poterimus, ni„ ſi Sanchez ſua illa conſpicilia, „ quibus videntur ea, quæ non „ ſunt, tanquam ea, quæ ſunt, noſ„ tris oculis admoveat. Nam „ Sanctus Doctor nihil tale ha„ bet in hoc articulo, ſed totum „ oppoſitum; ait enim: in his quæ „ pertinent ad fidem & bonos „ mores nullus excuſatur, ſi ſe„ quatur erroneam opinionem „ alicuius Magiſtri: in talibus „ enim ignorantia non excuſat. „ Ex quo duo patent notatu dig„ na: nimirum Sanchez locum „ illum D. Thomæ adulteraſſe, „ vel ſaltem alienis, aut alienatis „ oculis legiſſe; & alios Recen„ tiores Caſuiſtas, qui illum pa„ riter ſic corruptum, & viciatum „ referunt, Authores non legere, „ ſed abſque vllo prorſus exami„ ne tranſcribere id quod alij „ *ſcripſerant*. Hæc Gonetus & quidem magna cum modeſtia adverſus Virum primæ Authoritatis inter Theologos Morales, & cuius ſententiæ vt oracula audiuntur in Tribunalibus Eccleſiaſticis.

307 Sed fruſtra à Goneto reverentiam exigimus erga Sanchez, cum de ſuis primoribus Thomiſtis dicere audeat cæcutiſſe, & vix advertiſſe quid D. Thomas ſenſerit in hac quæſtione vtiliſsima, & omnino neceſſaria ad ſalutem animarum. Sed antequam ſingula Goneti verba in eius caput revocentur, notandum P. Sanchez mentem D. Thomæ in illis verbis aperte tradidiſſe; nam Sanctus Doctor inquirit in „ eo articulo: *Vtrum* Diſcipuli

 „ ſe-

Digitized by Google

„ ſequentes diverſas opiniones „ Magiſtrorum excuſentur à pec- „ cato *erroris*? Et in Corpore „ ait. *Reſpondeo* dicendum, „ quod diverſæ opiniones Doc- „ torum Sacræ Scripturæ, ſiquidem non pertineant ad fidem, „ & bonos mores, abſque periculo auditores vtranque opinionem ſequi poſſunt. Tunc „ enim habet locum quod Apoſtolus dicit ad Romanos 14. „ vnuſquiſque in ſuo ſenſu *abundet*.

307 Quæ verba ſic intelligit Thomas Sanchez cum cæteris Theologis, vt ſignificent, auditores poſſe ſequi opinionem ſive expoſitivam, ſive moralem ſui Magiſtri, quando ea non pertinet ad fidem, & bonos mores, ideſt, non eſt contra fidem, & doctrinam morum declaratam ab Eccleſia; ſed potius quando verſatur circa materiam dubiam, & vtrinque à Doctoribus diſputatam, & aſſertam. Quod autem hæc ſit legitima mens Sancti Thomæ patet primo: nam firmat illam teſtimonio Apoſtoli *vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet*; quod plane dictum non eſt de opinionibus pure metaphyſicis, de quibus Paulus non curabat, ſed de opinionibus circa doctrinam Scripturæ, & morum, de quibus ibi agebat Apoſtolus: ergò de his D. Thomas docet poſſe quenlibet adhærere opinioni ſui Magiſtri, & in ſuo ſenſu abundare, ita vt vtranque ſine periculo poſsit ſequi, quando nimirum agitur de rebus non certis, nec declaratis ab Eccleſia.

308 Secundo: quia loquitur de materia in qua aliquis periculum timere poterat, vt conſtat ex illis berbis, *abſque periculo auditores vtranque opinionem ſequi poſſunt*; at ſola materia dubia circa Scripturam, & mores eſt illa in qua periculū aliquis timere poſsit: ergò manifeſte ſentit in hac materia incerta, & vtrinque diſputata, & aſſerta à Magiſtris, poſſe quenlibet ſequi vtranque opinionem; nam ſi vtraque eſt æque probabilis, debet iuxta illos ſuſpendere iudicium, alioquin imprudentiæ vitium incurrit: ergò dum Sanctus Doctor ſtatuit auditores poſſe vtranque opinionem ſequi, clariſsime reſiſtit Adverſarijs.

309 Sed opponit Gonetus verba illa D. Thomæ aientis ibi: „ *In* his vero „ quæ pertinent ad fidem & „ bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius Magiſtri: in „ talibus enim ignorantia non „ excuſat; alioquin immunes „ à peccato fuiſſent, qui ſequuti ſunt opinionem Arij, Neſtorij, & aliorum *Hæreſiarcharum*: ergò ſentit in his nō excuſare

ſare opinionem falſam. Reſpondeo ea vltima verba Sancti Thomæ plane declarare illum loqui non de opinione, quæ licet probabilis ſit, tamen re ipſa & latenter eſt falſa; ſed potius de illa quæ expreſſe militat contra ſenſum Scripturæ, & Eccleſiæ; ideoque eam vocat erroneam, & illam comparat cum erroribus Hæreticorum; & de hac dicit non excuſare, quia oppoſitum ſciri, & credi debet à Fidelibus.

310 Quod autem de hac opinione loquatur quando dicit non excuſare, evidenter colligitur primo ex eo quod ſubdit concludens ibi: „*Qui* ergò „aſſentit opinioni alicuius Ma„giſtri contra manifeſtum Scrip„turæ teſtimonium, ſive con„tra id, quod publice tenetur „ſecundum Eccleſiæ authori„tatem, non poteſt ab erroris „vitio *excuſari.* At hæc conſequentia foret abs re, niſi prius loqueretur de opinione Magiſtri erronea contra ſenſum expreſſum Scripturæ: ergò de his opinionibus ait non excuſare à vitio erroris; ſecus vero de opinionibus probabilibus in materia vtrinque diſputabili, licet forte falſæ ſint, iſtæ enim non dicuntur erroneæ; nec ex eo quod iſtæ excuſent, poteſt inferri, ſequentes Arium, & Neſtorium immunes fuiſſe à peccato; vt manifeſtum eſt; quandoquidem opiniones hæreticæ, aut contra ſenſum expreſum Scripturæ, non ſunt probabiles: ergò ſignum evidens eſt, D. Thomam non loqui de opinionibus probabilibus, quando dicit eas non excuſare, ſed de erroneis.

311 Secundo: manifeſte colligitur D. Thomam minime docere nullam opinionem in materia fidei, & morum excuſare ex eo quod re ipſa falſa ſit; nam iuxta ipſum Gonetum, & adverſarios, excuſat ſi probabilior ſit, quamvis forte ſit falſa: ergò quando Gonetus intendit ex D. Thoma nullam opinionem re ipſa falſam excuſare à peccato, facit D. Thomam contrarium ſuæ ſententiæ, & ſe ipſum interimit, & iugulat. Tertio; quia iam damnatus fuit Antiprobabiliſmus docens nullam opinionem etiam inter probabiles probabiliſsimam excuſare à peccato: ergò probabiliſsima, & ſi forte falſa eſſet, excuſaret: ergò dum contendit Gonetus nullam opinionem falſam excuſare à peccato, facit Sanctum Thomam Authorem Antiprobabiliſmi damnati. Quæ cum ita ſint, clariſsime conſtat ſolum Gonetum adulteraſſe textum D. Thomæ, *vel ſaltem illum alienis, aut alienatis oculis legiſſe, vel eis vſum fuiſſe*

conſpicilijs quibus videntur ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Econtrario vero doctiſsimum, & pijſsimum Thomam Sanchez cum reliquis Thomiſtis mentem expreſſam D. Thomæ vidiſſe, & Angelicæ doctrinæ ſuccum cunctis propinaſſe.

312 Quoniam vero Gonetus memorat vitium tranſcribendi Authores ſine vlteriori examine; rogo ab illo, an ipſe magno cum examine tranſcripſerit ſcripta Illuſtriſsimi, Primarijque Salmantini Godoy? Reſpondet tom. 1. in præfatione ad Lectorem ſe aliqua ex eo ſumpſiſſe, eumque ſæpiſsimè commemorare, ad augendam tanti Viri famam, licet poſſet illum præterire. Sed audiat ſuum Dominicanum Magiſtrum Aillon in præfactione tomi 3. Illuſtriſsimi Godoy: *Poterat* Gonetus hunc „ Scriptorem præterire, ſicut & „ poterat ſua ſcripta non evul„ gare, aut ab ſcribendo abſtine„ re::: Nec video qualiter ſtu„ duerit huius Viri famam auge„ re, qui ſæpiſsimè eius ſenten„ tias, ſpeciales dicendi modos, „ probationes, replicas, argu„ menta, ſolutiones, & verba ip„ ſa formalia tranſcribens; no„ men tamen Authoris ſilentio „ premit, & rariſsimè *explicat*: ergò Gonetus à ſuis de hoc plagio accuſatus, & convinctus, minus caute illud meminiſſe auſus eſt; timere quippe debuit, ne quod ille in alios Scriptores falſo criminatur, in ſuum damnum converteretur. At ita natura comparatum eſt, vt nemo audacius in alios accuſationem effundat, quam qui cavere ſibi magis debuerat ab eo crimine quod reprehendit.

313 Præterea quandoquidem de adulterandis Authoribus mentionem fecit, rogo, an genuinus ſit Scotus ab eo relatus num. 28. quaſi ſic loquutus in 3. diſt. 25. q. 1. num. 8. *Cum habens duas opiniones contrarias perplexus ſit, periculoſe ſe determinat ad vnam, niſi re diligenter inſpecta illam probabiliorem agnoſceret.* Quæ ſanè verba in Goneto quidem inveniuntur, in Scoto vero minime. Sicuti neque iſta quæ Gonetus tribuit illi in 4. diſt. 11. q. 6. *Cum multis ſit probabilior pars negativa, non ſine peccato aliquis ſe exponit dubio, ſequendo affirmativam minus probabilem.* Legatur editio Scoti apud Sodocum Badium anno 1519. & apud Laurentium Durand. anno 1639. & nullum ex his verbis invenietur, niſi ab eo cui Gonetus *admoveat illa ſua conſpicilia quibus videntur ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* Et tamen Gonetus cum adeo clare, & manifeſte corrumpat Doctorem Subtilem, non veretur id vitium

alijs

alijs graviſsimis adſcribere, quaſi ille ab eo foret prorſus alienus, & immunis.

314 Verba igitur quæ vere locis citatis inveniuntur in Scoto ſunt alia quæ minime opugnant ſententiam begninam, vt optime probat P. Eſparça in ſuo appendice artic. 163. eamque tanquam non oppoſitam menti Subtilis Doctoris defendunt communiter Scotiſtæ: Hi ſunt, Angelus Vulpes diſput. 72. art. 1. tom. 2. 2. partis. Joannes Poncius in ſuo curſu Theologico diſput. 24. de Conſcientia quæſt. 3. Henrricus de Villalobos huius Salmantini Cœnobij Lector Primarius tom. 1. tract. 1. difficult. 10. Emmanuel Rodriguez in explic. Bullę §. 9. Laurentius Portel in ſuo aureo libro cuius titulus eſt *Dubia regularia* Verbo *opinio eligenda* pag. 761. num. 3. Franciſcus Felix tom. 1. Tentativę Complutenſis tract. 4. de Conſcientia toto cap. 3. & præcipue difficult. 4. num. 5. & vt alios omittam ſufficiat pro omnibus inſignis Scotiſta Bartholomæus Maſtrius de Meldula in 2. diſput. 5. de actibus humanis. Quæſt. 2. art. 2. vbi noſtram ſententiam *communiſsimam*, *& receptiſsimam in omni Schola* appellat, & eam ſequitur & probat ex Scoto in 4. diſt. 15. quæſt. 2. & rurſus quæſt. 2. Prologi in fine; ſolvitque plurima loca Subtilis Doctoris (obiecta à Merenda) non minus facili quam feliciſsimo calamo.

SECTIO XXXI.

Animadverſio in Palancum.

315 Siquis (ait lex vnica C. *Siquis Imperatori maledixerit*) modeſtiæ neſcius, & „ pudoris ignarus, improbo pe„ tulantique animo, maledicto „ nomina noſtra crediderit la„ ceſſenda, ac temulentia turbu„ lentus, obtrectator temporum „ noſtrorum fuerit, eum pænis „ nolumus ſubiugari, neque du„ rum aliquod nec aſperum vo„ lumus ſuſtinere; quoniam ſi id „ ex levitate proceſſerit, contem„ nendum eſt; ſi ex inſania, miſe„ ratione digniſsimum; ſi ab in„ iuria *remittendum*. Igitur RR. P. Fr. Franciſcus Palanco in hoc ſuo Minimorum Sancti Franciſci de Paula Salmantino Collegio meritiſsimus Primarius Theologiæ Profeſſor, & Corrector; intempeſtivus hic, & ingenti convitiorum turbine gravis irruit contra Sententiam benignam, per tot tempora in Eccleſia receptiſsimam, & Sapientiſsimos

mos, ac Venerabiles ipſius Authores: totque, ac tam inſolita integro volumine eructat, vt ſi omnia ſigillatim evolvenda forent, altero volumine opus eſſet. At cum Vir Sapiens & Religioſus nec ex inſania, nec ab iniuria, ſed ex levitate forſam, potuiſſet procedere: ideo curſim delibabo non nulla adverſus illum, cum potius contemnenda quam ſeria impugnatione ſubiuganda eſſent.

316 Et in primis in Palanco modeſtiam deſidero erga doctiſsimos Probabiliſtas, quibus ſi Palancus conferatur, tunc vere Minimus apparebit, aut non apparebit omnino. Nihilominus tantum ſuæ fidit Sapientiæ vt de Terillo Viro plane Sapientiſsimo, & in omni diſciplinarum genere eruditiſsimo dicere audeat quęſt. 26. num 47. *Terillus quot verba profert, in tantis errat, & fall tur.* Sic fatur Palancus, qui vel in Grammatica adeo pollet, vt narratiunculam quamdam aggreſus quæſt. 28. num 339. ſic ſcribat: *nondum enim integrum annum elapſit, &c.* Vide tria verba, & totidem Sollecismos: eos autem ſimul cum ſtribiliginibus, aliiſque huius generis vitijs, quibus ſcatet, adnotare immenſus foret, & improbus labor: interim cogita ex his vel in Puero non tolerandis, an de illo pronuntiari poſsit: *Palancus quot verba profert, in tantis errat, & fa llitur.* Verum hæc proferat Palancus de Terillo Viro doctiſsimo; ego enim ne de Palanco quidem ea ſcribere audeo.

317 Sed omittenda non eſt narratiuncula ipſius; cùm enim in ſuo Collegio Salmanticenſi propugnanaret, impoſsibilem eſſe actum indifferentem in individuo; ab arguente Jeſuita preſſus, pronuntiavit ſententiam contrariam Scoti, & aliorum eſſe improbabilem: clamavit autem Jeſuita, illud eſſe improperium Scholæ Subtilis: vnde & adſtantes Scotiſtæ adverſus Palancum merito inſurrexerunt, & ex ipſorum iuſta querela, vlterius oſtendit Jeſuita verbum Palanci eſſe convitium ab Innocentio XI. prohibitum circa ſentententias inter Catholicos agitatas, qualis profectò eſt illa. Ex hac autem narratiuncula conqueritur Palancus contra Probabiliſtas ægrè patientes, quod Theologus liberè pronuntiet, ſententiam aliquam eſſe improbabilem. Sed certè Probabiliſtæ humiliter obtemperantes Decreto Pontificio nunquã tolerabunt Palancum ſic audentem adver-

Digitized by Google

adverſùs ſententiam non vnius, aut alterius, ſed plurimorum ſapientia, ſanctitate, & ſacris infuſis inſignium, quales ſine dubio numerantur inter Scotiſtas, alioſque illi celeberrimæ ſententiæ ſubſcribentes cum Arriaga, Oviedo, & Doctiſsimo P. Vazquez. Non ergò Palancus de Probabiliſtis, ſed hi de Palanco conqueri debent, eo quod talem ſibi, ſuoque Antiprobabiliſmo licentiam arroget, vt prædictam ſententiam, aliaſque huiuſmodi improbabiles dicere, & talem adſtantibus Scotiſtis contumeliam inferre, omninò impunè præſumat.

318 Huic diſsimilis non eſt dicendi licentia, qua probaturus homines liberos eſſe ad peccandum, & formalitèr peccare etiàm cum nullam habent malitiæ advertentiam, ſic fatur quæſt. 8. num. 1. *Huic quæſtioni occaſionem præbuit aliquorum Recentiorum laxitas ſtupenda, qui per Belgium, & Galliam publicè; vel etiàm in Catheciſmis traddere auſi ſunt, omninò neceſſariam eſſe advertentiam malitiæ ad peccatum propriè tale.* Sanè ſententia requirens advertentiam aliquam ſaltem confuſam malitiæ, vt quis actu formalitèr peccet, & non purè denominativè, eſt P. Vazquez, aliorumque plurimorum, cum Antonio Perez, Arriaga, imò vt notavi ſect. 5. niſi de voce diſputetur, videtur certiſsima ſententia Catholicorum contra Janſenianos docentes, homines eſſe ſufficientèr liberos ad peccandum, quando nec habent auxilium ſufficiens, ſeu cognitionem retrahentem à peccato: quando enim datur omnimoda inadvertentia ad malitiam, non datur vlla cognitio retrahens à malitia, vt notum eſt, atque adeò nullum auxilium ſufficiens, & retrahens voluntatem, vt fugiat à malitia, quomodo enim liberè fugiet ab obiecto nullo modo ſibi cognito.

319 Cum ergò ea ſententia ſit vſque adeò vera, aut certè graviſsima, & intèr Catholicos celebris, quis patientèr ferat Palancum eam appellantem *laxitatem ſtupendam*? Meminerit neceſsè eſt decreti Pontificij ſub peccato mortali prohibentis hæc probra in ſententias hinc indè à Catholicis defenſatas; ne ſuæ Venerabilis Familiæ humilitatem, quam in ipſa Minimorum glorioſa nomenclatura præſefert, tam degeneri ſcribendi licentia corrumpat.

320 Hæc de modeſtia, alijs omiſsis, venio ad Theologiam. Probat quæſt. 8. num. 20. peccatum vt ſit mortale, & formale non debere eſſe voluntariũ directè, & formalitèr: imò ait, *pauciſsimi ſunt peccatores etiã*

gra-

graviſsimi, qui peccent directè, & formalitèr volentes peccare, & male agere, nemo enim intendens in malum operatur. Quid dicis? Si nemo intendens in malum operatur: ergò nullus, ergò nec pauciſsimi peccant directè intendentes in malum: ergò falſiſsimum eſt proloquium illud à te aſſumptum, nemo intendens in malum operatur; nàm aliqui, licet pauciſsimi ſic peccant. Deinde, licet nemo moveatur ex malitia, vt tali (id enim docet axioma illud à Palanco non intellectum) certum de fide eſt plures peccare ex malitia directè intendentes, & volentes actionem quamvis malam; quià delectabilis eſt: ſicut ægrotus directe vult potionem quamtumvis amaram, quià ſalutifera eſt: omnes ergò illi peccatores peccant directe volendo peccare, & malè agere; cumque non pauciſsimi, ſed multi ſint peccantes ex malitia; manifeſtum eſt non eſſe pauciſsimos, qui ſic peccant. Imò ſic peccant quotquot manifeſte prævident actionem exercendam eſſe malam; nàm licet in malitiam tendant ſub ratione aliqua boni, tamen directè tendunt in malitiam eamque volût. Viſus quamvis tendens in albedinem ſub ratione coloris, directe tendit in albedinem; & viſio beata licet tendens in ſummum bonum ſub ratione veri; directe tendit in ſummum bonum, illudque poſſidet: et homo amans Proximum propter Deum, directe amat Proximum: ergò licet peccans tendat in malitiam ſub ratione boni, vel ex motivo bonitatis alicuius, tamen directe vult, & amat malitiam. Et ſane vel proloquium illud: *Nemo intendens in malum operatur* nimis diſtò loquetur à Palanco, vel nemo peccat ex malitia tendens directe in maliciam modo dicto, quod quidem erroneum eſt.

321 Deinde quæſt. 9. docet primò impoſsibilem eſſe ignorantiam invincibilem iuris naturalis. Docet ſecundo num. 38. quando Authores etiàm Sanctiſsimi diſsident circa opiniones particulares iuris naturalis, eos, qui errant, peccare ſaltem venialiter; quià omnis huiuſmodi error procedit ex aliquo peccato ſaltem veniali. Vnde ne in D. Thoma concedat peccatum veniale; dicit, veram eſſe illius opinionem dicentem, Iudicem debere occidere hominem, qui ſecundum allegata & probata reus eſt; licet aliunde cognoſcat, eum eſſe innocentem. Docet tertio, quod ſi quis peccaverit mortaliter, præferendo in aliqua materia bona temporalia æternis, & poſtea erret circa caſum gravem iuris naturalis; talis error eſt denuo peccaminoſus mortaliter; venialiter tamen ſi præceſſerint ſola venia-

venialia. Et quarto concludit hominem, qui careret venialibus, non erraturum circa opiniones legis divinæ præſertim naturalis.

322 Hæc doctrina videtur mihi falſiſsima, ex eaque deducuntur innumera abſurda. Primo, eſt iniurioſa omnibus Sanctis Doctoribus inter ſe diſsidentibus; cum enim dimidia eorum pars erret, facit eos Reos peccatorum venialium, etiàm ſi fecerint magnam diligētiam pro vitando errore; quod quidem iniurioſum illis eſt. Secundo ſequitur ex illa, Theologum exiſtentem in mortali, peccare mortaliter, ſi reſolvat caſum gravem conſcientiæ, quià ſe exponit periculo errandi errore mortaliter peccaminoſo, & huic periculo ſe exponere, iàm eſt peccare. Sequitur etiàm requiri ſtatum gratiæ ad reſolvendum illum caſum, ſicuti, & ad ſuſcipiendam Euchariſtiam: vtrumque conſequens eſt ridiculum; at ſequela manifeſta ex doctrina Palanci; nàm reſolvens caſum, etiàm poſt diligens ſtudium poteſt errare, addendo, vel detrahendo divinæ legi circa reſtitutionem; & ſic mortaliter peccare; nàm error ille gravis ſi ortum duceret ex peccatis gravibus; conſequenter foret modo mortaliter peccaminoſus.

323 Tertiò ſequitur, Adultum modo baptizatum, & à venialibus etiàm mundatum poſſe reſolvere ſecuriſsime omnes caſus de quibus interrogatur; quià vt liber à venialibus non incidet in errores. Quarto ſequitur, non eſſe conſulendos, nec audiendos homines etiàm Sapientiſsimos, ſi mali moraliter ſint, quod eſt evidenter contra ſenſum Patrum & Theologorum, qui cum D. Thoma ſequuntur Philoſophos Antiquos, v. g. Ariſtotelem quamtumvis Ethnicum circa doctrinam etiàm moralem pertinentem ad virtutes. Quinto ſequitur, conſulendos, ſequendoſque eſſe Idiotas, ſi Sancti ſint; non verò Theologos Sapientiſsimos, hi enim ſi ſint minus Sancti, magis errabunt: conſequens eſt ſtolidum, & contra omnes; ſed bene illatum ex doctrina alligante veritatem doctrinę ad maiorem Sanctitatē, & ad carentiam venialium.

324 Sexto ſequitur, hominem, qui olim peccabit, ſi modo erret falsò reſolvens, aut docens; peccare mortaliter, etiā ſi modo faciat examen diligentiſsimum, & cum bona intentione inquirendi veritatem; imò etiàm ſi doceat opinionem probabiliſsimam, & iuxta illam operetur; conſequens eſt plane abſurdum, & incidit in propoſitionem damnatam; infertur tamen evidenter ex doctrina Palanci; nàm iuxta illum gravis error deſcen-

cendens ex peccato mortali eſt mortalitèr peccaminoſus, etiàm ſi de præſenti nulla ſit advertentia in malitiam.

325 Mitto alia, & venio ad ipſum Palancum, qui poſtquam tota illa quæſt. 9. latiſsimè docuit, omnem errorem circa omnes opiniones etiàm particulares ſpectantes ad ius naturale eſſe peccaminoſum, etiàm in Magiſtris, & Doctoribus Eccleſiæ; ità vt ſingularem illam D. Thomæ opinionem dicat veram eſſe, ne fateatur illum peccaſſe venialitèr, tandem concludit num. 52. poſſe dari plures ignorantias, & errores invincibiles, & non peccaminoſos circa ius naturale particularizatum, ſeù circa plures opiniones agitatas inter Doctores Morales; quæ quidem eſt planiſſima inconſequentia, deſtruitque totam doctrinam prius ab illo ſtabilitam. Nàm opinio illa D. Thomę, aliæque ferè omnes controverſæ inter Doctores Sanctos, & pios, non ſunt circa principia vniverſalia iuris naturalis, in quibus omnes conveniunt, ſed circa ius particularizatū ad hanc materiam particularem. Sed Palancus primo dicit errores in illis omnibus opinionibus ſemper eſſe vincibiles, & peccaminoſos; modo autem fatetur ſæpiſsimè peccaminoſos non eſſe: ergò ſibi in re graviſsima contradicit; oſtenditque minus conſideratè rem totam tractaſſe.

326 Gravior adhuc videtur eius incōſequentia quęſt. 26. num. 139. vbi reſpondens argumento deſumpto ex Myſterio Conceptionis, docenſque non eſſe de fide, Conceptionem Deiparæ fuiſſe immaculatam, & dignam cultu in primo inſtanti infuſioni animæ, vlterius ait: *Nihilominus de fide eſt Conceptionem Beatiſsimæ Virginis eſſe Sanctam, & dignam cultu hyperduliæ in eo ſenſu, & pro eo inſtanti pro quo, & in quo eam colit Eccleſia.* Nunc inquiro: nonne Eccleſia colit Conceptionem Beatæ Virginis vt Sanctam in primo inſtanti animationis? Ità ſanè, aiente Alexandro VII. in ſua Bulla *in favorem ſententiæ aſſerentis, Animam Beatæ Virginis Mariæ in ſui creatione, & in corpus infuſione, Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præſervatam fuiſſe; nec non & in favorem Feſti, & Cultus Conceptionis eiuſdem Virginis Deiparæ ſecundum piā iſtam ſententiam, vt præfertur, exhibiti, innovamus &c.* Si ergò de fide eſt, Conceptionem eſſe Sanctam in eo inſtanti, pro quo eam colit Eccleſia; eáque Eccleſia colit pro primo inſtanti iuxta citatam Bullam; de fide erit Myſterium Immaculatæ Conceptionis in eo primo inſtanti celebrato ab Eccleſia: quià ergò veritate, qua conſequentia dicat Palan-

Digitized by Google

lancus id eſſe de fide, & rurſus non eſſe de fide, viderint alij.

327 Fortè exiſtimat Palancus, Eccleſiam non colere, nec præcipere vt colamus Immaculatam Deiparæ Conceptionem determinatè in primo inſtāti, ſed abſtrahendo ab hoc vel illo; & ideò ſubdit hæc verba: *Ac proinde ſecurius, & certius in hoc ſenſu celebratur, & colitur quam ſecundum hanc, vel alteram opinionem.* Quid dicis Palance? Eccleſia celebrat & colit Conceptionem Deiparæ, non abſtrahendo ab inſtantibus & opinionibus, ſed determinate in primo inſtanti, & ſecundum opinionem piam; vt patet ex verbis Bullæ; & tu hortaris vt colamus Conceptionem, non ſecundum opinionem piam, nec determinatè in primo inſtanti. Vlterius: hoc feſtum non poteſt meliùs, ſecuriùs, & certiùs celebrari niſi prout docet & decernit Eccleſia: ſed Eccleſia, vt declarat Pontifex Summus, docet, & decernit, àc præcipit cultum Conceptionis Immaculatæ in primo inſtanti determinatè, & ſecundum opinionem piam: ergò hic eſt modus certiſsimus & ſecuriſsimus: ergò dum Palancus inducit alterum cultum non ſecundum hanc vel alteram opinionem, id eſt non determinatè ſecundum opinionem piam, contradicit Decreto & declarationi Eccleſiæ, & relinquit adhuc cultum Conceptionis indifferentem ad hunc vel illum ſenſum, ad hoc vel illud inſtans; ad hanc vel illam opinionem piam, vel minùs piam. Hoc autem quantum deprimat ſtatum certitudinis, quam habet hoc Myſterium, nemo non videt. Ideò audiatur Sapientiſsimus meus Collega Dom. D. Antonius Calderon in hac Academia Cathedræ S. Thomæ Moderator, Sereniſsimæ Dominæ Mariæ Thereſiæ Hiſpaniarum Infantis, & Galliarum poſtea Reginæ Magiſter, quique obiit Archiepiſcopus Granatenſis electus, ità ſubdens in illo ſuo aureo libro pro titulo Immaculatæ Conceptionis adversùs duos Anonymi libellos cap. 5. §. 17. num. 82. *Vis* nunc videre, „ quò te deducat ingenij tui acumen? Chimericam nobis Conceptionem obtrudis, & tecum miſere confligis, Quid enim Monſtri eſt Conceptio in ſecūdo inſtanti aut in alio quam in primo? Chimæra ergò eſt, & merum ſomnium Conceptio Immaculata, & non in primo *inſtanti.*

328 Legendus etiàm eſt Palancus quæſt. 28. vbi à ſe ipſo quærens, àn in caſu duplicis opinionis æque probabilis, ſit promulgata, & intimata ſufficienter lex obligans; dicit num. 408. ſe nec affirmare, nec negare, quod ſit ſufficienter intimata,

ſed

,,ſed de hoc dubitare. *Contrarij*,
,, inquit, vellent, quod nunc nos
,, decideremus pro omni caſu
,, opinionum vtrinque probabi-
,, lium, àn lex ſit ſufficienter pro-
,, mulgata quantum ad articu-
,, lum controverſum, vel non;
,, ſeu, quod eſt idem, àn detur
,, lex obligans, vel non, pro om-
,, ni ſimili conflictu opinionum:
,, Nos autem non ſumus adeò fa-
,, tui, vt abſque ſpeciali exami-
,, ne omnium illarum opinio-
,, num, cui vix tota vita ſufficiat,
,, velimus vnico dicto contro-
,, verſias omnes morales decide-
,, re *&c.* Vnde concludit, ſe nol-
le reſolvere illum caſum vniver-
ſalem; nec dicere àn lex ſit, vel
non ſit ſufficienter intimata ad
obligandum, ſed de hoc dubita-
,, re. *Si* (inquit num. 409.) nos
,, vrgeat Terillus, vt vnum ex
,, his duobus dicamus, dicemus,
,, quòd nos non habemus deciſio-
,, nes morales, quaſi in burſa, vt
,, pro libito voluntatis, aut ex ſo-
,, lo voluntatis imperio inter
,, opiniones probabiles dicamus
,, quod volumus, aut iudicemus
,, quodlibet; àc proinde nolumus
,, decidere, ſed iterum dicimus,
,, quod nobis eſt dubium, àn in
,, tali conflictu opinionum, lex
,, ſit ſufficienter promulgata, vt
,, iſti dicunt, vel non ſit ſuffi-
,, cienter promulgata, vt dicunt
,, illi. Et hoc pacto cenſemus ſe
,, debere gerere, qui nolit te-
merario procedere.

329 Quibus verbis non potuit clarius oſtendere Palancus, ſe prorſus eſſe peregrinum ab ſtatu huius quæſtionis, quam aggreditur elucidandam, & decidendam per integrum tomum. Quæſtio enim eſt planè reflexa ſupra illum caſum æqualis probabilitatis duarum opinionum circa licitum, aut illicitum contractum; & inquirit, àn homo vniverſalitèr in omni ſimili conflictu obligetur ad partem tutiorem; àn lex ſit tunc ſufficientèr intimata, vt homo obligetur ad omittendam actionem de qua controvertitur; àn verò ſit ei tunc permiſum agere, vel non agere prout placuerit? Hæc eſt quæſtio vniverſalis, quam Palancus aſſumit reſolvendam, & modo dicit ſe nolle eam decidere, imò fatuum ſe credit, ſi eam reſolveret; quia non habet in Burſa opiniones morales particulares. Quid dicis? Hæc controverſia non eſt particularis ſed vniverſalis pro omni ſimili conflictu, reflectenſque, & ſupponens, opiniones particulares eſſe æquè probabiles: ergò licet in Burſa, vel Marſupio non habeas reſolutiones particulares, potes, & debes reſolvere quæſtionem illam vniverſalem, quæ nil dicit, nec reſolvit circa particularem materiam, & directam.

330 Sed vt mirere magis, ipſe Palancus num. 410. reſol-

ſolvit poſtea eam quæſtionem vniverſalem, dicitque in dicto conflictu dari obligationem ſequendi partem rigidam, & illam eſſe ſufficientèr intimatam quoad inducendam talem obligationem. Ex quo infero primo: ergò iàm decidis illam quæſtionem vniverſalem, quam dicebas te nolle decidere; ſed potiùs in ancipiti, & dubio manere. Secundo: ergò iàm habes in Burſa omnes opiniones morales, quandoquidem decidis illam quæſtionem, ad quam dicebas requiri omnes illas opiniones haberi in Crumena ſervatas. Tertio: ergò iàm quando æquè dubitas àn detur lex prohibens, vel lex permittens contractum; reſolvis, & dicis dari legem prohibentem, & obligantem ad omittendum contractum, aliamve ſimilem actionem; quod quidem per te imprudentiſsimum eſt: nàm quando motiva ſunt vtrinque æqualia, doces intellectum imprudentèr adhęrere vni parti prę alia. Quod ſi dicas, tunc ſolum dari legem vniverſalem reflexam omittendi contractum: ergò iàm fateris legem directam non obligare, nec eſſe ſufficientèr intimatam ad obligandum: ergò iàm reſolvis quæſtionem illam pro parte negativa. Vel ſi affirmes legem directam obligare, & ad hoc eſſe ſufficientèr intimatam; ergò iàm reſolvis eandem quæſtionem pro parte affirmativa. Præterea: ergò iàm admittis legem illam reflexam & prohibentem hic, & nunc contractum, etiàm quando non datur in Deo lex directa prohibens eum contractum: Vnde iàm incidis in leges reflexas, tibi vſque adeò exoſas: imò facis legem Divinam ſubordinatam, & ſubiectam noſtris ignorantijs, & opinionibus.

331 Contendit nimirum Palancus eadem quæſt. 28. num. 145. benignam, & communem Probabiliſtarum ſententiam ſubordinare legem Divinam noſtris opinionibus, & tollere à Deo rationem primæ regulæ; quià docet in illo conflictu opinionum Deum permittere actionem; ex quo infert, ſententiam benignam eſſe novam Scientiam Mediam; ad quam impugnandam, vocat, & provocat Patres Dominicanos. Verum quod benigna ſententia aliquid haberet cum Scientia Media commune, maxima foret illius commendatio. Quis enim ignorat Sientiæ Mediæ doctrinam eſſe ſolidiſsimam, & Eccleſiæ vtiliſsimam ad extirpanda mala dogmata Lutheri, Calvini, & Janſenij? Id planè oſtendunt celebres triumphi, quos reportarunt Jeſuitæ de Hæreticis, ad quorum exterminium divinitus nata & inſtituta eſt Alma Parens Societas Jeſu. Prætere a Palancus nec ſummis labris

atti-

attigiſſe videtur Scientiam Mediam, cum illam ex aliqua parte ſimilem agnoſcit opinioni benignæ. Scio equidem, aliquem ità deſipuiſſe, vt ſcriberet opinionum laxitatem emanaſſe à Scientia Media. Sed cum hic non tam impugnandus, quam exſibilandus apud omnes habeatur; neſcio quid novum invenerit Palancus, vt talem imaginationem aliquatenùs inſtauraret. Certe iuxta illum in caſu æqualis probabilitatis, etiàm ſi re ipſa non detur lex directa prohibens actionem; tamen quià id neſcimus, ignorantia hæc, & dubitatio noſtra ſufficit vt Deus non obliget ad omittendam actionem: ergò iàm lex divina reflexa & rigida ſubijcitur noſtræ ignorantiæ atque ideò non erit prima regulà, ſed ſecundaria & ſubordinata; & ſi hoc ſufficit vt ſit nova Scientia Media iàm concitandi ſunt PP. Dominicani vt refellant Palancum docentem novam Scientiam Mediam, eamque rigidiſsimam. Sed prætermiſſo inani Palanci conatu, norunt eruditi omnes, quoad punctum præſens inter vtramque Scholam floruiſſe concordiam ſummam, & pro opinione benigna præluxiſſe ſemper Jeſuitis PP. Dominicanos, & ex illis Sapientiſsimos in antiqua ſententia huc uſque conſtantiſsime perſeverare, meritò illud Horatij in Arte decantantes:

Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.

332 Memores nimirum ſunt Graviſsimi & Venerabiles illi PP. Conſtitutionum Sanctiſsimi Patris ſui Dominici, in quarum Gloſſa ad Prologum text. 1. §. 3. circa illud. *Cum ordo noſter ſpecialiter ob prædicationem, & animarum ſalutem*; iubentur cavere tria, quibus animarum ſalus impeditur; & quorum tertium eſt: „ *Auſteritas* in Conſilijs, & opi„nionibus; terretur enim homi„nes in tantum, vt ſalutem pro„priam negligant. Quapropter „relaxãda eſt quantum fieri po„teſt rigiditas, & auſteritas in „Conſilijs, àc homines benignè „tractandi *ſunt*. Hanc benignitatem, benignamque & communiſsimam opinionem vt Teſſeram ſuæ Familiæ ſequuti ſunt cum D. Thoma, Eminentiſsimo Caietano, Alberto Magno, & S. Antonino; Bartholomæus de Medina 1. 2. quæſt. 19. art. 6. Didacus Alvarez Archiepiſcopus Tranenſis electus diſp. 80. de Auxilijs. Dominicus Soto Maioris Divi Ildephonſi Complutenſis Collegij decus immortale, Caroli V. Imperatoris Maximi Confeſſarius, ſuuſque Theologus in Concilio Tridentino, necnon Epiſcopus electus Segovienſis de Iuſt. & iure lib. 3. quæſt. 6. art. 3.

ad

ad 4. Dominicus Bañez Sanctiſsimæ Virginis Divæ Thereſiæ à Ieſu per octennium Confeſſarius 2. 2. q. 10. a. 1. Petrus de Ledeſma in Summa. Thomas de Mercado lib. de Trat. & Cont. cap. 5. in fine, hique omnes huius noſtrę Academiæ Salmanticenſis partim Primariæ, partim Veſpertinæ, partim S. Thomæ, partim Durandi Cathedræ Moderatores. Itē Ioannes à S. Thoma Philippi Quarti Hiſpaniarum Regis Confeſſarius tom. 1. in 1. 2. quæſt. 19. & vnus pro mille Illuſtriſsimus Dom. D. Fr. Petrus de Tapia, ſapientia, àc pietate, necnon Hiſpalenſibus inſulis inſignis in Catena morali tom. 1. lib. 1. quæſt. 8. art. 12. Vniverſitatis Complutenſis Primarij Theologiæ Profeſſores.

333. Quibus adde ex Ciſterçienſi Familia ſuum Generalem Petrum de Lorca in Complutenſi Academia Scoti Cathedræ Moderatorem 1. 2. tract. 1. diſp. 39. membro 2. Ex Auguſtiniana Granatenſe decus Baſilium Ponce de Leon Primarium noſtræ Salmantinæ Vniverſitatis Profeſſorem de Matrim. lib. 10. cap. 15. & Petrum Aragon Scoti Cathedram nactum 2. 2. q. 63. a. 4. Ex Carmelitana ſuum Caſtellæ Provincialem Petrum Cornejo in hac Academia Profeſſorem, & à Paulo V. *vere dignum Eccleſiæ Dei Doctorem* appellatum tract. 8. diſp. 3. d. 6. Ex Regali B. M. de Mercede Ordine ſuum Generalem, Franciſcum Zumel *Defenſorem Eccleſiæ* à Clemente VIII. appellatum, & in hac Academia Theologiæ Moderatorem 1. 2. quæſt. 76. art. 2. *Dubium appendix*, & innumeros alios Thomiſtas & Dominicanos quos referunt, & ſequuntur Marcus Serra in 1. 2. quæſt. 19. tom. 1. Barnaba Gallego tractat. *de Conſcientia probabili* dub. 1. & noviſsime Vincētius Ferre huius Dominicani Salmantini Cœnobij Studiorum Pręfectus 1. 2. tom. 2. tract. 6. de Probabilit. Opin. Vnde meritò Michael Salon Auguſtinianus tomo de iuſt. & iure controv. 2. cōcluſ. 4. aiebat, vſum licitum opinionis ęquè, aut minus probabilis *habere multos, àc graviſsimos Theologos, àc maxime ex Diſcipulis Divi Thomæ.* Hęc ſcripſit Salonius anno 1592. nec diſsimilis hucuſque ſibi fuit Schola Thomiſtica in tuenda benigna ſententia. Quo ergò iure, inquit Palancus, eam eſſe novam Scientiam Mediam? Aut qua animi ſinceritate contendit Thomiſtas ſub his pręſtigijs decipere, & adverſùs ſuorum opinionem concitare, quaſi ſub ſpecie novæ Scientiæ Mediæ? Multum quidem de ſua ſimulatione præſumit, qui Viros Sapientes, & occulatos tam frivolis artibus à ſe ipſis dimoveri poſſe ſperavit.

*****

SECTIO XXXII.

Reflexio in animadverſionem Palanci : vbi obiter quædam ſua ſingularis doctrina circa phyſicas prædeterminationes examinatur , refellitur , & retorquetur.

334 QUOD Docet ille quæſt. 8. num. 1. poſſe dari peccata formalia , ſinè vlla præcedente advertentia ad malitiam ; mihi videtur nova animadverſione dignisſimum. Hanc enim doctrinam non differre à propoſitione Janſeniana, & damnatâ aſſerente *ignorantiam invincibilem non excuſare à peccato* ; ſic probatur. Quando nulla cogitatio , dubitatio , aut ſcrupulus occurrit de malitia contra legem ; datur ignorantia invincibilis malitiæ , legiſque illam prohibentis : at tunc etiàm per te peccat homo & contrahit illam malitiam latentem in actione: ergò ignorantia invincibilis non excuſat à peccato. Sola Maior probanda eſt ; & ſuadetur primo ex Sapientisſimo P. Vazquez 1. 2. diſput. 123. cap. „ 2. num. 6. aiente : *Illa ignorantia legis cenſenda eſt* „ omninò invincibilis, cuius nul- „ la notitia , nec ratio dubi- „ tandi in vniverſum , aut pe- „ culiaritèr occurrit. Vt enim „ diſput. 107. cap. 3. diceba- „ mus , niſi naturalitèr nobis „ occurrat aliqua dubitatio, vel „ notitia de re aliqua , non eſt „ in noſtra poteſtate de illa con- „ ſultare, aut illam amplecti , & „ *reijcere*.

335 In quibus verbis hæc fortisſima ratio continetur: ea malitia ignoratur invincibilitèr , quam homo nec advertit, nec poteſt pro libito advertere: ſed quando nulla occurrit dubitatio nec de malitia vt ſic, ſeù vniverſaliter ſumpta , nec de malitia particulari , homo nec advertit malitiam ; vt conſtat; nec poteſt eam advertere ; probatur hæc pars ; nàm voluntas cum non amet niſi cognitum, non poteſt imperare intellectui vt conſideret , ſeu advertat malitiam , niſi priùs ſaltem confusè apprehendat malitiam; quomodo enim mihi vel alteri imperabo conſiderationem de morte , vel ſtudium Philoſophiæ, niſi priùs apprehendam mortem, & ipſam Philoſophiam ? Id certe impoſsibile eſt : ergò homo, cui nulla ſubit cognitio etiam confuſa de malitia , non poteſt ſibi imperare conſiderationem malitiæ;

litiæ; eaque propter manet in ignorantia invincibili malitiæ: ergò ſi nihilominus eam contrahit; iàm non excuſat à peccato ignorantia invincibilis; quod eſt damnatum.

336 Propterea mihi magnopere placet Subtiliſsimus Vazquez ea diſput. 123. ſic lo-
„ quens: *Id* quod nunc dixi-
„ mus, & ex profeſſo proba-
„ vimus ſupra diſput. 107. cap.
„ 3. nempè tunc eſſe ignoran-
„ tiam, vel inconſiderationem
„ invincibilem, quando nulla
„ ſubit cogitatio, aut ratio dubi-
„ tandi; primum docuimus in
„ noſtro Collegio Complutenſi
„ anno Domini 1581. quod
„ quamvis aliquibus Viris doctis
„ paulopoſt, primo aſpectu vi-
„ ſum fuerit difficile; tandem re
„ benè perſpecta, & rationibus
„ expenſis, non ſolum probarunt,
„ ſed etiàm ſcriptum docuerunt,
„ & tanquam propriam doctri-
„ nam tradiderunt: vt vel in-
„ dè diſcant, non niſi maturo
„ iudicio aliorum opiniones *no-*
„ *tare*. Hæc Vazquez prudentiſsime & veriſsimè. Et tamèn etiàm nunc audet Palancus eam doctrinam appellare laxitatem ſtupendam, eo quod dicat dari ignorantiam invincibilem & excuſantem à peccato, vbi nulla occurrit advertentia, aut dubitatio malitiæ: quod profectò minimè pronuntiaſſet, ſi maturo iudicio fundamenta talis doctrinæ perpendiſſet.

337 Secundo probatur ex meo Doctore Eximio Suario; qui rem iſtam mentis ſuæ claritate ſplendidiſsimam fecit tom. de Cenſuris diſput. 4. ſect. 8. num. 18. vbi conceptis verbis docet ſignum eſſe manifeſtum ignorantiæ invincibilis & excuſantis, quandò nullum occurrit dubium, aut cogitatio
„ de lege, aut malitia. *Hoc*
„ enim ſigno (ait meæ Scho-
„ læ Princeps) etiàm intelligi-
„ mus, oblivionem, ſeù inconſi-
„ derationem aliquam naturalem
„ eſſe, & inculpabilem. Ratio
„ autem naturalis eſt; quià non
„ poteſt homo ſe ſe applicare ad
„ aliquid conſiderandum, vel ad
„ diſcendum, niſi præcedat co-
„ gitatio aliqua, qua poſsit vo-
„ luntas movèri, quià homo
„ non ſe applicat niſi per vo-
„ luntatem: & voluntas non po-
„ teſt ſe movere niſi prævia cogi-
„ tatione. Propter quod ante pri-
„ mam voluntatem debet præce-
„ dere cogitatio, quæ propterea
„ non poterit eſſe voluntaria, ſed
„ naturalis, ſeù ab extrinſeco
„ proveniens: ergò quando nul-
„ la talis cogitatio in mentem ſu-
„ bijt, qua poſsit voluntas exci-
„ tari ad appetendam, vel quæ-
„ rendam ſcientiam, vel conſide-
„ rationem, non eſt in poteſtate
„ hominis, ſe ad illam movere,

M 2 &

Digitized by Google

,, & conſequenter non poteſt ta-
,, lis ignorãtia homini imputari;
,, ſed eſt involuntaria, àc propte-
,, rea inculpabilis, & *invincibi-*
,, *lis*.

338 Quibus verbis eadem doctrina continetur, & ob oculos collocatur; nàm prima cognitio, aut apprehenſio obiecti eſt naturalis, & non pendens à noſtra libertate, vt rectiſsimè docet; vndè qui caret prima etiàm apprehenſione malitiæ, non poteſt illam ſibi apprehenſionẽ pro libito intendere, aut comparare: quod quidèm eſt principium notiſsimum. Deindè quod nemo poſsit liberè & voluntarię inquirere, ſeu velle inquirere àn lateat in hac actione malitia, niſi prius occurrat ſaltem confuſa apprehenſio, vel ſcrupulus de malitia; eſt etiam notiſsimum; ex illo principio *nihil volitum quin præcognitum*. Et ex vtroque memorato principio evidentiſsime deducitur, hominem carentem omni prima & naturali apprehenſione, aut ſcrupulo malitiæ eſſe impotentem voluntarie inquirere, & examinare àn detur malitia, & ſic depellere & vincere ignorantiam quam habet malitiæ forte latentis: Vnde ignorantia illa malitiæ erit involuntaria, & invincibilis: ſi ergò homo cum hac ignorantia, adhuc peccat & contrahit malitiam, vt tanquam certum, & exploratum vult Palancus; iàm ignorantia invincibilis non excuſat à peccato; qui eſt error Janſenianus & ab Eccleſia proſcriptus.

339 Vt autem rem iſtam penitus declaremus, & evincamus non ſolum ex Suario, & Vazquio, quibus ſubſcribit Doctiſsimus P. Thomas Sanchez lib. 1. Summæ cap. 1. n.7. & cap. 16. n. 21. ſed etiàm ex ipſo Palanco; oportet ſupponere quod lumine naturæ notum eſt: nempe eũ qui peccat, diſſentire legi; ſicuti conſentit legi, qui legi obtemperat. Similiterque, eum qui peccat, cõſentire alicui tentationi inducenti in malum, & amplecti ipſam malitiam, in eamque vltro conſentire voluntarie, imputabiliter, & theologice. Iam verò ſic: qui imputabiliter non conſentit in malitiam, ſeù in tentationem, non peccat: ſed qui ex parte intellectus non pręconcipit malitiam, neque habet cognitionẽ tentantem, & proponentem malitiam, non conſentit imputabiliter in malitiam: ergò non peccat. Minorem vnice probandam, probo ex ipſo Palanco tomo non pridem edito de *Providentia* quæſt. 17. vbi contendit, neminem poſſe aſſentire, vel conſentire imputabiliter, & theologice, niſi correlative ad terminum pręcognitum; & ex hoc principio docet voluntatem, nec diſſentire,

aut

aut reſiſtere poſſe Prædetermina-
tioni, ſeù gratiæ efficaci, etiàm
in ſenſu diviſo, prout frequentèr
loquitur Schola Prædeterminans;
quià nimirùm homo non cognoſ-
cit, nec præſentit eam Præmotio-
nem. Et ex hoc etiàm docet ho-
mines non aſſentire, nec conſen-
tire ipſi gratiæ Dei efficaci, ſeu
Prædeterminanti; àc propterea
eam gratiam nec eſſe capacem,
vt voluntas ei aſſentiat, vel diſ-
ſentiat. Rationemque reddit num.
182. his verbis.

340 „*Secundo* quià rei nõ præ-
„ſentitæ (tanto Solęciſmo ſit ve-
„nia) minimè aſſentimus; ex ter-
„minis enim prius eſt ſentire, quã
„aſſentire, cũ aſſentire idẽ ſonet,
„àc ad ſententiam alterius ſenti-
„re: vndè cum voluntas con-
„formatur intellectui ſuadenti;
„quià ſentit cum ſuaſsione in-
„tellectus, dicitur conſentire,
„vel aſſentire; ſed gratia adiu-
„vans non præſentitur ab intel-
„lectu, eſt enim ocultiſsima ex
„parte ipſius voluntatis, quin
„tranſeat per intellectum: ergò
„non aſſentimus propriè loquen-
„do gratiæ adiuvanti. Confirma-
„tur: conſentire vel aſſentire in
„ſenſu theologico fundat im-
„putabilitatem, vndè laudabile
„eſt aſſentire inſpirationibus, &
„tentationibus diſſentire: item-
„que culpabile aſſentire tenta-
„tionibus, & inſpirationibus diſ-
„ſentire, de quo rectè accuſamus
„in confeſsione; ſed conſentire
„vel diſſentire, non poteſt eſſe
„imputabile niſi correlativè ad
„extremum ex parte intellectus
„præconceptum, & prænotum.
„Vnde nemo accuſatur, nec
„laudatur eo quod conſentiat
„vel diſſentiat decretis Dei ocul-
„tis àc divino beneplacito no-
„bis ignoto: ergò diſſentire aut
„conſentire propriè & in ſenſu
„theologico loquendo ſolum
„ſumitur correlativè ad extre-
„mum ex parte intellectus *præ-
„ſentitum*. Hactenus ille.

341 Ergò ſi homo
non præſentit, nec cognoſcit
malitiam latentem in actione,
non conſentit in illam imputa-
bilitèr & theologicè: ergò
nec peccat, nec contrahit ma-
litiam ibi latentem; quis enim
peccet actu, niſi conſentiendo in
malitiam imputabilitèr & theo-
logicè? Et tamèn Palancus ip-
ſe in præſentiarum firmiſsimè
docet tanquam dogma incon-
cuſſum, & non niſi per *laxita-
tem ſtupendam* negabile, quod
homo nullam actualem cogni-
tionem, ſeù ſcrupulum habens
malitiæ, adhuc peccat, & im-
putabilitèr conſentit in malitiam:
ergò militat Palancus contra
Palancum, ſuamque doctrinam
proprijs armis evertit. Et con-
firmatur: nàm qui peccat diſ-
ſentit imputabilitèr legi vetan-
ti peccatum; ſed qui nullatenùs

Digitized by Google

præſentit, ſeù præcognoſcit legem non poteſt imputabilitèr per te diſſentire legi: ergò nec peccare. Sibi ergò contradicit Palancus aſſerens hominem formalitèr peccare, quando nec minimam habet cognitionem legis prohibentis malitiam.

342 At, cum de doctrina Palanci in ejus tomo de *Providentia* ſermo inciderit, non eſt omninò prætereundum quod circa inſinuatam difficultatem de poteſtate diſſentiendi gratiæ Dei meditatur. Vt autèm eius diſcurſus debilitas, & inconſtantia palam fiat, obſervandum eſt primò, Palancum quamvis enixiſsime volentem adſtipulari PP. Dominicanis in adſtruenda phyſica Præmotione; tamèn non admittere cum illis talem Præmotionem conſiſtere in qualitate aliqua phyſica, & internè vnita, & recepta in voluntate humana; quin potiùs eam Præmotionem reprobat vt everſivam libertatis, vtiturque contra illam argumentis, teſtimonijs, & explicationibus, quibus PP. Societatis prædictam Præmotionem repugnare contendunt. Nè tamèn à caſtris PP. Dominicanorum ad Jeſuitas tranſire videatur, docet dari phyſicam Præmotionem, eamque conſiſtere in ſolo decreto divino non intriuſicè vnito creaturæ, ſed ei penitus extrinſeco; quod quidem decretum appellandum eſſe non ſolum Prædeterminationem, ſed etiàm phyſicam, contentioſo labore, ſatagit oſtendere, vt ſaltem retenta hac voce phyſicæ Prædeterminationis illis PP. morem gerat, minimeque diſpliceat.

343 Obſervandum ſecundo, iuxta illum dici non poſſe voluntatem noſtram poſſe diſſentire phyſicæ Prædeterminationi; quià cum hæc ſit decretum divinum extrinſecum homini, & ab illo non ſentitum, (ſic ipſe loquitur) nec cognitum; voluntas ei aſſentiri & diſſentiri non poteſt propter rationem ex illo nuper relatam. Quin potius quæſt. 17. num. 173. affirmat, Thomiſtas ex incuria forſam terminorum, & inconſideratione dixiſſe voluntatem poſſe diſſentire Prædeterminationi in ſenſu diviſo. Ideoquè ipſe docet, ſolum poſſe diſſentire gratiæ ſufficienti ſcilicet inſpirationibus & illuſtrationibus afficientibus intellectum & voluntatem, minimè vero gratiæ prædeterminanti, quià hæc eſt occultiſsima & ſecretiſsima, & conſequenter ignota homini; & cui, vti imperceptibili, nec aſſentire, nec diſſentire valet.

344 In hac doctrina multa contineri falſa, & omninò in-

incohærentia oſtendam, primò:
nàm Cõcilium Tridentinum ſect.
,, 6. cap. 5. ait: *Vt* per eius exci-
,, tantem, atque adiuvantem gra-
,, tiam ad convertendum ſe, ei-
,, dem gratiæ libere aſſentiendo,
,, & cooperando *diſponantur*:
Vbi iuxta Concilium homo libe-
rè aſſẽtitur gratiæ excitanti atque
adiuvanti: ſed iuxta Palancum
gratia adiuvans eſt phyſica Præ-
determinatio: ergò vt ſalvet dog-
ma Concilij fateri debet homi-
nem aſſentire gratiæ prędetermi-
nanti, niſi velit (quod dictu ne-
fas eſſet) Concilium etiàm ex in-
curia, & inconſideratione dixiſſe
hominem conſentire gratię adiu-
vanti; cum ſolum conſentiat ex-
citanti. Neque dici poteſt verifi-
cari eam Concilij propoſitionem
ſi voluntas aſſentiatur ſoli gratiæ
excitanti; nàm Tridentinum ſic
ait, *vt per eius excitantem atque
adiuvantem gratiam ad cõver-
tendum ſe, eidem gratiæ liberè
aſſentiendo*, vbi poſt memoratam
vltimo loco gratiam adiuvantem
ad convertendum ſubiungit *ei-
dem gratiæ liberè aſſentiendo*:
ergò eidem adiuvanti aſſentitur:
& audebit aliquis dicere volunta-
tem non aſſentiri gratiæ Dei adiu-
vanti? Abſit.

345 Secundo idem Tri-
dentinum Sect. 6. Canone 4. ſic
,, definit: *SI* quis dixerit liberum
,, hominis arbitrium à Deo mo-
,, tum & excitatum, nihil coope-
,, rari aſſentiendo Deo excitanti
,, atque adiuvanti ::: neque poſſe
,, diſſentire ſi velit anathema *ſit*.
Vbi ſi quęras quid intelligat Con-
cilium per *motum* reſpondet Pa-
lancus citata quæſt. 17. num. 206.
*Nos dicimus per ly motum com-
prehẽdiſſe etiàm motionem phy-
ſicam*. Nunc ſic: Concilium ana-
thema dicit in eum, qui pronun-
tiaverit liberum arbitrium à Deo
motum, & excitatum nihil coo-
perari aſſentiendo Deo, per illam
motionem excitanti, atque vo-
canti: ſed Palancus planè fatetur,
hominem non aſſentiri, imò nec
aſſentire poſſe Deo per talem mo-
tionem excitanti, atque vocanti;
quià ea motio eſt ſecretiſsima, &
ignota homini: ergò. Vlterius;
Conciliũ damnat aientem, *homi-
nẽ non poſſe diſſentire ſi velit*: at
Palancus docet hominem non
poſſe diſſentire Deo pręmoventi;
quià non ſentit eius præmotionẽ
phyſicam: ergò contradicit Tri-
dentino.

346 Neque ſatisfacit
inquiens hominem poſſe conſen-
tire vel diſſentire inſpirationibus,
& illuſtrationibus Dei; tum quià
Concilium clariſsimè loquitur de
ipſa gratia qua liberum arbitrium
movetur: at hæc per te eſt præde-
terminans; & huic dicit poſſe diſ-
ſentire. Tum quià, ſi poſtquam
memorat gratiam moventem, &
excitantem, definit liberum arbi-
trium poſſe diſſentiri, ſolum lo-

quere-

Digitized by Google

quereretur de excitante, dediſſet definitionem prorſus obſcuram & confuſam; deberetque declarare quænam eſſet gratia cui liberum arbitrium poteſt aſſentiri, vel conſentiri: at ſine vlla diſtintione docet & definit liberum arbitrium poſſe conſentire, vel diſſentire gratiæ memoratæ à Concilio: ergò ſine vlla diſtinctione vnius gratiæ ab alia debemus nos id affirmare & credere: nàm *vbi textus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus*. Tum præcipuè quià Tridentinum ibi damnat & proſcribit errorem Hæreticorum dicentium tale eſſe Dei trahentis auxilium, cui voluntas humana non poſsit reſiſtere, ſed ei neceſſario cedat: at ſi ſemel ſuſtineatur ſubtilitas diſtinctionis inventæ à Palanco, dicaturque Concilium loqui de diſſenſu relate ad gratiā excitantem & indifferentem, non verò relatè ad aliam gratiam prædeterminantem, iàm definitio Tridentini & extra ſcopum eſt, & omninò irrita & inutilis: extrà ſcopum quià intendit damnare quod dicebant Hæretici, & Hæretici nunquam dixerunt gratiam ex ſe indifferentem, conſiſtentemque in illuſtrationibus intellectus, talem eſſe cui voluntas non poſsit reſiſtere & diſſentire ſi velit: ergò Concilium non damnavit quod intendit damnare, nempè propoſitionem Hæreticorum; ſed potiùs ab ſcopo aberravit quod dici non poteſt.

347 Eſt etiàm eius damnatio irrita & inutilis; nàm ſi conceditur Hæreticis aliquam gratiam nempè prædeterminantem talem eſſe, cui voluntas nec reſiſtere, nec diſſentire poſsit, licèt detur alia gratia excitans cui diſſentire poſſit; iàm ipſi facile dicent non omnem gratiam tollere libertatem, ſed illam dumtaxat ſcilicet prædeterminantem cui voluntas non poteſt diſſentire: & contra hoc dictum quid proderit definitio Tridentini loquentis ſolum de gratia excitante diſtincta à prædeterminante? Equidem ſicut Concilium ineptè definiſſet ſi tantum pronuntiaſſet vnam gratiam non tollere libertatem, tacendo de altera; ſic ineptè ſe geſſiſſet dum ad ſalvandum libertatem, diceret talem eſſe vnam gratiam, cui voluntas poſsit diſſentire ſi velit, & id tacuiſſet de altera gratia; & ratio eſt aperta: quià Concilium cenſebat vnam gratiam nempè excitantem talem eſſe cui voluntas reſiſtere & diſſentire poſsit, & hoc putabat neceſſarium vt ſalvaretur libertas: ergò & hoc ipſum putavit neceſſario dicendum de qualibet alia gratia etiàm phyſicè prædeterminãte & influente. Probatur conſe-

ſequentia: tum quia gratia excitans non obrueret libertatem, quia gratia vt cunque excitans eſt; ſed quia talis, cui voluntas reſiſtere & diſſentire non poſsit, ideoque talem non eſſe definit Concilium: ergò ſi hoc prædicatum tribuitur gratiæ prædeterminanti, iam hæc tollet & opprimet libertatem, non quidem quia gratia eſt, nec quia phyſica, ſed quia talis eſt cui voluntas diſſentiri non poſsit. Tum etiam quia ſi quis vellet definire Petrum non neceſſario, ſed libere ſuccumbere duobus hominibus, inepte id definiret dicendo: Petrus libere ſuccumbit vni homini, maxime, ſi alter ſuperſtes eſſet fortiſsimus: ſed Concilium intendit definire hominem ſub duplici gratia excitante & adiuvante non neceſſario ſed libere ſuccumbere: ergò ineptiſsime ſe gerit ſi ſolum loquitur de gratia excitante, eique vt debili & indifferenti dicit poſſe hominem diſſentire; cùm tamen nihil tale dicat, ſed prorſus prætermittat gratiam adiuvantem quæ per te prædeterminans & fortiſsima eſt.

348 Neque ſilentio præterire poſſum doctrinam novam eiuſdem Palanci quæſt. 17. num. 230. vbi pro Corollario deducit, voluntatem creatam ſolum reſiſtere poſſe alicui creato, nempe motionibus, & inſpirationibus, non vero immediatè ipſi Deo, vel alicui voluntati Divinæ. Hoc enim, ait, abſurdum eſſe, & inde impugnat decretum indifferens quo iuxta Scholam Societatis, Deus inefficaciter amat bonum opus, & in illud inclinat; quia nimirum iam voluntas peccatoris reſiſteret alicui voluntati Divinæ, cum tamen ſalvari debeat, hominem, ſive active, ſive formaliter reſiſtat, ſemper reſiſtere alicui creato, non vero immediate Divinæ voluntati. „*Valde* autem „(inquit ibi) notandum eſt hoc „non ita ſalvari apud Authores „decreti indifferentis, ipſi enim „aſſerunt Deum immediatè concurrere ad noſtras actiones per „decretum exequutivum indifferens quo Deus quantum eſt ex „ſe vult, & conatur quod voluntas eliciat actum bonum, „cui decreto immediate reſiſtit „voluntas dum elicit actum *malum*. Idque docet repugnare; „*quia* plane eſt reſiſtere immediatè ipſi Deo; reſiſtentia nimirum activa & in ſenſu *compoſito*. Plane igitur docet impoſsibile eſſe quod volũtas reſiſtat alicui volũtati etiam indifferenti, & inefficaciter inclinanti, reſiſtentia videlicet compoſita cum tali voluntate.

349 Verum quod voluntas humana aliquando reſiſtat non ſolis inſpirationibus; ſed ipſi etiam

etiam voluntati Divinæ ex ſe inclinanti in bonum opus, illudque per ſe ipſam amanti licet inefficaciter, videtur mihi adeo certum vt à nemine negari poſsit impune. Patet hoc ex Scriptura; nam Pſalmo 16. dicitur: *A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me*. Et Proverb. 21. *Qui ei reſiſtunt, peccant*. Et Actorum 7. *Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis*: ergò non ſolis inſpirationibus creatis, ſed ipſi Deo, ſeu Divinæ voluntati inclinanti, & amanti bonum reſiſtit peccator eliciens malum. Et probatur evidenti etiam ratione, nam qui ponit peccatum cui immediatè per ſe ipſam affective reſiſtit voluntas Divina, reſiſtit immediate voluntati Divinæ: ſed peccator elicit peccatum cui immediatè per ſe ipſam reſiſtit voluntas Divina, & quod actu Deus odio habet vt eſt de fide certum: ergò peccator per ſuum peccatum immediatiſsimè reſiſtit, & ſe opponit voluntati Divinæ; ſicuti homo reſiſtit alteri homini quando ponit actum quem alter odio habet.

350 Et quidem cum iuxta fidem catholicam, Deus non ſolum conferat media, & inſpirationes ad actum bonum, ſed etiam eundem actum amet, & averſetur etiam malum; cumque peccator non ſolum ponat ſuum peccatum in ſenſu compoſito inſpirationum moraliter inclinantium; ſed etiã in ſenſu compoſito Divinæ voluntatis, inclinantis, præcipientis, ſuadentiſque actum bonum & affectivè averſantis malum; quis audeat dicere peccatorem non reſiſtere immediatè alicui Divinæ voluntati etiam inefficaci? Quidnam, amabo, eſt reſiſtere immediatè inclinationi lapidis gravitate ſua propendentis in centrum, niſi impedire terminum exactum ab illo appetitu & inclinatione innata: ſi ergò peccator impedit actum bonum, qui eſt terminus appetitus ſeu inclinationis elicitæ Divinæ; ſi ponit peccatum, quod eſt terminus averſionis, & odij divini; nonne reſiſtit aperta fronte, & immediatiſsimè ipſi inclinationi, & volitioni Divinæ?

351 Hoc tam evidens eſt, vt ipſe Palancus eadem quæſt. 17. num. 214. loquatur in hæc verba: *Si* Summus Pontifex „ damnaret hanc propoſitionem: voluntati Divinæ nunquam reſiſtimus; prout revera „ damnari poſſet, vtpote falſiſsima, & contra Scripturam, & „ PP. non ideo damnaret iſtam: „ voluntati efficaci Dei nunquam „ *reſiſtimus*: Ergò iã cenſet tanquam certiſsimum homines reſiſtere non ſolis inſpirationibus Dei; ſed ipſi voluntati Divinæ inefficaciter inclinanti in bonum.

num. Et tamen poſtmodum ſtatuit, abſurdum eſſe dicere, quod homo reſiſtat decreto ſeu voluntati Divinæ indifferenti, & ex ſe inclinanti in bonum opus; & ex hoc capite impugnat PP. Societatis admittentes illud decretum. Id, me Hercule, vix credi poſſet, & præſertim de Antiprobabiliſta, qui negat duas opiniones poſſe ſimul eſſe probabiles; cum tamen in eadem quæſtione devoret duas contradictorias eſſe ſimul veras.

SECTIO XXXIII.

Excurſus in alias doctrinas Palanci.

352 IMmenſum eſſet, ſi & alia, quæ eodem Tomo de *Providentia,* parum profectò providè, nimiſque incohærenter pronuntiat contra Scientiam Mediam, curſim conſignata velim. Sed quandoquidem dixit Opinionem Benignam Probabiliſtarum eſſe novam Scientiam Mediam, contra quam hoc nomine, & fucato prætextu provocat, & accendit PP. Dominicanos; adhuc operæ pretium erit oſtendere quam lubrico, & inconſtanti pede aggrediatur Scientiæ Mediæ impugnationem; vt noverint inde tam PP. Dominicani, quam Jeſuitę, quid præſidij, quid nocumenti ſperare, timerevè debeant ex Palanco.

§. I.

353 ILle quidem quæſt. 5. toto §. 2. invehitur contra Scientiam Mediam dirigentem ad collationem auxiliorum ex illo argumento communi, quod Deus præſciens, ſe per hoc auxilium inefficax minime obtenturum conſenſum, non poſſet ſincere, & ſerio, etiam inefficaciter, amare conſenſum ſalutarem, & ideo num. 19. concludit id rectè explicari in ſententia Prædeterminatorum: *nam* ad talia auxilia conferenda regulatur Deus per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, per quam ſcit, ſe poſſe quocunque auxilio ſufficiente convertere voluntatem, ac proinde ſerio tendit per ipſum auxilium ſufficiens ad extorquendũ *conſenſum.* Et num. ſequenti ait: *Quod* tamen intelligi non poſſet, ſi ante collationem auxiliorum ſufficientium pręnoſceret Deus evidenter, talibus auxilijs homines non *conſenſuros.* Sic ille ibi.

354 Sed legatur ſtatim eadem quæſt. à num. 46. vbi docet

docet Deum ſæpe liberè negare auxilium ſufficiens, quia per triplicem ſcientiam alteram coniecturalem, alteram infallibilem neceſſariam, alteram infallibilem liberam videt, quod ſi det tale auxilium, erit inefficax, & ſub illo peccavit voluntas; ſic enim explicat D. Auguſtinum tract. 6. in Ioannem, aientem: *Male vſurus eo quod accipit, Deo miſerante non accipit.* Quia nimirum Deus potens dare auxilium, quo abutetur homo, non dat illud, quia videt pro illo ſigno eum hominem abuſurum, & peccaturum, ſi enim ea ſcientia pro tali ſigno non eſſet, non retraheret Deum à conferendo, vt manifeſtum eſt. Iam igitur in ſigno in quo Deus poteſt dare, vel non dare auxilium videt eius abuſum: ergò Deus quamvis videns abuſum poteſt dare auxilium ſufficiens; at non dat illud niſi ex ſeria, & ſincera intentione, vt proficiat: ergò teſte ipſo Palanco, Deus per triplicem ſcientiam videns auxilium fore inefficax, & non coniungendum cum bona, ſed cum mala operatione, adhuc confert auxilium ex ſincera intentione & amore bonæ operationis: Cur igitur non habebit eam ſinceram intentionem licet videat per Scientiam Mediam eundem abuſum futurum?

355. Præterea: ergò Deus prius decernit dare Petro auxilia ſufficientia, ſub quibus videt conſenſum coniecturaliter abſolutè futurum, vt vult Palancus; & poſtmodum concipit decretum aliud prædeterminativum ad actum bonum Ex.g. Ergò cum primum decretum auxilij ſufficientis ſit voluntas ſeria operis boni, & dans Petro libertatem ad illud; iam iuxta Palancum admittendum eſt duplex decretum, alterum inefficax & indifferens circa actum bonum, alterum prędeterminativum, ita vt primum præcedat ſecundum, nec poſsit Deus per vnicum decretum dare auxilia indifferentia, & prædeterminare ad bonum, vel ad materiale peccati, ſic enim haberet Deus voluntatem ſeriam boni operis. Totum autem hoc eſt primo contra Palancum quæſt. 3. num. 2. ſtatuentem hanc concluſionem: *Quod Deus ſola ſcientia naturali prælucente poteſt prædefinire efficaciter, & de facto ita prædefinit*: Ergò ante decretum, eiuſque ſcientiam liberam de auxilijs conferendis Petro, vel de eius conſenſu coniecturaliter futuro ſub illis, iam Deus prædefinit, ſeu prædeterminat. Quomodo ergò debet præcedere decretum collativum auxiliorum, & intendens inefficaciter bonam operationem?

356. Eſt etiam contra ipſum Palancum, ibidem probantem

tem Deum titulo Omnipotentiæ identificare neceſſario potentiam proximam & expeditam ad prædeterminandum, quin ea poteſtas compleatur per aliquid contingens. Idqueiterum magno impetu contendit probare q. 12. n. 92. ex qua doctrina manifeſte fit Deum vnico decreto decernere exiſtentiam Petri liberi cum auxilijs, & ſimul ſub illis actum bonum, aut etiam materiale peccati. Dicat ergò nobis adverſarius, quo pacto Deus videns per ſcientiam naturalem Petrum cum auxilijs, & cum materiali peccati, infallibiliter peccaturū, adhuc per decretum hæc omnia volens, amet ſerio ne Petrus peccet. Equidem illa ſcientia naturalis evidentiſsime proponit quod ſi ea omnia det Petro, iſte peccabit infallibiliter; & tamen Deus ea omnia volens, vult ſerio ne peccet, & ex hac intentione ſeria dat auxilia ſufficientia iuxta Palancum; cur ergò id non amabit ſub Sciētia Media de peccato, maxime cum hæc ſit impedibilis à Petro, nec libere & inevitabiliter ponatur à Deo, ſicuti ponitur iuxta Contrarios decretum prædeterminans ad materiale peccati: ſi ergò Deus quanvis inducens pro ſuo libito eam omnino inevitabilem infallibilitatem, & præſcientiam abſolutam peccati, adhuc ſerio intendit ne Petrus peccet: quid eſt quod non poſsit habere eam intentionem ſeriam ſub Scientia Media à Deo libere non inducta, ſed vitabili à Petro: patet igitur Palancum ſuam doctrinam deſtruere, dum Scientiam Mediam nititur impugnare.

357 Secundo eſt ea doctrina contra eundem Palancum quæſt. 8. num. 38. vbi fortiter contendit tanquam dogma Thomiſtarum, quod licet in Deo diſtinguātur virtualiter aliqui actus, omnes tamen deſcendunt à prima intentione efficaci, ſuntque efficaces omnino: ergò quamvis Palancus velit diſtinguere virtualiter actus divinos circa conſenſum ſalutarem, non poteſt aſsignare aliquem qui non ſit efficax: quomodo ergò admittit aliquam volitionem, nempe colativam auxiliorum indifferentium, quæ ſit ſeria ſed inefficax volitio conſenſus? Rurſus, etiam omnes actus divini relate ad peccatum deſcendent ab aliqua prima intentione efficaci, ſive reprobativa, ſive quocunque nomine explicanda: quomodo ergò intentio illa efficax, & quę efficaciam dat reliquis actibus permittet ſecùm volitionem ſerio, licet inefficaciter amantem, ne detur peccatum, ſive vt detur bonum opus? Hæc omnia concilianda ſunt à Palanco, ſed tamen conciliabuntur omnino nunquam, cum ipſe paſsim ſpargat principia ſibi ipſi re-

repugnantia, vt ipſum evolventi conſtabit.

358 Tertiò eſt contra ipſum quæſt. 10. num. 123. „aientem *Deus* dum vult entitatem peccati, vult nos velle purè efficienter entitatem peccati; ſive vult nos exercere talem volitionem purè per modum cauſæ efficientis, ſimul nolendo quod illam exerceamus deficienter, licet nolitione antecedenti, & *inefficaci*. Rogo nunc primò quænam eſt iſta nolitio antecedens, & inefficax qua Deus vult, ne ponamus odium Dei deficienter? Nam cum debeat eſſe ſubſequens ad aliquam primam intentionem efficacem, vt ſtatuit Palancus, quomodo illa nolitio erit inefficax? Deinde ſi Deus immediatè & vnico decreto decernit quidquid decernendum eſt circa peccatum, vt ipſe docet, quomodo iam aſsignat vnam volitionem antecedentem, qua Deus vult ne homo eliciat odium Dei deficienter? Si illa volitio antecedit ad decretum prædeterminans entitatem: ergò iam præcedit vna volitio, eaque inefficax ad decretum prædeterminans: ergò iam diſtinguntur ea decreta: ergò Deus antequam ſit proxime potens ad prædeterminandum debet habere prædictum decretum inefficax: ergò iam poteſtas proxima ad prædeterminandum entitatem non eſt Deo eſſentialis, ſed contingens & defectibilis, contra quod clamat ipſe ſæpiſsime.

359 Deinde: Deus nec voluntate inefficaci vult chymæram, alioquin ſtolide vellet: at quod homo liber ad odium Dei ponat actum ſine defectu eſt chymæra: ergò Deus volens inefficaciter vt ponat illum actum ſine defectu vult chymæram. Vbi mirabilis eſt in conſequentia Palanci; ipſe enim impoſsibile reputat, quod Deus det auxilia ſub Scientia Media diſſenſus, & quod inefficaciter amet conſenſum; licet voluntas cui dat tale auxilium poſsit ſub illo ponere conſenſum, & impedire ſcientiam diſſenſus. Modo autem docet Deum velle vt voluntas creata eliciat odium Dei pure efficienter, & vt non eliciat deficienter, cum tamen Deus per ſcientiam neceſſariam infallibilem videat id eſſe prorſus chymæricum & impoſsibile: impoſſibile enim eſt, quod voluntas cognoſcens odium eſſe ſibi prohibitum, eliciat illud pure efficienter; & non deficienter: alioquin aliquando odium Dei libere & advertenter factum poſſet eſſe non malum, ſed licitum: quod eſt dictu abſurdiſsimum, & omnino hæreticum.

***

§. II.

§. II.

360 EAdem quæſt. 20.iam citata plura docet quæ ſi ad Trutinam examenque vocentur, mira plane & verę Theologiæ, ac Philoſophiæ contraria cunctis videbuntur. Num. 127. concedens Deum velle totam entitatem & actualitatem peccati, & ſcelerum perpetratorum à perfidis Iudæis; ex alia vero parte agnoſcens bonum & honeſtum eſſe conformare voluntatem noſtram cum Divina, tandem concedit licitum eſſe hominibus velle illas actiones ſecundum omnen earum actualitatem, quatenus per illas adimpletur beneplacitumDei prędeterminans, cum diſplicentia in earum malitia: ſicque gaviſam fuiſſe Beatam Virginem de actionibus Iudęorũ in Ieſum, tanquam credibile defendit; ſubditque: „*Potuit* gaudere de actibus Iu„dęorum ſecundum quod erant „actiones phyſicè exequentes „præter omnem eorum intentio„nem beneplacitum divinum; ſi„mulque dolore maximo affici, „eo quod per tales actiones qua„tenus deficientes ac deviantes à „lęge, offendebant Deum, & ex „propria intentione patrabant „*Deicidium*. Fatetur tamẽ num. 128. eas præciſiones eſſe periculoſas alijs voluntatibus non ita puris, ac fuit voluntas Beatæ Virginis.

361 Sed certe vehementer horret animus meus, vel cogitare dumtaxat animum Beatæ Virginis gaudentem de proditione libera Iudæ, de odio intenſiſsimo Iudæorum contra Dominum Ieſum, de volitionibus percutiendi, flagellandi, crucifigendi, & occidendi Deum, ſecundum totam libertatem, actualitatem, & intenſionem talium volitionum contra præceptum Dei eas actiones ſerio prohibentis ob malitiam in eis imbibitam, aut ex eis reſultantem. Ratio eſt, quia Beata Virgo probe ſciebat Deum prohibere hominibus illas actiones propter dictam malitiam eis admixtam; eſt enim fide certum totum actum peccati eſse à Deo prohibitum, & homini illicitum: quis autem audeat dicere Beatam Virginem gaudere in eo quod homines elicerent illas liberas entitates, & volitiones à Filio ſuo ſub pœna æterna prohibitas? Deinde odia illa etiam materialiter ſumpta fundant prohibitionem, & prohibita ſunt quia mala, quis autem credat Beatam Virginem de his obiectis ex ſe materialiter turpibus, & fundantibus dignitatem prohibitionis fuiſse gaviſam?

362 Accedit quod Authores Prædeterminantes ſoli voluntati Dei, vt cauſæ primæ, vniverſali-

ſalique Proviſori, concedunt ius volendi ea peccata materialia, & vim pręſcindendi ſua volitione, & Omnipotentia entitatem à malitia; quià nimirum malitia eſt extra eius ſphæram, & propterea licet attingat totam entitatem non tranſit ad malitiam. At voluntati creatæ quis conceſsit tale ius, cum ipſa ſit limitata, & ex ſe defectibilis, & ex nihilo; nec reſpiciat malitiam extra ſuam ſphæram? Licet ergò Deo vt cauſæ vniverſali, & independenti licitum ſit, & decens (quod mihi omnino non probatur) velle totam entitatem talium ſcelerum; at voluntati creatæ, & particulari eadem velle, deſiderare, & de illis gaudere, cum videat ex illis reſultare tot iniurias contra Deum, ſine dubio illicitum, & indecens eſt; neque poteſt vllo motivo cohoneſtari, quim potius credibile, & omnino credendum eſt Beatam Virginem doluiſſe & deploraſſe peſsimas illas voluntates Iudæorum in ſuum Filium, nec ſolum ei diſplicuiſſe malitiam formalem, ſed etiam ipſam fundamentalem propter formalem in ea imbibitam, quim vllum alium actum eliceret niſi diſplicentiæ circa illa peccata, nullum vero complacentiæ & gaudij. Certe vel ipſi Adverſarij fatentur Deum cuius voluntas eſt puriſsima, fore reum peccati, ſi præciperet, ſuaderet, aut aliquem alium actum ſpecialem eliceret circa entitatem peccati, ſic enim iam non amaret illud vt cauſa vniverſalis, ſed vt cauſa particularis, nec vt ſatisfaceret muneri cauſæ primæ, ſed ſuo affectui particulari: ergò quamvis voluntas Beatæ Virginis ſit puriſsima per participationem, foret rea peccati, ſi ſpecialiter deſideraret, & gauderet de materiali peccati. Vnde quia puriſsima eſt, nefas dictu videtur ei concedere talia gaudia ſuper illis abominabilibus & truculentis odijs Iudęorum contra ſuum Vnigenitum Filium.

363 Nec videtur hæc ſatis conſideraſſe Palaneus dum ait num. 127. Beatam Virginem ,, *habuiſſe* gaudium eo quod ,, per voluntates & actiones inimicorum Deus ipſe adimplebat miro modo & ſuperna ſua ,, ſapientia, ſecretam diſpenſationem ac beneplacitum ſuum; ,, & ſimul habuiſſe dolorem de ,, eo quod talibus voluntatibus, ,, & actionibus offendebant maxime *Deum*. Nam Deus etiam de malis bona facit, vt ait ſæpe Auguſtinus, ideſt etiam de ipſis peccatis vt talibus, plura elicit bona quatenus eorum occaſione oſtendit ſuam iuſtitiam, longanimitatem, & iuſtorum hominum inſignem patientiam; ***vt in hoc etiam quod faciunt contra Dei voluntatem, non impleatur niſi***

Digitized by Google

niſi voluntas Dei, vt aiebat D. Auguſtinus de Prædeſt. Sanctor. cap. 16. ergò ſi valet diſcurſus vt Beata Virgo ex hoc motivo poſsit gaudere de materiali peccati Iudæorum pariter de malitia eorum gaudere poſſet, cũ pariter deſerviret ad fines alios altiſsimos & ſanctiſsimos. Deinde ſi videbat Beata Virgo Iudæos per illas actiones offendere graviſsime Deũ, deberet dicere apud ſe, quamvis video vos per actiones offendere Deum graviſsime, volo & gaudeo vt eliciatis has actiones; qui actus ſine dubio eſt peſsimus, & ex nullo fine cohoneſtari valet: alioquin & ipſi peccatori licitum eſſet gaudere de ſuis furtis, adulterijs, periurijs quoad ipſorum entitatẽ liberè à ſe poſitam, quatenus ſic adimplevit voluntatem divinam, & ſe cum illa conformavit: ſicut ergò hoc reſpectu cuiuſque eſt intrinſece malum, ità malum, & indecentiſsimum foret reſpectu Beatæ Virginis. Nec video cur ſi Beatæ Virgini licitum id eſſet, foret illicitum & periculoſum alijs; nã amare obiectum in ordine ad hũc finem & non ad alium v.g. potionem vt ſalutiferam, non verò vt amaram, cuilibet facile & obviũ eſt; cur ergò quilibet non poſſet gaudere de omnibus peccatis etiã ſuis quatenus ſunt adimpletio divinæ voluntatis prædeterminantis; non verò quatenus mala ſunt. Satius ergò foret, recedere à præmotione divina in eos actus, quam tales conſequentias deglutire.

§. III.

364 EAdem quæſt. 20. nu. 140 ſcrupuloſe ſe gerit Palancus circa præmotionem conſiſtentem in qualitate, ac tandem contra Scholam PP. Dominicanorum pronuntiat Deum futurum Authorem peccati, prout volebant Hæretici, ſi imprimat phyſicam qualitatem prædeterminantem ad materiale peccati; ſecus verò ſi ſuo decreto efficaciſſimo producat in homine, faciatque vt ipſe homo in ſe ipſo efficiat materiale peccati. Verum Palancus ſic definiens & aſſerens, & vehementer diſplicebit Dominicanis, & Jeſuitis videbitur excolato Culice Camellum degluti iſſe. Tota enim abſurditas quæ apparet in eo quod Deus prædeterminet ad materiale, non ſtat in eo quod vel per ſuum decretum immediate, vel per qualitatem phyſicam prædeterminet; ſed in eo quod re ipſa liberè & efficaciſsimè prædeterminet; imò ex terminis, ſi malum eſt mediate prædeterminare, peius erit immediatiſſimè prædeterminare; ſic enim Deus erit Author magis intimus & immediatus cui tribuatur materiale ipſum prædeterminatum.

365 Inquit, eſſe diſcrimen, quià eu qualitas impreſſa voluntati, eſſet cauſa determinata ad ſpeciem odij Ex.g. eſſetque proindè particularis & defectuoſa in movendo, vtpote coarctata ad illum motum de-,, fectuoſum. Item quià iàm *vo-,, luntas* pro priori ad ſuam de-,, terminationem eſſet coarcta-,, ta, reſtricta, & præciſata (parcamus & huic Barbariſmo) ,, ad actum peccati per illam ,, qualitatem intrinſecam, & for-,, maliter intrinſice impedita ſi-,, ne ſua culpa ne moveatur ad ,, actum virtutis. Quod in im-,, menſum auget difficultatem, vt ,, cum illa componamus imputa-,, bilitatem peccati ad volunta-,, tem, & non potius ad illam ,, *qualitatem*. Quibus verbis iam agnoſcit in ea qualitate à PP. Dominicanis defenſata, reperiri immenſam difficultatem, defendendi Sanctitatem Divinam contra Hæreticos. Et tamen ipſe eadem quæſt. 20. num. 73. accuſat Jeſuitas quià magno cum ſtrepitu, ſeu vt ipſe ait, *magno cũ rumore*, proponunt argumentum ex eo quod Præmotio admiſſa à PP. Dominicanis videtur coincidere cum Premotione admiſſa ab Hæreticis. Modo autem ipſe Palancus fatetur ſe neſcire diſcernere quomodo Predeterminatio admiſſa à PP. Dominicanis non faciat Deum Authorem peccati, ſicut Prædeterminatio Calviniana. Relegat ergò ipſe quod pro Thomiſtis contra Jeſuitas ex-,, poſtulat num. 76. *Quid* igitur ,, Thomiſtis commune eſt cum ,, Hæreticis? Quid luci ad tene-,, bras? Quid Filijs Dei cum ,, filijs *Belial*? Ego quidem cum omni Schola Jeſuitarum veneror PP. Dominicanos vt apprime Catholicos, & egregios Eccleſiæ filios; modo autem ipſe Palancus qui eorum patrocinium minime neceſſarium ſuſcipit, plane fatetur eorum ſententiam facere Deum Authorem peccati, quod erat intentum Hæreticorum. Si igitur mala eſt eorum cauſa, longe peius eſt iſtud patrocinium.

366 Sed ad rem ipſam: Primò, per te Prædeterminatio creata eſſet cauſa particularis, quià eſſet determinata ad ſpeciem odij: ſed decretum divinum efficaciter amans & prædeterminans odium eſſet cauſa eſſentialiter determinata ad ſpeciem, imò & ad individuum odij: ergò etiàm foret cauſa particularis odij, eiuſque ſpeciei & individuationis. Secundo, homo non operatur niſi vt ſubordinatus Deo, eiuſque decreto, quo magis habet in ſua poteſtate voluntates hominum, quam ipſi ſuas: ergò iàm homo operatur vt ſubordinatus Deo ſubordinatione determinata ad ſpe-

ſpeciem odij, & impediente eſſentialiter actum virtutis oppoſitæ: ergò vt ſubordinatus Deo tanquam cauſę particulari peccati. Tertio, voluntas informata Præmotione intrinſeca ad odium, foret determinata ad odium, & conſequenter impedita ad actum virtutis Ex. g. charitatis: ſed tota entitas odij non opponitur cum actu virtutis, vt defendit Palancus paulopoſt n. 144. vbi ait odium ratione ſuę entitatis præciſivè à malitia non opponi cum amore Dei: ergò & inconſequenter dicit voluntatem prædeterminatam ad entitatem odij, eſſe impeditam ab actu virtutis: & rurſus id pronuntiat contra omnem Philoſophiam; cum entitas libera odij denominet voluntatem odio habentem Deum: at voluntas odio libero proſequens Deum iuxta omnes excludit à ſe amorem eiuſdem Dei, ſicuti aſſenſus excludit diſſenſum, excluſione ſaltem phyſica & naturaliter inſuperabili, quod pro præſſenti ſufficit: ergò contradicit omni veriſsimæ & ab omnibus admiſſæ Philoſophiæ, atque etiàm ſibi ipſi.

367 Quarto, nàm per te decretum illud quanvis extrinſecum prædeterminat, cauſat, & facit in voluntate odium Dei, ſeu facit vt voluntas faciat libere ipſum odium quoad totam eius actualitatem: ſed voluntas, vt intrinſice actuata per hanc entitatem odij eſt cauſa determinatiſsima ad ſpeciem odij pravi; quandoquidem ſic actuata non poteſt eligere actum virtutis, ſed ſolius vitij, eſtque magis coniuncta cum malitia, quam ſi ſolam haberet Præmotionem phyſicam creatam, hæc enim ſolum induceret malitiam, inducendo priùs materiale peccati, at materiale per ſe ipſum ſecum affert malitiam, eique ſubſternitur: ergò Deus faciens vt voluntas ſit intrinſecè actuata per materiale, facit vt ſit cauſa particularis, & omninò determinata ad malitiam, potiorique titulo eam inducit, quam ſi induceret qualitatem prædeterminantem. Et vrgetur: nàm materiale peccati non eſt aliquid divinum, & illimitatum, ſed aliquid limitatum ad ſuam ſpeciem, & inſeparabile à malitia: ſi ergò Deus ſanctè poteſt facere vt voluntas per hoc materiale ſit intrinſece coarctata, reſtricta, & præciſata (vt loquitur Palancus) ad malitiam inſeparabilem, cur tam ſcrupuloſè renuit Palancus admittere qualitatem qua voluntas ſit ità reſtricta, coarctata, & præciſata ad materiale peccati; quod profectò iuxta illum, eſt entitas poſitiva bona phyſicè imò nec omninò devians ab ordine rationis; vt ipſe docet eadem quæſt. 20. num. 19.

Digitized by Google

368 Tandem, quia per te Deus prædeterminans ſuo decreto ad totam entitatem odij, donat immediate voluntati eam entitatem odij; ergò ab oppoſito nolens prædeterminare ad amorem non vult vt exiſtat amor, ſeù (quod indiviſibilitèr eſt idem) vult efficacitèr, & facit ne exiſtat amor honeſtus, ſeù vt exiſtat carentia amoris, quid enim eſt non exiſtere amorem, niſi exiſtere eius carentiam, vt eſt per ſe notum? Quis autem vel mente concipere, vel ore exprimere audeat, Deum ſuo decreto efficaciſsimo, ſeù ſua nolitione efficaciſsima, & immediatiſsima, atque etiàm inevitabili, & antecedente omnem vſum voluntatis etiàm previſum conditionate per Scientiam Mediam, facere nè in voluntate detur amor honeſtus, ſive vt detur carentia amoris honeſti? Faceret autem immediatiſſimè; nàm voluntas ideò quandò non amat, ponit immediate libere carentiam amoris, quià ipſa eſt cauſa immediate libera influens in amorem, quando datur talis amor: at Deus per te eſt cauſa immediate libere cauſans, & determinans amorem honeſtum intrinſecum in volútate, quãdo talis amor datur: ergò quando non datur eſt etiàm cauſa immediate libere ponens carentiam talis amoris honeſti, & ſæpe præcepti & obligatorij. Quod quidem argumentum, à me non ſemel in meis Prælectionibus, & in publicis Diſputationibus propoſitum, ſemper inſolutum, & inſolubile viſum eſt; & modo ſpecialiter vrget Palancum contendentem Deum per ſuum decretum immediatiſsime prædeterminare, & efficere tam materiale peccati odij, quam actum charitatis; ex quo deducitur, quod ſicut non prædeterminando ad materiale odij, vult & facit immediatiſsimè ne exiſtat in voluntate odium, ſic non prædeterminando ad amorem, facit immediatiſsime ne exiſtat in voluntate amor honeſtus.

§. IV.

369 DEI Premotionem ad materiale peccati probat Palancus quæſt. 19. vulgaribus ilis teſtimonijs Actor. cap. 2. & 4. quibus Herodes, & Pilatus dicuntur conveniſſe cum Gentibus *facere quę manus tua, & Conſilium tuum decreverunt fieri.* Et Ieſum *definito Conſilio & præſcientia Dei tradditum*: cumque verba hæc ab omnibus explicanda ſint de voluntate permiſsiva, ne (vt inferunt Hæretici, illis etiàm abutentes) dicatur Deus Author peccatorum, quandoquidem textus illi nihil diſtinguút de materiali, vel de formali;

Digitized by Google

tamen ea teſtimonia evidentia eſſe pro Præmotione ſua ait Palancus num. 107. Neque his contentus ſubdit num. 108. Patrem Suarez in eis exponendis paſſum fuiſſe manifeſtam æquivocationem, maximè quià ſic conſtruxit: *definito conſilio Iudæorum, & præſcientia Dei*; Vndè quià ſuplet Genitivum illum *Iudæorum*, ait Palancus, eius conſtructionem eſſe non ſolum ſine fundamento contra textum, ſed contra ſenſum & propriam Grammaticam. Verùm quod poſt ly *definito conſilio*, ſuppleatur Genitivus *Iudæorum*, quid, rogo, contra textum habet, cum & conſilium impiorum & malignantium ſæpè memoretur in Sacro Textu? Quid item contra Grammaticam, quæ paſsim ſubintelligit caſus & verba? An nè habet Palancus regulam aliquam Grammaticalē contra ſupplemētum Genitivorum? Satiùs, meHercule, illi foret ſcripta ſua ab ſtribiliginibus, alijſque contraGrammaticam vitijs (*integrum annum elapſit &c* Ex. g.) purgare, quam Eximio meo Doctori, qui vel in Minimis Maximus eſt, ridendam adeò accuſationē obijcere.

370. Sed omiſſo Grammaticorum ludo, in quem debita Eximio Doctori reverentia me coegit; videamus quid graviùs contra illum afferat citata quæſt. 19. num. 109. Dixerat Eximius Suarez Deum prædefiniſſe paſsionem Chriſti, quæ bona fuit, ſed non actiones Iudæorum, quę malæ fuerunt, iuxta illud vetus Theologorum carmen:

Actio diſplicuit, paſsio grata fuit.

Super quibus ſic inſurgit Palancus: „Sed mirum eſt quod Authores contrarij qui tanto conatu impugnant præciſionem quam nos facimus intèr entitatem, & malitiam peccati quoad punctum Prædefinitionis, adeò præciſivi ſint, dum his teſtimonijs à nobis vrgentur, vt quantumvis omninò ſint connexæ, & in eorum ſententia identificatæ actio & paſsio; velint paſsionem eſſe bonam, actionem malam: paſsionem prędefinitam, actionem prohibitam: & nobis indignentur dicentibus entitatem peccati eſſe naturalitèr & phyſicè bonam, & ideò à Deo prędefinitā, malitiam peccati pravam, & ideò *prohibitam*.

371. Sed quis non miretur Palancum eſſe in Philoſophia vſque adeò peregrinum; vt confundat actionem cum termino, vitam cum morte, tenebras cum luce, actionem turpiſsimam Iudæorum cum Sanctiſsima Paſsione Chriſti? Hæc perſpicuè & ſapientèr ab Eximio Doctore diſtincta

ſunt, à Palanco autèm in vnum confunduntur, vt præciſiones illas collocet in turpiſsima entitate peccati, quas nec in Myſterio Trinitatis agnoſcere poſſunt Thomiſtæ, paſsim docentes nec per intellectum concipi, aut videri poſſe eſſentiam ſine Relationibus Divinis per eandem viſionem attactis: modò autèm volunt Omnipotentiam phyſicè attingere vnam formalitatem peccati, alia intacta, & voluntatem creatam vt prædeterminatam ſolum efficere quidquid entitatis eſt in actu; quà vt prædeterminata ſolum applicatur ad entitatem; licèt ipſa de ſuo penu, ſeù, prout inquiunt, vt cauſa prima deficiens determinet ad malitiam.

372 Vt autèm palam fiat gravis æquivocatio Palanci in doctrina certiſsima Eximij Doctoris, notandum, ex parte Iudæorum percutientium Chriſtum Ieſum, dari tum malam, & ſacrilegam volitionem, tum actiones phyſicas vitales, quibus impias movebant manus; quæ omnes actiones erant etiàm ſui ipſorum paſsiones, & recipiebantur in ipſis Sacrilegis Iudæis ſe moventibus; erantque tranſeuntes, & brevi tempore deficientes. Econverſò autèm ex parte Chriſti Domini erant termini ab illis actionibus producti, & remanentes etiàm poſtquam, perierant actiones Iudæorum: nempè erant in Corpore Dominico plagæ, livores, & vulnera inflicta, quæ vel in Sepulchro durabant adhuc, vel etiàm modò fulgent in Cœlo. Vndè evidens eſt hæc vulnera & dolores Chriſti Domini in quibus eius Paſsio Sacratiſſima conſiſtit eſſe realitèr diſtincta, & ſeparabilia, atque etiàm loco & tempore ſeparata ab actionibus Iudæorum. Erat ergò Paſsio Domini Noſtri Ieſu-Chriſti, toto Cœlo diſtincta ab impijſsimis actionibus Iudæorum; ſicut vulnus à ſagitta, vel à tormento bellico inflictum eſt realiter diſtinctum ab actione proijcientis illam, vel evibrantis tormentum illud, aut ignem ſulphureæ machinæ admoventis.

373 Cum autèm hæc tam manifeſta ſint cuilibet non ſolum mediocritèr Philoſopho, ſed etiàm mente dumtaxat & oculis prædito; tamèn Palancus identificat actiones ſacrilegas Iudæorum cum Paſsione Chriſti, ſcilicet cum eius ſanctiſsimis vulneribus, doloribus, plagis à Chriſto Domino ſumma cum charitate acceptis, & acceptatis, & à nobis ſumma cum Religione, & gratitudine colendis, adorandiſque. Ex hac autem identificatione, & confuſione rerum inter ſe diſtinctarum, erumpit in admirationes illas contra Eximium Magiſtrum, & reliquos Jeſuitas cum

eo

eō aſſerentes potuiſſe Deum pręfinire mortem Chriſti, eiuſque Paſsionem; quin propterea præfiniret actiones peſsimas Iudæorum; quod rectiſsimè dictum eſt; cum Paſsio Chriſti realitèr diſtinguatur ab illis actionibus; ſicut effectus diſtinguitur à cauſa. At per vos materiale peccati realitèr non diſtinguitur à malitia; nec differentia odij realitèr diſtinguitur à ſua ratione generica, & à ſua actualitate: ergò quamvis Eximius Doctor admittat illud primum de Paſsione Chriſti; iurè meritò poterit indignari ijs, qui docent, Deum, & voluntatem vt Deo ſubiectam, phyſicè producere, & attingere totam entitatem, præſcindendo phyſicè, ſeù phyſicè non tangendo malitiam.

374 Cæterum vt agnoſcat Palancus quam ſolida, & vera ſit doctrina Eximij mei Magiſtri; quamque ipſe, & quicumque illum ſectamur, adhæreamus etiam veſtigijs, mentique Angelici Doctoris, audiat illum in 1. diſt. 48. art. 4. ad 3. ſibi obijcientem argumentum, quod contra Jeſuitas obijcit Palancus ex Paſsione Chriſti. *Paſsioni* innocentis inſeparabilitèr connectitur actio mala perſequentis: ſicut delectationi inſeparabiliter adhæret deformitas: ergò qui vult Paſsionem Chriſti; videtur velle actionem *Iudæorum*. Ad hoc argumentum, ſi D. Thomas eſſet Author & propugnator Prędeterminationis ad materiale peccati, vt vult Palancus cum PP. Dominicanis; debuiſſet reſpondere Deum velle & prædeterminare delectationē ſecundum eius actualitatem, & entitatem; quià licèt ipſa cauſa ſit deformitatis, tamèn Prædeterminatio præſcindit entitatem à formalitate cauſalitatis malitiæ, & ab ipſa malitia. Similitèr deberet reſpondere actionem Iudæorum, & Paſsionem Chriſti identificari; ſed tamèn Deum ſua voluntate & Omnipotentia præſcindere vnam formalitatem ab alia, & attingere totam illam actionem, & paſſionem quatenùs entitas eſt, non verò quatenus eſt malitia. Ità reſpondent Prædeterminatores, & ità reſpondere deberet S. Thomas, ſi eſſet cum eis.

375 Sed audiatur Angelicus Præceptor ibi ad 3. dicendum: *Quod* effectus pendet à cauſa, & non èconverſo. Vndè quicumque vult cauſam vult effectum perconſequens, ſed non èconverſo. Delectatio ergò eſt cauſa deformitatis, ſed Paſsiò Chriſti eſt effectus actionis Iudæorum. Vndè Deus voluit bonam Paſsionem Chriſti, non volendo actionem Iudæorum *malam*. Vide qualis ſit vis D. Thomę diſtinguentis actionem Iudæorum à Paſsione Chriſti,

Digitized by Google

eo quod actio Iudæorum fuerit cauſa Paſsionis Chriſti: vnde voluit Deus bonam Paſsionē Chriſti, non volendo actionem Iudæorum malam. Sic Angelicus Doctor, & fideliſsimus eius Diſcipulus Magiſter Eximius. At econverſo Palancus cum ſuis defendit Deum non ſolum voluiſſe Paſsionem Chriſti, ſed etiàm actionem Iudæorum quoad totam eius entitatem, actualitatem, & vim phyſice cauſativā Paſsionis Chriſti; imò dicunt eam actionem non diſtingui à Paſsione Chriſti, vt effectum à cauſa, ſed potius identificari inter ſe vt formalitatem cum formalitate.

376 Rurſus D. Thomas docet delectationem phyſicam, & entitativam eſſe cauſam deformitatis moralis, & ideò Deum non poſſe velle, & prędeterminare delectationem illam entitativam, & phyſicam, quià ſic foret cauſa effectus ſubſequentis, ſeu deformitatis, & malitiæ formalis, & moralis: *Quicunque enim vult cauſam, vult effectum perconſequens*, vt diſſerte loquitur D. Thomas. Et tamen Recentiores Thomiſtæ quibus applaudit Palancus, docent Deum amare, & prædeterminare efficaciſsime totam delectationem actus pravi, quin propterea ſit cauſa effectus ſubſequētis, ſeu deformitatis moralis; imò docent voluntatem vt à Deo præmotam attingere totam delectationem actus, quin vt ſic præmota attingat deformitatem: idque totum putant componi per illam pręciſionem phyſicam, quà producatur vna formalitas, alia phyſicè intacta.

377 Quid ergò mirum quod Schola Jeſuitica cum ſuo Doctore Eximio, & quotquot illam ſectamur, graviter quidem, ſed modeſte, vt decet Catholicos, ſuccenſeamus dicētibus dari eas pręciſiones phyſicas, quibus Deus & creatura totam entitatē, & delectabilitatē peccati, producat præciſive à malitia non ſolum formali, ſed etiàm fundamentali vt tali; cum hæc doctrina tam aperte & ex diametro adverſetur Doctori Angelico, & ipſius Diſcipulo fidiſsimo, & interpreti, ac illuſtratori præclariſsimo Patri Franciſco Suarez.

§. V.

378 Video excurſionem in Palancū ſupra inſtituti mei rationem, metáſque iā iàm excreſcere; ſed ea eſt opulentiſsima ſeges occurrentium animadverſionum in Palancum, vt vix calamum ab illis cohibere poſsim. Cæterum vt reliquas intactas relinquam Doctiſsimis PP. Societatis, ſi forte per otium eorum, aliquis ſtilum in Palancum exercere voluerit; hanc aliam ſilentio præterire omninò non

Digitized by Google

non poſſum, eo quod ad mei Eximij Doctoris defenſionem ſpectet, quem video iam ab alijs ſiniſtrè intellectum, & nuper à Palanco repetitis aliorum æquivocationibus impugnatum.

379 Igitur Eximius Doctor lib. 1. de Concurſu Dei cap. 14. doctè & ſubtiliter explicuit decretum, quo Deus applicat ſuam Omnipotentiam arbitrio noſtro: dixitque illud tale eſſe, taliterque accommodare, & attemperare Omnipotentiam creatæ voluntati, vt voluntate operante, ſimul, & indiviſibiliter per eandem actionem operetur Omnipotentia; vnde illud appellavit quaſi conditionatum; ſic enim loquitur ibi num. 5. *Deum non abſolute, ſed quaſi ſub conditione velle.* Et cap. 15. num. 6. docet Deum pro priori ad actionem eſſe indifferentem, vt operetur ex determinatione Creaturę ad hunc vel illum actum; *eſt tamen determinatus quaſi ſub conditione ad cooperandum Creaturæ.* Dicit autem decretum illud non eſſe abſolutum, idest non eſſe determinatum ad vnam tantum operationem; ſed potius reddere Deum potentem concurrere ad vnam, vel alteram pro determinatione voluntatis. Dicit etiam eſſe illud decretum non condicionatum, quaſi expectet vt prius ponat Creatura ſuum concurſum ſuis dumtaxat viribus, vt poſtea Deus concurrat; ſed quaſi conditionatum, ſeu ſimile conditionato in eo quod non determinatur à ſe ipſo ad concurrendum abſolute, ſed à concurſu Creaturæ, ita vt concurrente Creatura ſimul, & indiviſibiliter concurrat Omnipotentia, ſicut concurrente voluntate, ſimul & indiviſibiliter concurrit habitus ei vnitus; nam Omnipotentia, ſecluſis imperfectionibus inhærentiæ, & dependentiæ, eſt per illud decretum liberum Deo, accommodata, applicata, attemperataque, & intimata voluntati ad concurrendum cum illa.

380 Cum autem Eximius Doctor tam perſpicuè, tam decẽter, & purè explicuerit illud decretum; cum item expreſiſsimè dixerit illud non eſſe conditionatum, ſed quaſi conditionatum, ſeu ſimile conditionato, vt dictum eſt, multi nihilominus in eius intelligentia cæcutiunt, aut cæcutire volunt. Vnde vltro ſupponentes, decretum à P. Suarez explicatum eſſe ſimpliciter conditionatum, arguunt ſic: ergò per illud Deus vult concurrere ſub conditione quod Creatura concurrat; ſed Creaturam concurrere eſt idem ac concurrere Deum, cum concurſus actualis, ſeu actio Dei, & Creaturæ ſit idem: ergò Deus vult concurrere ſub conditione quod ipſe Deus concurrat, quæ eſt ſtulta volitio. Et ratio, inquiunt,

Digitized by Google

quiunt, eſt, quia ſi conditio non diſtinguitur à conditionato, decretum conditionatum ſit nugatorium, & ridiculum, vt ſi dicas: volo vt Petrus moveatur, ſi currat, volo vt Deus concurrat, ſi Creatura concurrat.

381 Hæc acutè obſervarunt Authores Societatis, vt ſtatuerent decretum applicativum Omnipotentiæ, quod explicuit P. Suarez, non poſſe eſſe verè conditionatum. Eadem verò avidiſsimè arripuerunt Gonet & alij, vt impugnarent P. Suarez perinde ac ſi dixiſſet decretum illud conditionatum eſſe. Eadem etiam reperit Palancus quæſt. 6. à num. 68. ſubditque num. 70. P. Suarez appellantem illud decretum quaſi conditionatum, dediſſe illi nomen *ad placitum*; & falſum dixiſſe, cum appellet conditionatum quod conditionatum non eſt. Si ita licet Palanco ad placitum cenſuras profundere, licebit etiam dicere, falsò, dici in cap. 15. Exodi: *Dominus quaſi Vir pugnator*; quia Deus neque Vir erat, neque pugnabat: falsò item cap. 53. Iſaiæ; *quaſi Agnus coram tondente*; nam Chriſtus Dominus non erat Agnus. Sicut ergò ſtolide arguerentur hæc vt falſa, & ad libitum dicta, quia re ipſa dicuntur cum fundamento ducto ex ſimilitudine; ſic cum decretum applicativum, vt dictum eſt, ſimile ſit conditionato falsò & pro libito accuſat Palancus Eximium Doctorem eo quod dixerit illud eſſe quaſi conditionatum; nec enim aliud nomen aptius & oportunius ei poterat, debeatque attribui.

382 Verum vt conſtet impugnationem illam à Jeſuitis inventam contra Decretum illud verè conditionatum, efficaciſſimam quidem eſſe; ſed tamen omnino inconſequenter aſſumi à Gonneto, & Palanco, notanda eſt quædam eorum doctrina ibi curſim tacta, & approbata ab eodem Palanco. Inquiunt igitur hominem peccare eliciendo odium Dei V. g. quia licet non teneretur ad eliciendum vllum actum, tenebatur ex præcepto ad hoc vt ſub conditione quod eliceret rationem genericam actus humani, eliceret formalitatem differentialem charitatis: vnde Deus iuxta illos ſic ſuo præcepto, aut voluntate tendit: ſub conditione quod elicias rationem genericam actus, pone hanc formalitatem differentialem. Ita Palancus num. 70. & Gonetus tom. 3. tract. 5. de *Peccatis* diſp. 3. num. 11. vt doceant peccatum pro formali malitiæ conſtitui per privationem rectitudinis; licet non eodem modo ſe gerant, nam Palancus non agnoſcit in peccato vllam malitiam aliter conſtitutam, vt fatetur quæſt. 20. num. 79. at vero Gonetus alteram in-

po-

Digitized by Google

poſitivo conſiſtentem agnoſcit, vt explicat num. 5.

383 Hinc ergò Adverſarios illos ſupra arguentes contra Eximium Doctorem, ſic ſuis armis vrgeo, & opprimo: per vos velle aliquid ſub conditione indiſtincta à conditionato, eſt aliquid ſtolidum, & fatuum: ſed per vos Deus vult, & præcipit, vt homo ſub conditione quod eliciat rationem genericam actus humani, eliciat differentialem, quæ iuxta omnes identificatur realiter cum generica aſſumpta pro conditione: ergò iam ponitis in Deo præceptum omnino fatuum, & ſtolidum, ſcilicet aſſumens conditionem indiſtinctam à conditionato. Et ratio eſt; quia præcipere id quod neceſſarium eſt, fatuum, & ſtolidum eſt: ſed quod poſita ratione generica ponatur ſpecifica, quæ realiter cum illa identificetur, eſt quid neceſſarium, niſi velint ponere à parte rei aliquam rationem vere productam, & adhuc indifferentem, vt identificetur cum hac, vel illa differentia: quę quidem eſt idæa Platonica, vt ex ſe patet: ergò ſi ſtet, vt certè ſubſiſtere debet eorum argumentum, probat eos ponere in Deo voluntatem fatuam, & Deo indignam. Ità non ſemel in Maximo noſtro Salmantino Theatro inſurgebã, cum anno 1693. & hoc 1697. pro obtinenda perilluſtri Cathedra Divi Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, & ſui temporis Theologorum facile Principis; celeberrimas illas difficultates cõmoverem; vnam ſcilicet: an peccati & ſi formaliter conſtituti per poſitivum (quod ſuppoſui, & non diſputavi) Deus eſſet Author, & cauſa; alteram vero: an vnice in poſitivo ſita eſſet malitia formalis peccati; & quarum primam negativè, ſecundam affirmativè non ex vulgaribus S. Anſelmi argumentis, & illuſtrationibus ad textus mihi ſorte oblatos, pro viribus reſolvi, & propugnavi.

384 Retorſionem igitur hanc, quam tunc iudicans oportuniſsimam, promovebam, & illuſtrabam contra iſtos Adverſarios Eximij Doctoris, iterum, atque iterum ſic ſpecialiter vrgeo contra Palancum, qui ea quæſt. 6. num. 69. ex eo ait, dici non poſſe conditionatum decretum applicativum poſitum à P. Suarez, quia Jeſuitæ non admittunt præciſiones obiectivas inter vnam, & alteram formalitatem, Ex. g. inter formalitatem concurſus divini, & concurſus creati; vnde nec poterit Deus ſumere pro conditione concurſum creatum, vt ipſe concurrat. Et vlterius num. ſequenti docet, quod dum dantur duæ formalitates ratione diſtinctæ Ex. g. ratio amoris, & differentia gaudij, poteſt Deus aſſumere

Digitized by Google

mere pro conditione rationem amoris; & dicere volo, vt ſub conditione, quod Petrus eliciat amorem eliciat gaudium. At cum determinatio, & concurſus voluntatis, non ſolum ſit realiter inſeparabilis, ſed etiam metaphyſice impreſcindibilis à concurſu Dei, quia eſt ab illo dependens; inde fit de primo ad vltimum, vt ipſe ait, tale decretum nullo modo dici poſſe conditionatum.

385 Ego tamen in hoc diſcurſu Palanci, de primo ad vltimum conſiderato, nil invenio quod in æquivoco non laboret. Et primo, quod ait Jeſuitas non docere præciſiones obiectivas minime placebit Dominicanis, qui, vt in Dominico Lince videri poterit, paſsim pro illis referunt Eximium Doctorem, alioſque Primarios Societatis Viros. Verum quia hæc allegatio falſiſsima eſt; & quia Schola Jeſuitica reijcit, & manifeſtis demonſtrationibus expungit eas præciſiones, parum curandum eſt de illo primo aſſerto Palanci. Secundo, quid, rogo, ad rem præſentem attinet præciſio intellectualis, quando tota fatuitas decreti conditionati ſtat in eo iuxta Palancum, & Adverſarios, quod aſſumat conditionem realiter idẽtificatam cum conditionato? Finge tibi quaſcumque præciſiones metaphyſicas inter rationem amoris, & rationem gaudij; adhuc tamen vtraque ratio identificatur realiter, imò non daretur inter illas ea obiectiva, & methaphyſica præciſio, niſi identificarentur realiter, vt compertum eſt omnibus Philoſophis: ergò ſi per te ſtultum, & fatuum eſt decretum conditionatum aſſumens conditionem identificatam realiter cum conditionato, ſtulte affingitur Deo voluntas, aut præceptum obligans ad ponendam rationem differentialem ſub conditione quod voluntas ponat genericam identificatam realiter cum differentiali, quidquid ſit de illis præciſionibus non tollentibus, ſed ſupponentibus identitatem realem.

386 Ratio eſt: tum quia, quod poſita, ſeu producta ratione, quam vocas genericam, ponatur differentialis cum ea identificata, eſt obiectum omnino neceſſarium, nec enim voluntas poteſt facere vt vna exiſtat abſque identitate cum alia: ergò iam Deus præciperet voluntati obiectum ei neceſſarium, quod quidem eſſet ſumma ſtultitia, non minus quam ſi mihi præciperet, vt ego ex ſuppoſitione quod ſim homo, ſim animal rationale. Tum etiam quia cum in actu gaudij idem ſit realiter eſſe amorem, & eſſe gaudium, præcipere voluntati, vt ſi ponat amorem ponat gaudium, idem erit ac præcipere, vt ſi realiter

liter ponat [illegible] gaudium, ponat realiter gaudium; quod plusquam ridiculum eſt.

387 Tertio, quia vel præceptum obligans ad ponendam differentiam gaudij ſub conditione amoris, eſt verè & propriè conditionatum; & ſic procedit evidens argumentatio facta contra illud, vt omnino ſtolidum. Vel eſt tantum conditionatum ex modo noſtro imperfecto concipiendi, vt inſinuat ibi Palancus? Et hoc in primis eſt contra illum, iam enim, vt ipſe arguebat, imponit illi nomen ad placitum, & falsò dicit illud conditionatum, cùm non ſit verè conditionatum. Deinde id eſt contra intentum Adverſariorum dicentium, hominem peccare, quia ex ſuppoſitione quod ponat rationem genericam aparte rei, non ponit differentiam bonam, vnde in ratione generica ponunt aparte rei privationem rectitudinis; eaque propter Gonet num. 13. cum reliquis docet præceptum de ponenda differentia bona ſub conditione quod ponatur ratio generica eſſe verè & propriè conditionatum, cùm realiter obliget hominem, non abſolutè ad ponendum actum, ſed ſub conditione, quod realiter producat rationem genericam actus: ergò falsò & ſine fundamento dicitur illud præceptum tantum eſſe conditionatum ex modo concipiendi; alioquin eſſet vere, & realiter abſolutum, & obligaret abſolutè ad ponendum actum, quod negant Contrarij; nec enim quandocunque peccat homo per odiũ Dei Ex. g. tenebatur ad actum amoris Dei abſolute, vt eſt manifeſtum.

388 Denique, licet ad decretum conditionatum neceſſaria foret aliqua diſtinctio, ſeu præciſio rationis, ſine vllo fundamento eam negat Palancus inter concurſum Dei, & Creaturę. Nam ratio concurſus vt ſic, pręſcindit ab eo quod ſit creatus, vel increatus, ſicut animal præſcindit ab eo quod ſit rationale, vel irrationale. Deinde ratio determinationis indifferens eſt, vt ſit Dei, vel Creaturæ, vtrunque enim principium poteſt ſe determinare. Vlterius: demus determinationem Creaturæ inveniri non poſſe ſine determinatione, & concurſu Dei, (quod negant contrarij de determinatione, & concurſu in malitiam) ſed quid inde? Nil certè pro inpræſcindibilitate deſiderata à Palanco; nam differentia gaudij nec de potentia abſoluta poteſt ſeparari à ratione generica amoris; & tamen inter illas datur præciſio obiectiva, ſimiliterque inter himnibilitatem, & animalitatẽ à qua ſeparari non poteſt: ergò licet duæ formalitates ſint methaphyſicè connexæ fruſtra, & contra omnem Logicā

in-

Digitized by Google

Evangelicis laboribus in noſtra præſertim Bætica celeberrimus; eo quod doctrinam ſuam, ſuamque Antiprobabiliſmum propoſuerit, non more aliorum ferino, & frendente, ſed ſtilo humano, temperato, & modeſto, prout decebat tantum Virum in ſpecimem ſuæ inclytæ Societatis Generalem Præpoſitum. Laudandus item in eo quod agnoverit falſitatem illorum, qui extremo impetu concitati docuerunt ſemper amplectenda eſſe tutiora, & nunquam dari poſſe ignorantiam invincibilem iuris naturalis.

390 Sed tamen diſplicet primo, in eo quod eoſdem Authores Tutioriſtas, nẽpe Fagnanum, Baronium, Contenſonum, Mercorum, Merendam alioſque huiuſmodi, quos ipſe meritò impugnat, & deſerit; tamen iterum pro ſua ſententia referat. Sane ij obligant ad tutiora: at RR. Thyrſus non ad tutiora, ſed ad vnicuique probabiliora obligat: ergò eos non habet Patronos, ſed omnino Adverſarios. Cur ergò eos refert tanquam ſuos? Nimirum ſoliciti ſunt Adverſarij aliquem cathalogum authorum pro ſua ſententia contexere; ideoque vel illos, qui inter ſe extremè diſſentiunt, in vnum convenire cogunt; ſed fruſtra, & prorſus arbitrariè; paucisſimi enim cum ſint, minime conveniunt inter ſe.

391 Diſplicet etiam (omiſsis alijs in noſtra Diſſertatione notatis) in eo maxime, quod meum Eximium Doctorem pro ſententia ſua allegare præſumat; vnde cum vel illis nominibus impugnandus ſit, Iudices, primum illud deprecabor, ne adornata RR. Thyrſi criminatio vllum præiudicium afferat Patri Suarez, cùm & Tutioriſtis multũ prodeſſe poſsit. Cum autem Eximius Doctor ſępe afferat licitum eſſe ſequi opinionem probabilẽ; explicat id RR. Thyrſus diſſert: 2. num. 4. de opinione probabili propria, quaſi dixerit P. Suarez, cũ quivni opinioni probabili directe aſſentitur, poſſe illam deducere ad praxim; quamvis videat oppoſitam eſſe alijs probabiliorem. Laudo quidem RR. Thyrſi obſervantiam erga Patrem Suarez, quem non audet in re graviſsima ſibi Adverſarium conſiteri; eſt enim authoritas Eximij Doctoris in rebus pręſertim moralibus tanti ponderis, vt vnus Suarez paſsim numeretur pro Authoribus mille; cumque (vt tradit Codex Theodoſianus titulo de Reſponſis) excellentis ingenij Vir Papinianus ſingulos vincens cedat duobus; Suarius tamen prævalet adverſus innumeros. Ideo Eximium hunc Theologiæ Solem tam clarum, ſplendidumque eſſe pro communiſsima Probabiliſtarum ſen-

ſententia ex profeſſo oſtendere curabo, vtque ſpero, adeo perſpicue, vt nemo deinceps in dubium id vertere audeat, niſi velit in ipſo meridie caligare, aut caligare ſe fingere.

392 Vt autem promiſsis ſatisfaciam, in medium producendæ ſunt aliquæ propoſitiones capitales, quas ſtatuit RR. Thyrſus, & quibus ſe ſe ex diametro oppoſuit Eximius Doctor. Itaque P. Thyrſus diſſert 6. ſtatuit hanc propoſitionem primam: Qui ſectatur opinionem faventem libertati, quando exiſtimat eam eſſe minus probabilem, peccat formaliter. Deinde num. 29. ſtatuit hanc ſecundam: nulla reflexio poteſt ſic operantem excuſare à peccato. Deinde num. 31. ſuperaddit hanc tertiam: Non excuſat reflexio ſupra poſſeſsionem libertatis. Et hinc ibi hanc addit quartam: illud axioma, in dubijs melior eſt conditio poſsidentis; ſolum habet locum in materia iuſtitiæ: quam etiam ex profeſſo probat poſtmodum Diſſert. 7. num. 68. Præterea ſupperaddit hanc quintam: non excuſat reflexio ſupra non promulgationem legis: quã poſtmodum iterum defendit Diſſert. 7. num. 77. Vlterius num. 40. addit ſextam: ſupra opinionem minus probabilem, non poteſt fundari dictamen practicum conſcientiæ certum, quod liceat operari.

393 Deinde Diſſert. 7. num. 51. ſtatuit hanc propoſitionem ſeptimam: quando dantur duæ opiniones æquè probabiles, non eſt licitum ſequi faventem libertati. Et num. 57. addit hanc octavam: illa regula, in dubijs tutior pars eſt eligenda, non eſt dumtaxat conſiliativa, ſed præceptiva. Et num. 61. addit hanc nonam: ex dubio ſpeculativo, ſeu vniverſali, neceſſario reſultat dubium practicum circa actionem particularem, hic, & nunc exercendam. Et deinceps num. 74. ſubijcit hanc decimã propoſitionem: qui dubius manet, an elicuerit votum, tenetur adimplere votum.

394 Hæ ſunt quoad rem ipſam propoſitiones capitales RR. Thyrſi; in quibus ſui Antiprobabiliſmi nucleus continetur. Quod ſi ego oſtendero omnes illas propoſitiones reprobatas fuiſſe ab Eximio Doctore, meam ſine dubio liberabo fidem, & omnibus perſuadebo RR. Thyrſum in hac quæſtione facti de mente Patris Suarez fuiſſe inſigniter deceptum; nec potuiſſe niſi ex hac deceptione pro ſe allegare meum Doctorem Eximium, cui in re graviſsima adhærere ſumma mihi, alijſque me doctioribus ſecuritas merito videri debet.

§. I.

§. I.

595 MAgnum ergò Suarium eas omnes propoſitiones ſemel & iterum reprobaſſe probo ex ipſo multis in locis: primo ex celebri & eruditiſsimo tomo, paſsimque ab alijs tranſcripto de Cenſuris diſp. 40. ſect. 5. à num. 13. vſque ad num. 19. incluſivè. vbi ait: *Alij* verò per contrarium extremum „ dicunt, poſſe hominem practicè deponere dubium, & ſe gerere perindè àc ille, qui nullã habet irregularitatem, quanvis teneatur nacta oportunitate maiorem adhibere diligentiã. „ Ratio eſt, quià in eo caſu poſt factam diligentiam, ignorantia quæ manet, involuntaria eſt, & ideò practicè nullum eſt periculum peccati: ſecluſo autẽ hoc periculo, tutiſsima eſt illa pars. „ Explicatur, quià poſtquam aliquis adhibuit ſufficientem diligentiam ad expellendam dubitationem, & non potuit, ignorat ſibi eſſe tale præceptum impoſitum, & ità ignorat, vt non potuerit ignorantiam depellere: ergò invincibilitèr ignorat; ergò hic & nunc non obligatur tali præcepto, ergò nulli periculo ſe exponit ile *operando*.

„ *Dices*, illa ignorantia non eſt poſitiva, ſed negativa tantum, nàm ille non iudicat invincibilitèr ſe non habere præceptum, ſed ſolum negativè ſe habet neſciẽs àn ſit præceptum: & ideò adhuc verſatur in periculo, etiàm ſecundum ſuam exiſtimationem, nè fortè in re ſit præceptum, & illud violet. „ Sed contra, nàm ex illa ignorantia negativa in vniverſali, optima ratione infertur poſitiva ignorantia in particulari, per iudicium practicum, quo aliquis prudentèr iudicat, ſe nõ obligari hic & nunc tali præcepto, quià nemo obligatur lege, niſi illi ſit ſufficienter propoſita: ſed qui poſt factam diligentiam ſufficientem ad cognoſcendum, àn ſibi ſit tale præceptum impoſitum, non potuit id aſſequi, non habet talem legem ſufficienter propoſitam: ergò licet in generali, ſeu ſpeculative maneat dubius, an talis lex lata ſit, in particulàri eſt certus ſe non obligari tali lege. Atque ita ceſſat fundamentum contrariæ ſententiæ, ſcilicet, quod nemo poteſt facere abſque peccato id, de quo dubitat an ſit peccatum: negamus enim in eo caſu talem hominem dubitare, an illud hìc & nunc ſit peccatum, quandoquidem hìc & nunc eſt certus ſe nõ obligari precepto. Dices, ſatis eſſe quod in generali dubitet hunc actũ ſecũdũ ſe eſſe peccatum, quia peccatum ſive ſecundũ ſe, ſive in particulari ſup-

,, tum vitandum eſt: hoc autem
,, dubium manet ſemper in tali
,, homine, quià, cum ſemper ge-
,, neratim dubitet, àn talis lex la-
,, ta ſit, conſequentèr dubitat àn
,, actio ipſa peccaminoſa ſit. Reſ-
,, pondetur, falſam eſſe illam pri-
,, mam propoſitionē generaliter
,, ſumptam. Nàm, ſi quis non du-
,, bitet, àn talis actio hìc & nunc
,, ſibi ſit peccaminoſa, parum re-
,, fert quod dubitet, àn talis actio
,, ſecundum ſe ſeù materialitèr
,, ſumpta peccaminoſa ſit. Neque
,, hæc generalis dubitatio infert
,, neceſſario illam particularem,
,, niſi quando nulla eſt facta dili-
,, gentia ad expellendam dubita-
,, tionem generalem, nec ſubeſt
,, aliqua rationabilis cauſa ope-
,, randi cum tali generali dubio,
,, quando expelli non potuit: his
,, autèm duobus concurrentibus,
,, ſæpè licitum eſt operari, non
,, obſtante tali dubio. Vt qui poſ-
,, ſidet rem, de qua dubitat àn ſit
,, aliena, etiàm dubitat àn con-
,, tractare, vel conſumere illam
,, ſit actio ſecundum ſe iniuſta,
,, vtpotè contra ius vel dominiū
,, alterius: vndè ſi illam alteri da-
,, ret, vitaret omne periculum
,, peccati, tam formalis, quā ma-
,, terialis, vt ſic dicam; non tamē
,, ad hoc obligatur, quià in dubio
,, nemo cogitur rem, quam poſ-
,, ſidet, alteri dare, tunc enim,
,, cum melior ſit conditio poſſi-
,, dentis, poteſt ſe ipſum alteri
,, præferre, ſatiſque eſt, quod in
,, particulari ſit certus hanc
,, actionem ſibi non eſſe iniuſtam,
,, neque *peccaminoſam*.

,, *Quod* verò dicunt aliqui
,, hoc ſolū habere locum in ma-
,, teria iuſtitiæ, non verò aliarum
,, virtutum, falſum eſt, & ſine fū-
,, damento dictum, quià non mi-
,, nus eſt vitandum peccatum in
,, materia iuſtitiæ, quam aliarum
,, virtutū; &, ſicut in materia iuſ-
,, titiæ occurrere poteſt ſufficiens
,, ratio, ob quam non obſtante il-
,, lo generali dubio, poteſt in
,, particulari eſſe certitudo prac-
,, tica de honeſtate actus, ità in
,, materia aliarum virtutū poteſt
,, ſimilis ratio occurrere. Vt in
,, materia religionis nemo obli-
,, gatur voto, de quo dubius eſt
,, àn illud emiſerit, vt rectè dixit
,, Soto lib. 7. de Iuſtitia q. 3. art.
,, 2. & in materia temperantiæ
,, qui iuſtè & invincibilitèr dubi-
,, tat, àn hodie ſit dies ieiunij, non
,, eſt cogendus ieiunare: & ſimi-
,, le eſt de obſervatione feſti, &
,, in vniverſum in materia obe-
,, dientiæ (in qua nunc præci-
,, puè verſamur) quandiu quis
,, invincibilitèr dubitat, àn præ-
,, ceptum ſit impoſitum, & non
,, poteſt poſt moralem diligentiā
,, notitiam illius conſequi, nō eſt
,, cogendus in Cōſcientia ad ob-
,, ſervationem talis præcepti, præ-
,, ſertim vbi res præcepta onero-
,, ſa eſt, & graviſsimū ex illo prin-
cipio

Digitized by Google

„ cipio quod lex non obligat „ perſonam , vel (vt alij lo- „ quuntur(non ligat illam, do- „ nec illi in particulari ſit ſuf- „ ficientèr propoſita , nec per „ eam ſtet quominùs propona- „ tur. Tum etiàm, quià eſſet in- „ tolerabile onus, præſertim in „ legibus poſitivis, quæ non ſo- „ lent, vel certè nõ poſſunt obli- „ gare cum tanto rigore. Nàm „ etiàm naturalis lex nunquam „ obligat cum ſolo huiuſmodi „ dubio. Vt v.g. ſi in aliqua ma- „ teria verteretur dubiũ, àn ta- „ lis actus ſit prohibitus lege na- „ turæ, necne, & res maneret ità „ dubia, vt nullum iudicium de- „ terminate ferri poſſet (per „ poſsibile, vel impoſsibile) „ tunc non obligarentur homi- „ nes ex vi legis naturæ ad abſ- „ tinendum à tali actu, quià nõ „ eſt eis lex prohibens ſuficien- „ tèr propoſita : idem ergò eſt „ in lege poſitiva, idemque erit „ in irregularitate, quæ ſolum „ poteſt obligare in vi cuiuſdã „ humani præcepti. Sicque di- „ xit Gloſſa in cap. *Cum ſunt*. „ de Regul. iur. in 6. in dubio „ nullum prẹſumi obligatũ, vel „ obnoxium, ex Authent. Quib. „ mod. nat. effic. ſui, *Collat*. 6.

„ *Poſſumus* deindè ex eadem „ regula argumentari, ſcilicet, „ cum ſunt partium iura obſcu- „ ra, reo eſſe favendum : nàm „ hic, de cuius irregularitate „ dubitatur, ſe habet vt reus, ergò „ in caſu dubio abſolvendus eſt. „ Reſpondent, hoc procedere in „ foro exteriori, non verò in in- „ teriori. Sed non rectè, tum quià „ ſi talis homo in exteriori foro „ iudicetur non irregularis, cur „ in interiori ſe geret vt irregula- „ ris? Nàm internum forum non „ diſcrepat ab externo, niſi vbi „ ex prẹſumptione ſola procedit, „ præter rei veritatẽ ſecreto cog- „ nitam. In prẹſenti autem non ità „ eſt nàm in caſu dubio veritas „ latet in vtroque foro, vt ſuppo- „ nimus: iudicium autèm exterio- „ ris fori in caſu, de quo agimus, „ fertur ex principio practico, „ quod præſumitur innocens, qui „ non probatur nocens; & quod „ in caſu dubio reus abſolvendus „ eſt potiùs, quam damnandus: at „ principium hoc æquè rationa- „ bile eſt in foro interno: ergò. „ Confirmatur, quià in his pẹnis, „ quẹ iure ipſo imponuntur, ipſe- „ met reus eſt quodàmmodo ſui „ accuſator, & defenſor, & de- „ bet contra ſe proferre ſenten- „ tiam, & in ſe exequi pẹnam: er- „ gò poterit in Conſcientia vti „ eodem principio iuris, vt cùm „ dubium eſt ius, ſe potiùs abſol- „ vat, quam *damnet*.

„ *Propter* hoc alij negant an- „ tecedens aſſumptum, & in „ foro etiàm exteriori in eo caſu „ dubio dicunt iudicandum eſſe „ aliquem irregularem, iuxta di-

Digitized by Google

,, ciſsionem dicti cap. *ad audiẽ-*
,, *tiam*, quæ in foro etiam exte-
,, riori procedit, & in principio
,, ipſiuſmet textus ponderavit Na-
,, varr. & infra etiam nos dice-
,, mus. Eadem autem ratio eſſe
,, videtur in quolibet alio dubio,
,, quę eſt in illo de quo textus hic
,, loquitur. Iuxta quam ſententiã
,, negandum eſt, illud principium,
,, in dubijs favendum eſſe reo, ha-
,, bere locum in pœna irregulari-
,, tatis, nàm potius damnandus
,, eſt. Ratio autèm reddi poteſt,
,, quià, licèt in alijs pœnis, quæ
,, ſolum ſunt privationes, aut exa-
,, ctiones, vel onera, abſolvi de-
,, beat reus in caſu dubio, quià id
,, poteſt fieri ſine vllo periculo; ta-
,, mèn in pœna quæ includit pri-
,, vationem aliquam ſub obliga-
,, tione peccati, qualis eſt irregu-
,, laritas, potius eſt cõſtringendus,
,, & puniendus reus in caſu du-
,, bio, quià cum immineat peri-
,, culum Conſcientiæ tutior pars
,, præferenda eſt favori *rei*.

,, *Sed* hæc ſententia in du-
,, bio iuris, mihi eſt incredibilis.
,, Primò, quià ſi in foro exterio-
,, ri non conſtet eſſe aliquod ius
,, imponens irregularitatem, quã-
,, tumcumque res ſit dubia, qui
,, fieri poteſt vt quiſpiam iudice-
,, tur irregularis, cum non poſsit
,, niſi per ius ipſum iudicari? Item
,, ex cap. *Is qui* ſumitur efficax
,, argumentum ſaltem à paritate
,, rationis: nàm vbi ius eſt ap-
,, parens, vel ſimile, non eſt ſuf-
,, ficiens ad iudicandam irregu-
,, laritatem, niſi ſit expreſſum: er-
,, gò vbi totum ius eſt dubium,
,, multo minus ſufficiet, quià
,, multo minus expreſſum eſt.
,, Præterea inde ſequitur pœnam
,, ſuſpenſionis, vel depoſitionis
,, ipſo iure, ſivè ab officio, ſivè à
,, beneficio incurri in Conſcien-
,, tia, & in foro exteriori in ſi-
,, mili caſu de dubio iuris, quià
,, etiàm illa pœna includit pro-
,, hibitionem aliquam in foro
,, Conſcientiæ ſub obligatione
,, culpæ. Sequitur etiàm, eum,
,, qui in tali dubio iudicatur ir-
,, regularis, privandum eſſe bene-
,, ficijs, quæ poſsidebat, quià hoc
,, conſequitur ad irregularitatem,
,, ſicut in caſu cap. *ad audien-*
,, *tiam*, privandus eſt illis, vt in-
,, fra dicemus. Hæc autem, & ſi-
,, milia continent nimium ri-
,, gorem ſine ſufficienti funda-
,, mento. Denique differentia ibi
,, aſsignata ſupponit falſum fun-
,, damentum, nimirum, in hoc
,, eſſe aliquod peccatum. Vndè
,, parum refert, quod irregula-
,, ritas includat prohibitionem
,, in Conſcientia obligantem,
,, nam in hoc ſequi debet ir-
,, regularitas conditionem alio-
,, rum præceptorum, quæ eſt
,, vt non obligent quandiu de
,, eis non ſufficientèr conſtat.
,, Eſtque hoc valdè conſenta-
,, neum rationi, maximè in

,, legi-

Digitized by Google

„ legibus, quæ ipſo iure pœ-
„ nam privativam imponunt:
„ nàm propterea quod ex ſe obli-
„ gent in Conſcientia, non im-
„ ponunt leviorem pœnam, ſed
„ graviorem potius: ergò, ſicut
„ aliæ leges pœnales non obli-
„ gant Iudices ad damnandos
„ reos in caſibus dubijs; ità hæ
„ leges, quæ ipſo iure pœnam
„ imponunt, non obligant in
„ Conſcientia quandiù de ipſis
„ ſeu de iure ipſo *dibitatur*.

„ *Hæc* igitur ſententia mihi
„ maximè probatur, præſertim
„ quando dubium de irregulari-
„ tate, vel ſuſpenſione, quæ eſt
„ pura pœna, poſt transſactum
„ opus ſuboritur, quià tum maxi-
„ mè procedunt omnes rationes,
„ quæ adduximus. At verò ſi ip-
„ ſoſmet ordines ſuſcepit cum du-
„ bio irregularitatis, tunc maior
„ eſt dubitandi ratio, quià ſicut
„ à principio mala fide tale fecit
„ opus in ordinè ad irregulari-
„ tatem contrahendam: ità non
„ videtur poſſe liberari ab illo
„ onere Conſcientiæ dubię prac-
„ ticè, donec dubium ipſum de
„ irregularitate, quod à principio
„ habuit, re ipſa cognita expel-
„ lar. Quæ limitatio eſt proba-
„ bilis. Quid verò de illà ſen-
„ tiendum ſit, dicemus ſtatim
„ agentes de dubio facti; Funda-
„ mentum autem Contrarię Sen-
„ tentiæ ex dictis ſolutum eſt,
„ iàm enim conſtat quomodo in
„ tali actione nullum ſit pericu-
„ lum peccati. Ad exemplum au-
„ tem de dubio facti patebit la-
„ tiùs ex dicendis. Nunc autem
„ reſpondeo eſſe diſparem ratio-
„ nem, quidquid ſit de antece-
„ dente: quià irregularitas, licet
„ ex facto oriatur tanquam ex
„ radice vel ocaſione, per ſe ta-
„ mèn & proximè oritur ex iure
„ tanquam ex cauſa efficiente, &
„ ideò ſi ius ſit dubium, non po-
„ teſt inferre talem effectum: ſtan-
„ te verò facti dubio, poteſt eſſe
„ ius certum, & ideò non ſemper
„ eſt ſimilis *ratio*.

396 Ex his cæcus eſt, qui non videat fere omnes illas Capitales propoſitiones Antiprobabiliſmi recentis adinventi à RR. Thyrſo fuiſſe poſtratas, & funditus convulſas ab Eximio Doctore. Eas relegat & adnotet quicũque voluerit, nàm in eo immorari vlterius, quid aliud erit, niſi Solem, vt aiunt, lucerna oſtendere. At quoniam ex verbis Doctoris adeò Eximij non ſolum ipſius mens clariſsima eruitur, ſed etiàm noſtra communiſsima, Benigna, àc omninò venerabilis ſententia mirum in modum illuſtratur; aliam ipſius doctrinam libentiſsime exſcribere nequaquam gravabor.

****

Digitized by Google

§. II.

197 ILLE Igitur Magnus Suarez in Maximo ipſius opere de Religione, quo ſine dubio Religionem Catholicam miris ſapientiæ ſuæ ſplendoribus ornavit; tomo 2. lib. 4. cap. 5. à num. 5. vſque ad 13. incluſive, ſic lo-
,, quitur : *Principio* ergò ſuppo-
,, nendum eſt, ſenſum quæſtionis
,, eſſe de dubio, quod vocant ne-
,, gativum, quando intellectus ità
,, eſt in vtramque partem ſuſ-
,, penſus, vt neutri det aſſenſum,
,, quià pro neutra habet ratio-
,, nes, quæ ad iudicium ſaltem
,, probabile ferendum ſufficiant.
,, Nàm ſi dubium ſit poſitivum,
,, ideſt, per iudicium probabile
,, vtriuſque partis, tunc om-
,, nes fere Authores conſentiunt,
,, ſi homo iudicet probabiliter,
,, ſe non emiſiſſe votum, non
,, obligari tali voto, etiàmſi
,, fortaſſe habeat rationes pro-
,, babiles, quæ contrarium ſua-
,, deant : nàm inter probabilia
,, poteſt homo tuta Conſcientia
,, ſequi quam partem maluerit:
,, quod eſt certum, quando pro-
,, babilitas vtrinque eſt æqualis,
,, quod præſenti inſtituto ſuffi-
,, cit. At verò ſi iudicium poſi-
,, tivum ſit, votum fuiſſe factum,
,, & dubium ſit tantum formi-
,, dinis, non ſufficit ad conſti-
,, tuendum hominem in vero
,, dubio morali, vt ſi quis pro-
,, babiliter credat, ſe emiſiſſe
,, votum, & ad contrarium cre-
,, dendum non habeat proba-
,, bilia motiva, ſed ſolam for-
,, midinem, quià non habet evi-
,, dentiam, ſed probabiles con-
,, iecturas, tunc non eſt dubiũ,
,, quin teneatur ſervare votum.
,, Quia illa probabilitas facit
,, certitudinem moralem, quando
,, non eſt alia ſimilis in contra-
,, rium, quià in rebus humanis
,, non eſt maior certitudo exi-
,, genda, cum vix aliquid per in-
,, fallibilem evidentiam cognoſ-
,, camus. Neque oportet diſtin-
,, guere de iudicio magis, vel mi-
,, nus firmo, ſeù cum maiori, vel
,, minori formidine: nàm ſi iudi-
,, cium eſt re vera probabile in
,, favorem voti, illud ſufficit, vt
,, votum integre ſervandum ſit,
,, etiàm ſi ſit minimum, ſeù cum
,, quacunque formidine, ſi iudi-
,, cium in contrarium nõ eſt pro-
,, babile. Hic ergò agimus de
,, dubio negativo, quod durat,
,, quandiu pro neutra parte fie-
,, ri poteſt probabile iudicium.
,, Nec refert, quod pro altera
,, ſint plures, vel pauciores con-
,, iecturæ, ſi neutræ ſufficiant ad
,, iudicium probabile pro altera
,, parte, quià tunc ſimpliciter
,, manet intellectus ſuſpenſus, &
,, rationes æque procedunt, vt
,, *videbimus*.

„ *Secundo* diſtinguendi „ ſunt duo ſtatus dubitantis dicto „ modo. Vnus eſt quando ho- „ mo dubitat,& diligentiam non „ fecit ad expellendum dubium, „ & veritatem inveniendam. Al- „ ter eſt , quando poſtquam in „ dubium incidit , moralem di- „ ligentiam , fecit, & non potuit „ dubium expellere , nec proba- „ bilitatem invenire ; ſed ſuſpen- „ ſus ſicut in principio manet. „ Dubium ergò accipi debet in „ hoc poſteriori ſtatu : nàm in „ priori certum exiſtimo,nō poſ- „ ſe hominem agere contra vo- „ tum , priuſquam diligentiã ad- „ hibeat ad veritatem cognoſcē- „ dam : hoc enim ad minimum „ probant motiva primę opinio- „ nis. Nàm ſine dubio eſſet mag- „ na temeritas ſic agere contra „ votum dubium ſine alio exami- „ ne : nàm ſic operans evidenti „ periculo errandi ſe exponeret. „ Intelligendum autem hoc eſt, „ ſuppoſita poteſtate faciendi di- „ ligentiã, & differendi voti exe- „ cutionem , & tranſgreſsionem. „ Nàm ſi votũ neceſſario ſit ſta- „ tim exequendum,vel omitten- „ dum,vt cōtingit maximè in vo- „ tis negativis, & in affirmativis „ pro certo tempore propinquo: „ tunc ſatisfaciet dubitans ſi iuxta „ temporis anguſtias , & capaci- „ tatem diligentiam adhibeat, „ prout potuerit : nàm ſi quod in „ ſe eſt faciat pro tali oportunita- „ te,iàm erit conſtitutus in poſte- „ riori ſtatu , dubij , de quo eſt „ *Controverſia*.

„ *His* poſitis dico eũ, qui poſt „ moralem diligentiam dubius „ manet de voto emiſſo, & non „ poteſt ferre probabile iudiciũ, „ quod illud emiſſerit,non teneri „ ad talis votiObſervationē.Pro- „ batur primo ex communi fun- „ damento , quod in dubijs me- „ lior eſt conditio poſsidentis: „ nàm ille ſic dubitans poſsidet „ ſuam libertatē;ergò eſt melio- „ ris conditionis,vt non ſubijcia- „ tur obligationi voti propter ſo- „ lam dubitationem. Reſpondēt „ principium illud,*in dubijs me- „ lior eſt cōditio poſsidentis*,ha- „ bere locum in materia iuſtitię, „ non aliarum virtutum.Sed hoc „ gratis dicitur. Primò quià iura „ ex quibus regula illa ſumitur, „ generatim , & ſine reſtrictione „ loquuntur , vt in cap. *in pari* „ 65. de Regul. iur. in 6. abſo- „ lute dicitur,in quacunque cau- „ ſa præferri ius *poſsidentis*.

„ *Secundo* : quià nulla ratio „ differentiæ aſsignatur , nec aſ- „ ſignari poſſe videtur , quod in „ hunc modum declaro. Quià in „ materia iuſtitiæ principium „ illud vel fundatur in hoc, „ quod quando eſt dubium, „ circa fundamentum obliga- „ tionis , vt v. g. àn hæc res ſit „ mea , vel aliena , eſt quædam „ æqualitas inter obligationem „ reſ-

„ reſtituendi, & poteſtatem re-
„ tinendi; & alioqui poſſeſsio rei
„ confert aliquod ius, & ideò
„ prævalet ius poſsidentis. Vel
„ fundatur in hoc, quod propter
„ ſolum dubium non ſunt immu-
„ tandæ res ab antiquo ſtatu, in
„ quo bona fide exiſtebant, quià
„ cum in dubio ſit quædam
„ æqualitas vtrinque, non eſt
„ cur potiùs in vnam partem
„ obliget, quam in aliam. Vel
„ fundatur in hoc, quod inter-
„ veniente ignorantia invinci-
„ bili inſurgit excuſatio obliga-
„ tionis; intercedente autèm
„ dubio, intervenit ignorantia
„ rei, de qua dubitatur, & facta
„ diligentia ad expellendum du-
„ bium, & perſeverante nihilo-
„ minus dubio, fit illa ignorantia
„ inculpabilis, quià non fuit in
„ poteſtate hominis illam de-
„ pellere, & ideò impedit obli-
„ gationem. Vel fundatur in
„ hoc, quod obligatio eſt one-
„ roſa, & ſuo modo odioſa, &
„ ideò reſtringenda, vbi non oria-
„ tur, niſi vbi fundamentum ejus
„ moralitèr certum eſt, præſer-
„ tim vbi cætera non ſunt paria.
„ At hæ omnes rationes habent
„ locum extra materiam iuſti-
„ tiæ, & ſpecialiter in voto,
„ de quo tractamus; ergò. Con-
„ ſequentiam ſuppono vt claram,
„ quià nec alia ratio vltra in-
„ ſinuatas, in maiori affertur,
„ neque eſt facile aliam inve-
„ nire, quæ ſit propria iuſti-
„ tiæ, vt ex dicendis clarius
„ *conſtabit*.

„ *Probatur* ergò Minor quo
„ ad ſingulas partes: nàm in pri-
„ mis etiàm in voto dubio eſt
„ quædam æqualitas intèr obli-
„ gationem dandi, ſeù faciendi,
„ & poteſtatem non ſolvendi,
„ quià dubium æquè verſatur
„ in fundamento obligationis,
„ quod eſt promiſsio, & aliundè
„ homo poſsidet ſuam liberta-
„ tem, & rem illam, quæ eſt
„ materia voti, eo modo quo
„ poſsideri poteſt: ergò. Minor
„ patet: nàm ſi votum eſt rea-
„ le verè poſsideo rem illam,
„ quam alienare à me debeo,
„ ſi votum implendum eſt; ſi
„ autem eſt votum perſona-
„ le, poſsideo meas actio-
„ nes, vel morale ius vten-
„ di me ipſo, vel potentijs
„ meis, cum indifferentia, &
„ libertate etiàm ab obligatio-
„ ne. Vndè falſum eſt, quod
„ incontrarium dicebatur, poſ-
„ ſeſsionis titulum eſſe proprium
„ iuſtitiæ. Nàm ſicut liber-
„ tas eſt generalis conditio
„ omnis materiæ virtutis, ità
„ & poſſeſsio. Et declaratur
„ in vtraque materia voti, &
„ iuſtitiæ: quià in vtraque
„ poteſt eſſe dubium circa rem
„ diſtinctam propriè poſſeſſam
„ ab eo, qui dubitat, &
„ circa actiones perſonales, &

„ omiſ-

„ omiſsiones, quæ non in ſe, „ ſed in poteſtate, & libertate faciendi, & non faciendi, poſsidentur, & illa poſſeſsio eſt ſufficiens, quia eſt „ eo modo, quo eſſe poteſt „ circa iura incorporalia. Sed dicunt non deeſſe poſſeſsionē, ſed „ illam iuvare cõtra proximum, „ qui nobiſcum circa eandem „ rem de iuſtitia contendit non „ vero iuvare contra Deum: quia „ dubitans de voto non contendit cum Deo de iuſtitia „ circa rem illam, ſed ex *Religione.*

„ *Sed* hæc eſt petitio „ principij: iam enim habemus titulum poſſeſsionis in materia „ voti, cur ergò non prævalet, „ & iuvat in caſu dubio? Si enim „ dicatur, maiorem eſſe voti, ſeu „ religionis obligationem, quam „ iuſtitiæ. In primis incertum „ hoc eſt, aliqui enim exiſtimant „ magis rigoroſam eſſe obligationem iuſtitiæ. Deinde eſto „ obligatio Religionis ſit maior „ ex parte Dei: nihilominus ex „ genere fidelitatis eſt minor, & „ non poteſt dici infidelis qui „ non facit aliquid, quia non ſibi conſtat de promiſsione. Denique parum refert, quod obligatio maior ſit, ſi res eſt dubia: quia tunc contendimus „ non oriri obligationem contra „ eum, qui certo poſsidet ius „ ſuum, & in hoc eſt quædam „ proportionalis æqualitas inter iuſtitiæ obligationem, & „ *voti.*

„ *Præterea* ad hoc iubat ſecunda ratio, quia ante votum „ eiuſque dubium exortum homo erat in ſtatu indifferentiæ, „ & libertatis (vt ſic dicam) ad „ faciendum, vel non faciendum „ aliquid in Dei cultum: ergò „ non debet cogi propter ſolum „ dubium ad vnam partem, potius quam ad aliam, cum dubium vtrimque ſit æquale: ergò ex tali dubio non ſequitur „ obligatio, nec actio, ac ſubinde relinquitur res in ſtatu, in „ quo de ſe erat. Et confirmatur, quia in exteriori foro, qui „ nõ probatur voto obligatus, nõ „ cogitur illud ſervare, etiam ſi „ res maneat dubia, vt ſi alicui „ objiciatur impedimentum voti, vt à matrimonio arceatur, „ ſi actor deficiat in probatione „ voti, & dubia ſit res non obligabitur, quia *vbi partiũ iura „ ſunt obſcura favendum eſt „ potius reo, quam actori*, vt „ habet vndecima regula in 6, „ ergò idem eſt in foro conſcientiæ: quia vbi non proceditur „ ex præſumptione, idem eſt „ ius conſcientiæ, & Eccleſiaſtici *iudicij.*

„ *Accedit* tertia ratio, quia „ hic intervenit ignorantia invincibilis voti: ergò impediet „ obligationem, & conſervabi-

„ tur homo in libertate faciendi, „ vel non faciendi, quam antea „ habebat. Antecedens patet, „ quia qui habet dubium negativum voti revera non ſcit, ſe „ habere votum: ergò habet ignorantiam negationis de tali „ voto. Ad hanc enim ignorantiam non eſt neceſſarium ſcire, „ votum non eſſe, ſatis eſt, non „ ſcire votum eſſe, quia ignorantia hæc in ſola negatione „ ſcientiæ conſiſtit, alias nemo „ ignoraret votum, niſi qui errans exiſtimat ſe non habere „ votum, cum revera habeat, „ quod apertè falſum eſt. Eſt „ ergò illa vera ignorantia. Deinde illa ignorantia fit invincibilis, quando poſt diligentiam „ ſufficientem non expellitur, „ quia eſt argumentum, non eſſe in poteſtate hominis illam „ vincere. Nam ſi verum eſt „ quod habet regula iuris in 6. „ *præſumitur ignorantia vbi* „ *ſciẽtia nõ probatur*, multo magis excuſabitur ignorantia, vbi „ probatur neſcientia: ergò talis ignorantia ſufficiet ad impediendam obligationem: ergò „ ſtante dubio; quod talem ignorantiam includit, non poteſt votum *obligare*.

„ *Vltima* etiam ratio „ in hac materia locum habet, „ quia obligatio voti valde „ oneroſa eſt: ergò reſtringenda eſt, & non amplianda; ergò non eſt extendenda ad votum dubium. Vnde hic etiam „ habet locum regula communiter recepta, neminem „ eſſe cogendum ad ſolutionem certam pro debito incerto: quia ſine cauſa etiam „ hoc limitabitur ad debitum „ iuſtitiæ cum eandem, vel „ maiorem habeat rationem „ in debito fidelitatis, etiamſi „ ſit ad Deum. Sic ergò non „ ſolum manet firmum fundamentum illud, quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis etiam in materia voti, ſed etiam obiter eſt confirmata aſſertio varijs rationibus, vt quod nemo obligatur ſolvere, niſi probetur „ eſſe debitor: non probatur „ autem debitor, niſi probetur fundamentum debiti, „ quod eſt promiſsio in præſenti materia. Debet autem probari in eo foro, in quo ſolvere cogitur, ſcilicet in foro „ conſcientiæ, vt in illo obligetur, ſicut in foro externo, vt „ in eo compellatur. Aliæ rationes ex dictis conſtant: amplius vero confirmabitur aſſertio reſpondendo ad fundamenta *contraria*.

398 Sic Doctor Eximius cuius diſcurſus efficaciſsimus mihi eſt; & quanquam vix vllum in eo reperiatur verbum, quod non pugnet cum

Anti-

Digitized by Google

Antiprobabiliſmo intentato à RR. Thyrſo: lubet iterum prę-mere illa verba Eximij Magiſ-„tri in principio: *Nam* inter pro-„babilia poteſt homo tuta conſ-„cientia ſequi quam partem ma-„luerit: quod eſt certum quando „probabilitas vtrinque eſt ęqua-„lis, quod prę ſenti inſtituto *ſuf-ficit*. Si inter probabilia poteſt ho-mo tuta cõſcientia ſequi quã par-tem maluerit: ergò ſupponit duas partes eſſe ſimul practicè, & ve-riſsimè probabiles reſpectu ope-rantis, ita vt hic poſsit in praxi eligere quam maluerit: id autem mordicus negat RR. Thyrſus Diſſert. 6. num. 24. Vlterius cum duæ opiniones contradictoriæ non poſsint ſimul eſſe ſubiectivè, & phyſicè in eodem intellectu; alioquin duobus expreſsè contra-dictorijs aſſentiret, manifeſtum eſt eas duas partes, ſeu opinio-nes tantum exiſtere ſimul obiec-tive; quatenus nimirum cognoſ-cit eas eſſe probabiles: ergò po-teſt homo ſequi in praxi opinio-nem faventem libertati, & ſi eam tantum obiectivè habeat in men-te; nec requiritur vt eam habeat ſubiective, ſeu quod eam faciat aſſentiendo propriam. Hoc au-tem vbique & mordicus negatur à RR. Thyrſo. Præterea ſi homo ex duabus æquè probabilius non poteſt iuxta RR. Thyrſum aſſen-tiri vni præ altera, ſed debet ne-ceſſariò dubius hærere; & tamen iuxta Eximium Doctorem poteſt eligere in praxi quam maluerit; idque eſt apud illum certum: er-gò iam certum eſt hominem poſ-ſe in praxi ſequi opinionem cui ipſi in actu ſecundo non aſſenti-tur, dummodo videat eam eſſe æquè probabilem ac aliam. Ruit ergò interpræ tatio RR. Thyrſi; ipſe enim vult Patrem Suarez di-xiſſe licitum eſſe ſequi dumtaxat opinionem propriam probabi-lem, cui homo tanquam propriæ aſſentitur directè; at Eximius Doctor docet poſſe eligere inter eas quas homini apparent æquè probabiles, & quando neutri di-rectè aſſentitur, nec aſſentiri va-let iuxta RR. Thyrſum: ergò propemodum aberrat eius in-terprètatio à mente Eximij Doc-toris.

§. III.

399 SED Quid huc illuc-que diſcurrere, & per immenſũ hoc Sapientię pelagus enavigare opus eſt; cum ipſe Eximius Doctor li-tem, & quęſtionem iſtam ad amu-ſim expoſuerit, & omnia, qui-bus modo vtuntur Probabiliſtæ, fundamenta iecerit, & ſolidiſsi-me firmaverit? Ex eis vnum, ce-leberrimumque illud eſt, quod ſupra opinionem probabilem & incertam poſsit ſuperædificari iu-dicium practicum certum, & quod

quod huiuſcemodi iudicii reflexum ſit neceſſarium ad vitandum peccatum. Hoc fundamentum dituere conatur RR. Thyrſus, vt in ſuperioribus eius propoſitionibus viſum eſt. Illud autem ex Antiquiſsimis Theologiæ Magiſtris tradditum, & confirmatum, fuiſſe ab Eximio Doctore, hæc eius verba demonſtrant ex tomo in 1. 2. tract. 3. de Bonitate & malitia diſp. 12. ſect. 3. à num. 2. vſque ad 4. incluſive. Ibi:

,, *Dicendum* primò, vt
,, voluntas ſit recta, neceſſarium
,, eſſe vt ſequatur iudicium conſ-
,, cientię practicè certum de ho-
,, neſtate obiecti, & actionis; ita
,, Doctores omnes, D. Thomas
,, *in* 4. *diſtinct.* 37. *&* *quodli-*
,, *beto* 8. *art.* 13. vbi expreſsè
,, negat ſufficere probabilem
,, coniecturam, quod intelligen-
,, dum eſt de practica probabili-
,, tate. Idem hic *quæſt.* 19. *art.*
,, 5. *&* 6. Caietanus *tom.* 1.
,, *opuſculorum tractatu* 31. *du-*
,, *bio* 7. Adrianus *quodlibeto* 2.
,, Navar. *cap. ſiquis autem de*
,, *pœnitentia. diſtinct.* 7. Cordu-
,, ba 3. *de conſcientia, quæſt.* 5.
,, Ratio omnium eſt illud Eccleſ.
,, 13. *qui amat periculum peri-*
,, *bit in illo*; nam tenetur homo
,, in ſuis operationibus cavere
,, quantum poteſt omne pericu-
,, lum peccandi, & hoc ſenſu di-
,, cunt ſæpe iura, vt Sect. 5.
,, dubio 6. citabimus, in dubijs
,, tutiorem partem eſſe eligen-
,, dam, & ad idem appli-
,, cari poteſt illud Gregorij lib.
,, 8. epiſtola 30. *Grave eſt, &*
,, *indecens in re dubia certam*
,, *proferre ſententiam*, refertur
,, *in C. grave* 11. *quæſt.* 3. er-
,, gò, vt homo recte moraliter
,, operetur, oportet excludere
,, omne dubium, & periculum
,, malitiæ; hoc autem non fit
,, ſine iudicio certo ſaltem
,, *practico.*

,, *Dices* hanc rationem
,, recte probare requiri iudicium
,, determinatum, quod excludat
,, dubitationem quaſi privativam
,, non tamen probat requiri iu-
,, dicium, quod excludat formi-
,, dinem, nam iudicium proba-
,, bile ſufficit ad excludendum
,, morale periculum malitiæ;
,, quia iam præſtat homo quod
,, moraliter poteſt. Reſpondetur
,, hoc argumentum declarare
,, practicam certitudinem neceſ-
,, ſariam, quia ſi cum probabil
,, iudicio ſpeculativo excluditur
,, periculum malitiæ, profec-
,, to vt homo rationabili & hu-
,, mano more operetur, oportet
,, vt hoc ipſum cognoſcat, & iu-
,, dicet, ſed hoc ipſo habet iu-
,, dicium practice certum de ho-
,, neſtate ſuæ actionis, quia ex
,, principijs certis iudicat hìc, &
,, nunc ſe operari ſine periculo
,, malitiæ. Vnde ſumitur confir-

ma-

Digitized by Google

,, matio, nam ſemper poteſt ho-,, mo facili negotio habere hanc ,, certitudinem, quia ſi faciat ,, moralem diligentiam, & iux-,, ta probabilem opinionem cō-,, paratam operetur, iam eſt cer-,, tus practice de honeſtate ac-,, tionis. Replicabis, quamvis ,, verum ſit, ſemper poſſe in re ,, habere hanc certitudinem, ,, multos tamen eſſe poſſe ita ,, ignorantes, qui non poſsint ,, dubitationem, vel probabili-,, tatem ſuam ad practicam cer-,, titudinem revocare, quia neſ-,, ciunt reflecti ſuper ſuam actio-,, nem, & diſpoſitionem. Reſ-,, pondetur, quamvis ſint multi, ,, qui neſciant explicare hanc ,, certitudinem per ſua principia, ,, nec reducere illam ad ſyllogiſ-,, ticam formam tamen vix poſſe ,, aliquem reperiri, qui ratione ,, vtatur, & tamen de ſuis actio-,, nibus neſciat iudicare abſque ,, hæſitatione, & formidine, ſe ,, bene, & ſecure operari, quan-,, do iuxta cognitionem, quam ,, aſſequitur, bona fide operatur, ,, quod honeſtum videtur, & qui ,, hoc iudicium ferre non poteſt, ,, non poteſt, merito dici poteſt, ,, non operari ex perfecta huma-,, na *deliberatione*.

,, *Vnde* etiam intelligitur, ,, qualis ſit hæc certitudo, quam ,, requirimus, duplex enim diſ-,, tingui ſolet; vna ex medio, & ,, proportionata motivo iudican-,, di, altera ex parte ſubiecti, quę ,, potius temeritas quædam, vel ,, pertinatia dici poteſt, quia ex-,, cedit proportionem medij ex ,, voluntaria adhæſione. Dicen-,, dum itaque eſt priorem certi-,, tudinem hic requiri. Ratio eſt, ,, quia hæc debet eſſe certitudo ,, prudentiæ, quæ eſt certitudo ,, virtutis intellectualis, huiuſ-,, modi autem certitudo ſemper ,, oritur ex medio, ſeu princi-,, pijs proprijs. Item certitudo, ,, de qua agimus, habet coniunc-,, tam infallibilem veritatem, ,, quia actus, qui ſequitur ex ,, hoc iudicio, infallibiliter eſt ,, honeſtus; certitudo autem ex ,, parte ſubiecti tantum non ha-,, bet coniunctam infallibilem ,, *veritatem*.

400 Audiendus etiam eſt eadem Diſput. 12. ſect. 5. num. 7. vbi ſolidiſsima Theologiæ moralis fundamenta ſic proponit: ,, *Circa* dubium Iuris eſt adver-,, tendum varijs modis poſſe cō-,, tingere; primo, quia ſimpliciter ,, dubitatur de tota lege quoad ,, exercitium; id eſt an ſit lata, nec ,, ne. Et tunc generalis regula eſt ,, non obligare. Ratio peti poteſt ,, ex illo principio quod in du-,, bijs melior eſt conditio poſsi-,, dentis; homo autem continet ,, libertatem ſuam; vel certè ex ,, illo, quod in materia notan-,, dum eſt, quod lex non obligat ,, niſi ſit ſufficienter promulgata:

,, quan-

Digitized by Google

,, quandiu autẽ rationabiliter du-,, bitatur, an lata ſit non eſt ſuffi-,, ciẽter promulgata. Secũdo ve-,, ro quamvis conſtet legem eſſe ,, latam, dubitari poteſt de ſenſu ,, eius, & idem eſt dicendum per ,, eandem rationem, niſi quod in ,, eo caſu ad expellendũ dubium ,, recurrendum eſt ad Superio-,, rem, ſi facile fieri poteſt. Ter-,, tio cum conſtet de lege, & de ,, ſenſu eius, dubitari poteſt, ,, an in hoc caſu particulari ,, obliget, & tunc generalis re-,, gula eſt, ſi nulla ſit ſufficiens ,, ratio, probabiliſque ad excu-,, ſandum, tunc obediendum eſſe ,, legi, quia ipſa, vel ſuperior ,, continet ius ſuum, quod ma-,, xime ſervare oportet cum ad ,, commune bonum pertineat, ,, de quo lege D. Thomam, & ,, Caietanum ſupra *Quæſt.* 97. ,, *art.* 2. *&* 2. 2. *quæſt.* 120. ,, *art.* 1. & Sot. *lib.* 6. *de iuſti-* ,, *tia quæſt.* 6. *art.* 8. Navar. *in* ,, *ſimili cap.* 12. *Manualis n.* ,, 55. Corduba *in ſumma Hiſp.* ,, *quæſt.* 147. Dubitari poteſt ,, quarto de obligatione legis ,, propter aliam legem occurren-,, tem, & in hoc ſervandum eſt, ,, quod in prima concluſione hu-,, ius ſectionis notavimus. Vlti-,, mo dubitari poteſt de iure, ,, quoad ſpecificationem, vt ſic ,, dicam, ideſt, an iuſtum ſit ,, præceptum, quod dubium ex ,, duplici capite oriri poteſt, ,, primo ex defectu iuriſdictio-,, nis, vt quando non dubitatur, ,, quin actio præcepta ſit honeſ-,, ta, ſed an excedat poteſtatem ,, ſuperioris, & in tali dubio ,, etiam obediendum eſt legi, ,, quia ſuppono eſſe certum hunc ,, eſſe ſuperiorem, atque ita poſ-,, ſidere ius ſuum. Item quia ad ,, bonum commune hoc expedit, ,, alioquin vix poſſent homines ,, gubernare, lege Bonavent. *in* ,, 2. *diſtinct.* 39. *art.* 1. *quæſt.* ,, 3. Paludanum *quæſt.* 4. Adria-,, num quodlib. 2. quæſt. 2. An-,, gelum, & alios *verbo obedien-* ,, *tia*; Sotum *in relectione de* ,, *ſecreto, membro* 3. quæſt. 2. ,, Aliud caput huius dubitationis ,, eſt ratione rei præceptæ, quia ,, dubitatur, an liceat vel non li-,, ceat, expediat, necne. Quod ,, quidem poteſt contingere duo-,, bus modis; primo quia ante ,, latum præceptum iam erat illa ,, dubitatio, vt quando in die ,, ieiunij ego dubito, an habeam ,, ſufficientem cauſam excuſan-,, tem, & tunc non eſt dubium, ,, quim poſſim ego, & debeam ,, obedire accedente præcepto, ,, non quia liceat mihi cum du-,, bio operari accedente præcep-,, to, ſed quia iam tunc habeo ,, ſufficientem rationem ad depo-,, nendum dubium; & quotieſ-,, cunque poſſum, debeo facere ,, hoc propter præceptum. Ita ,, Corduba quæſt. 7. & alij; ali-

,, quan-

Digitized by Google

„ quando ante præceptum ſupe-
„ rioris erat certum actionem
„ non eſſe licitam; præcepit au-
„ tem illam ſuperior, & oritur
„ dubium, an tenear obedire, &
„ nónullli cenſent tunc nec tene-
„ ri, nec poſſe. Navar. *cap. ſi quis*
„ *autem*, *num.* 91. Cordub.
„ *quæſt.* 6. quia tunc conſcien-
„ tia eſt practice dubia; ſentio
„ tamen hanc ſententiam non eſ-
„ ſe regulam generalem, ſed
„ pro qualitate materiæ pruden-
„ ter penſandum eſſe, an ac-
„ tio talis ſit, vt non ſit intrinſi-
„ ce mala, & ideo poſsit ratione
„ præcepti ſupervenientis mali-
„ tia eius ceſſare, quæ revera
„ eſſet ſecluſo præcepto, ita
„ Paludanus *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.*
2. *art.* 3. Silveſter *verbo conſ-
cientia quæſt.* 4. Corduba *cir-
ca relectionem Soti de ſecreto
membro* 3. *quæſt.* 2.

401 Poſt hæc autem ſequenti Sect. 6. cuius titulus eſt: *Quomodo ſit vtendum conſcientia opinâti*: breviſsime & præclariſsime quidquid ad hanc noſtram quæſtionem pertinet, explicat; nam poſt declaratam naturam opinionis probabilis, eiuſque diſcrimen à dubio, & à tutiori; poſtquam reijcit vſum opinionis probabilitatem non attingentis; exponitque modum, quo ex opinione ſpeculativa formidoloſa deveniendum eſt ad vltimum iudicium certum, & practicum; ſic fatur à num. 8. vſque ad 10. incluſivè: *Mihi* videtur diſtinc-
„ tione vtendum; interdum enim
„ opiniones verſantur circa ius
„ ipſum, ſcilicet, an hoc ſit pro-
„ hibitum, vel præceptum, nec-
„ ne? Interdum vero circa res
„ ipſas, vt ſunt opiniones de Sa-
„ cramentis, vt an hoc modo
„ facta teneant, necne, & in
„ Medicina, an hoc pharmacum
„ ſit vtile, vel pernicioſum. In
„ iure civili, an iſte ſit hæres, vel
„ non, &c. Dicendum primo
„ quotieſcumque eſt opinio pro-
„ babilis hanc actionem non eſſe
„ malam, vel prohibitam, vel
„ præceptam, poteſt aliquis for-
„ mare conſcientiam certam, vel
„ practicam conformem tali
„ opinioni. Prçter Authores cita-
„ tos, favent huic concluſioni
„ multa quæ adducit Navar.
„ *dicto cap. ſi quis autem*, *à n.*
„ 48. *& in ſumma c.* 27. *n.* 288.
„ Silveſter, Angelus, *Verbo Opi-
„ nio*, ſignificat Anton. 1 *parte*
„ *tit.* 3. *cap.* 10 Ratio eſt, quia
„ excedit ordinarium modum
„ humanæ facultatis maiorem
„ cognitionem obtinere in ſin-
„ gulis actionibus. Item quia eſ-
„ ſet intollerabile onus obligare
„ omnes homines ad conferen-
„ das ſingulas opiniones; præte-
„ rea exiſtimo illam rationem
„ ſufficientem; quia quand'u eſt
„ iudicium probabile, quod nul-
„ la ſit lex prohibens, vel præci-
„ piens

,, piens actionem, talis lex non ,, eſt ſufficienter propoſita, vel ,, promulgata homini; vnde cum ,, obligatio legis ſit ex ſe onero- ,, ſa, & quodammodo odioſa, non ,, vrget, donec certius de illa ,, conſtet, neque contra hoc vr- ,, get aliqua ratio, quia tunc reve- ,, ra non eſt contraria pars tutior ,, in ordine ad Conſcientiam, ne- ,, que ibi eſt aliquod dubium ,, practicum, nec periculum. ,, Intelligenda eſt autem hæc ,, concluſio præciſè ex vi huius ,, capitis, & ex directa obliga- ,, tione illius legis, de qua ver- ,, ſantur opiniones, nam fortaſsè ,, aliunde ex fine extrinſeco, vel ,, alia obligatione quaſi reflexa ,, poterit aliquis interdum teneri ,, ad operandum, vel non operan- ,, dum iuxta aliquam probabi- ,, lem opinionem, vt ſupra *ex-* ,, *plicavi.*

,, *Et* ex hac concluſione ,, primo definitur illa quæſtio, an ,, debeat Confeſſor conformari ,, opinioni pœnitentis ſi proba- ,, bilis eſt. Dicendũ eſt enim debe- ,, re, quia iam pœnitens eſt bene ,, diſpoſitus, & tota conſcientia ,, operatur, vt latius in ma- ,, teria de confeſsione. Secundo ,, definitur altera quæſtio; vtrum ,, liceat conſulenti ſequi opinio- ,, nem probabilem, etiam ea re- ,, licta, quam exiſtimat proba- ,, biliorem, Scot. enim ſupra ,, negare videtur; dico tamen ,, poſſe id fieri, dummodo qui ,, conſulit veritatem in ſuis reſ- ,, ponſis retineat, quia non dicit ,, ſimpliciter id ſibi probabilius ,, videri, aut ſpeculativè verum, ,, ſed ſolum poſſe id ſine peccato ,, fieri ex probabili ſententia ,, aliorum; an vero expediat ita ,, conſulere, ad prudentiam ſpec- ,, tat. Secus vero eſt in docendo, ,, nam tenetur præceptor ſanio- ,, rem, & veriorem doctrinam ,, docere: in quo poteſt per gra- ,, dus peccare, iuxta materiæ ,, qualitatem; recte autem fa- ,, ciunt, qui licet ſentiant mo- ,, ralem aliquam opinionem eſ- ,, ſe probabiliorem, ſimul do- ,, cent, quando contraria eſt pro- ,, babilis, & tuta in praxi, & ,, ita obtinuit vſus, qui multum ,, confirmat concluſionem poſi- ,, tam. Tandem ex ea infertur ,, non oportere ſemper tutiorem ,, viam eligere, voco autem tu- ,, tiorem illam, de qua certus ,, quipiam eſt tam practice, quam ,, ſpeculative, in ea nullum eſſe ,, peccatum, quia eſſet intolera- ,, bile, & præter humanam fa- ,, cultatem, alioqui quoties tan- ,, tum eſt probabilis opinio, vel ,, probabilior, quod non ſit obli- ,, gatio ieiunandi, vel faciendi ,, hunc contractum, deberet ,, homo ieiunare, vel abſtinere ,, ab illo contractu, & ſic de ,, alijs, quia certiſsimum eſt in ,, hoc nullum eſſe peccatum, &

„ aliud ſolum eſt probabile, conſequens eſt aperte falſum; ergò etiàm *antecedens*.

„ *Dicendum* ſecundo. Quando opiniones verſantur circa res ipſas, àn ſint talis naturæ, vel conditionis, ſæpè tenetur homo præferre opinionem certam probabili; & probabiliorem minus probabili, quando ſcilicet ex iuſtitia, vel charitate tenetur vitare damnum, vel incommodum, quod in re ipſa ſubeſt, vel periculum eius. Sumitur aſſertio ex D. Thoma *in* 4. *diſtinct*. 28. Paludan. *diſtinct*. 36. *q*. 2. *art*. 3. Adrian. quodlibeto 2. *& q*. 5. *de Confeſsione dubio* 7. Victoria *relectione de iure belli*, Soto 3. *de iuſtitia q*. 6. *art*. 3. Navarr. *dicto cap. de pænitentiæ diſtinct*. 7. *n*. 47. *&* 75. Cordubaq. 5. *& Summiſtis verbo opinio*. Declaráturque exemplis, nã Medicus ſine dubio tenetur præferre certã medicinam dubiæ, & ſic de alijs, hic enim maximè verum habet illud Auguſt. *lib*. 50. *homilia in* 41. *& de pęnitẽtia diſtinct*. 7 *c*. 4. *Tene certum, & dimite incertum*. Ratio verò eſt, quià, vt ſupponitur, homo tenetur vitare damnum illud, vel procurare talem vtilitatem, aut efficere validum Sacramentum, vel quid huiuſmodi; ergò tenetur vitare periculum, quià hoc perindè eſt in moralibus; ſed ſi omittit viam certam, àut Securiorem, non vitat periculum, nã illud ſemper in re manet, quidquid ſit de probabilitate opinionis. Vndè confirmatur ex differentia inter iudicium de iure, vel de re, nàm primũ dicit ordinem ad operantem, & omninò tollit periculum malitię. Secundum verò dicit ordinem ad rem ipſam, & non tollit periculum detrimenti, quod eſt in ipſa re. Vndè in priori eſt ſufficiẽs excuſatio, ſeù ratio ſequendi probabile iudicium, quià nondum eſt lex ſufficientèr propoſita, & non expedit hominem obligationibus onerari, hic autem nulla eſt ſufficiens excuſatio, cùm ſatis conſtet periculũ in re ipſa manere; & conſequẽtèr indè obligationem oriri. Hic verò occurrere poſſunt variæ difficultates pertinentes ad materiam de Sacramentis, & ad alias, quæ hic non poſſunt tractari, vt tamen faciliùs expediri omnia poſsint, intelligenda eſt prædicta concluſio, quãdo nulla ſubeſt rationabilis cauſa ad omittendam viam certiorem, & minùs certam eligendam, ità vt vtraque ſit moralitèr poſsibilis æquè, & facilis; nàm ſi in altera parte, ſcilicet certiori, occurrat ſpecialis difficultas, proptèr quam hic, & nunc non poteſt aliquis ea vti ſine incommodo, licitè interdum poterit omitti,

„quià pro tunc non cenſetur mo-
„ raliter poſsibilis, & altera cum
„ ſit probabilis,poterit tunc exiſ-
„ timari *ſufficiens*.

402 Hac doctrina nihil pulchrius, nihil verius,& vel ad nuperrimas Pontificum declarationes,conformius excogitari poteſt. Ex illa autem omnis erumpentis Antiprobabiliſmi ſtructura Solo æquata eſt, omnia eius tela confracta, & funditus comminuta ſunt. Cumque RR. Thyrſus eadē arma recudere,& exempla exMedico, ex Sacramentorum Miniſtro, & ſimilibus,in medium producere tentet, vt oſtendat contra Eximium Magiſtrum, homines teneri ad probabiliora ſibi ipſis, & tutiora; etiàm quando verſantur in opinionibus circa ſolū ius; ego quidem vehementiſsimè admiror, quomodo ipſe ſeriò advocare ſibi Patronum velit Doctorem Eximium. Si quidem in Eximijs eius operibus peregrinum dicere RR. Thyrſum, omninò non audebo, nàm & ipſa evolviſſe ex eius allegationibus compertum eſt. Voluiſſe tamen arbitraria, & diſtorta interpretatione Lectoribus illudere,& in materia tanti momenti fucum facere; nefas eſt credere de Viro adeò Religioſo, Societatis Ieſu meritiſsimo Generali; (potius enim cum Seneca de tranquilit.cap. 15.credam, *crimen honeſtum, quam turpe Catone*) & qui in ſuo Antiprobabiliſmo defenſando non ſolum ingenio, & acumine reliquis antecellit, Antiprobabiliſtis; ſed (quod novum, & inſolitum his hominibus eſt) etiàm in gravitate, modeſtia, animique mitioris tranquilitate. Nec enim ex eorum numero eſt, de quo aiebat Ennius apud Gelium lib. 20.cap. 9. *Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis*. Quid ergò eſt, quod Eximium Doctorem tam apertè,tam dilucidè reluctantem Antiprobabiliſmo; illi favere nihilominus pronuntiaverit, & ſcripſerit?Scilicet ea eſt apud RR. Thyrſum Eximij Doctoris exiſtimatio; vt merito cauſa cadere timuerit, ſi illum ſibi Adverſarium, nullo cogente, fateretur. Ideò quià erat erga propriam ſententiam affectione compulſus, illum ſibi Patronum adſciſcere non dubitavit.

403 Ego autem quanquam RR. Thyrſum debita reverentia proſequutus, magis tamen fido meo Eximio Doctori P. Franciſco Suarez conceptis verbis, noſtram, & ab omnibus fere Theologis probatam ſententiam edocenti. Vtrunque itaque dilectionem meam impendo; at Ducem præfero Eximium; vtpote quem certius ad veritatem perveniſſe meritò exiſtimavi. Sic monebat olim D. Thomas ex Ariſtotele lib. 11.
„ Metaphyſicæ, lect. 9. *In eli*-
„ gen-

Digitized by Google

,, gendis opinionibus, vel repu-
,, diandis non debet homo duci
,, amore, vel odio introducendi
,, opinionem; ſed magis ex cer-
,, titudine veritatis. Idcò oportet
,, amare vtroſque, ſcilicet eos,
,, quorum opinionem ſequimur,
,, & eos quorum opinionem re-
,, pudiamus. Vtrique enim ſtu-
,, duerunt ad inquirendam veri-
,, tatem, & nos in hoc adiuve-
,, runt; ſed tamèn oportet perſua-
,, deri à certioribus; ideſt ſequi
,, opinionem eorum, qui certius
,, ad veritatem *pervenerunt*.

404 Tanto ergò Duci (à Paulo V. & iàm ab omnibus *Eximio Doctori* appellato) intèr alios plures vel ſuſcribunt, vel præluxerunt ex Authoribus Societatis primæ magnitudinis Viri. Hi ſunt Cardinalis Franciſcus Toledo in Summa lib.3. cap.20. fine. Cardinalis Ioannes de Lugo de Pœnitentia diſp. 7. num. 273. & diſp.22.n.39. item de iuſt. & iure diſp.16.n.97. & d. 37. ſect. 10. & lib.3. Reſponſ. Moral. dub. 19. & alibi paſsim. Cardinalis Sfortia Pallavicinus de actib. hum. diſp.9. quæſt. 4. art.2. & 4. Inſignes illi duo Ludovici, V. Puente, & Molina de quorum expreſſa mente iàm proximè conſtabit. Accedunt alij duo Scientiæ infuſæ, & Sanctitatis opinione, Viri perilluſtres, & quorum corpora magna cum veneratione aſſervantur in Societatis Granatenſi Collegio; Thomas Sanchez, inquam, in Summa lib.1. cap.3. & Iacobus Granado 1.2. & tract. 12.d.4.ſ.3.n.24. Itẽ ſubtiliſsimus Gabriel Vazquez *inſtar omnium*, à Diana, vocatus 1. 2. diſp. 62. cap. 4. Calviniſtarum malleus Martinus Becanus Ferdinandi II. Cęſaris Auguſti Confeſſarius de act. hum. cap. 4. num. 20. Breſſerus lib.3. de Conſcientia cap. 6. Ioannes Azor tom. 1. lib. 2. cap. 12. Franciſcus Amicus de Reg. extrinſecis. Gregorius de Valencia *Doctor Doctorum* à Clemente VIII. ſuo quondam Diſcipulo appellatus tom. 2. diſp. 2. quæſt. 14. puncto 4. Rodericus de Arriaga tom. 1. in 1. 2. diſp. 23. Leonardus Leſsius de iuſt. & iure. Cap. 28. diſt. 8. Ferdinandus Caſtropalao tom. 1. de Conſc. opinãt. d. 2. Paulus Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. Andreas Mendo in ſtatera opin. diſſert. 13. q. 15. & apud eum Franciſcus Bardi de Conſc. diſcept. 4. cap. 10. Franciſcus de Lugo. Filliucius. Coninch. Gordonus. Honoratus Fabri. Dicaſtillo. Præpoſitus. Turrianus. Pellizarius. Polancus.

Non mihi ſi centum linguæ ſint,
oraque centum,
Omnia Doctorum *percurrere nomina poſſem.*

Eos dabunt eruditiſsimo calamo noviſsimi, àc inſignes ſententiæ Benignæ Patroni, Antonius Terillus de Conſcientia pro-

probabili ; & integro alio, contra Celladeum, volumine de Reg. Morum. Mathæus de Moya Marianæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ à Confeſsionibus in Selectis tom. 1. tract. 1. quæſt. 6. Ioannes de Cardenas in Bætica Provincialis tom. 3. Criſis Theologicæ toto 1. tract. de opin. probabilit. Martinus de Eſparça Theologus Pontificius de act. human. quæſt. 23. & præcipue in ſuo Appendice ad quæſt. de vſu licito opin. probab. Iacobus Platel part. 2. Synopſis curſus Theologici cap. 2. §. 4. Stephanus de Champs in peculiari Opuſculo, cuius eſt inſcriptio: *Quæſtio facti.* Richardus ArſdeKim tomo 2. parte 8. §. 1. de probabilit. opinionum. Veneb. Paulus Señeri noſtri Innocentij XII. Pont. Max. Concionator, & Michaelis de Molinos fortiſsimus debellator, in ſua aurea reſponſione, nupèr edita, ad quendam Epiſcopum. Georgius Gobat tomo 1. experim. Theolog. tract. 1. §. 3. numero 100. vbi præter Authores, quos ex omni Ordine, & gradu Terillus ad centum & octoginta produxit, tres ſupra viginti retulit, communemque ſententiam iterum tradit tom. 3. tract. 1.

405 Quibus addendi ſunt, **Sapientiſsimus ac RR. P. Didacus de la Fuente Hurtado, in hoc Regali Collegio Theologiæ Magiſter, quique** Caſtellanç Provinciç prçfuit, eiuſque maximo luctu non multis ab hinc annis, ſuæ vitæ periodum pijſsimè clauſit, in Theolog. Reform. diſſert. 4. cap. 1. numero 11. Et RR. P. Gabriel de Henao, eiuſdem Regalis Collegij Scripturæ Cathedræ, hodieque, Moderator, celeberrimus Scriptor, Salmanticæ, & totius Hiſpaniæ Oraculum, imò etiã apud exteras Nationes ſuorum vndecim Voluminum ſtudium, & venerationem emeritus, àc vno verbo:

——— Morum Exemplum, Mundique Magiſter.

part. 2. de Scientia Media theologicè propugnata ſect. 499. ex num. 6218. & tom. 2. de divino Miſſæ Sacrificio diſp. 26. ſect. 8. num. 160. Nec inferiores laudes meretur ſumma concordia qua tot, tamque Sapientes nomine, àc doctrina Magiſtri, intra idem Regale Collegium, & noſtram Academiam vel conſilijs, vel colloquijs Benignam ſententiam frequenter laudant, & protegunt. Inter quos eminent, mihi maximo cum amore, & veneratione ſemper proſequendus, **RR. P. Petrus Abarca in hac** Academia Primariæ Theologiæ Cathedræ Moderator emeritus, in Regali ſuo Collegio ſtudiorum

rum Præfectus, & pro Regnis Caſtellæ Hiſtoriographus: Vir plane ingenij acumine, judicij gravitate, eruditionis copia, & aureo eloquij flumine celeberrimus, & inter primos Minervæ Proceres meritò annumerandus, quibus tantum ævo æqualis non eſt. Nã (vt Plinij lib. 1. ep. 16. verbis vtar) *In hiſtoria tibi magis*
„ ſatisfaciet vel brevitate, vel lu-
„ ce, vel ſuavitate, vel ſplendore,
„ etiam & ſublimitate narrandi:
„ Neque enim debet operibus eius (vtinam ſicut Hiſtorica; Scholaſtica etiam in lucem & vtilitatem publicam prodijſſent.) ob-
„ eſſe quod vivit. An ſi inter eos,
„ quos nunquam vidimus floruiſ-
„ ſet, non ſolum Libros eius, ve-
„ rumetiàm imagines conquire-
„ remus: eiuſdẽ nunc honor præ-
„ ſentis & gratia quaſi ſatietate
„ langueſcet? At hoc pravum,
„ malignumque eſt, non admira-
„ ri hominem admiratione dig-
„ niſsimum, quià videre, alloqui
„ audire, complecti: nec laudare
„ tantum verumetiàm amare *con-*
„ *tingit*. RR. P. Petrus de Prada in eadem Vniveſitate Primarius Profeſſor, & in Evangelicis Miſsionibus ſacro, quo divinitus pollet, animarũ zelo, & ignito eloquio, *alter Thyrſus* ab omnibus appellatus. RR. P. Albarus Cienfuegos Ingeniorum apex, in hac Academia Veſpertinæ Cathedræ Moderator, & noſtri Caroli Secundi Hiſpaniarum Regis in ſecretioribus, & Maximis comitijs acclamatiſsimus Theologus.

406 Sed quid tan latum Sapientum Magiſtrorum ſyl-
„ labum percurram? *Cum* propo-
„ ſiti noſtri ratio (Valerij Maximi lib. 4. cap. 1. num. 12. verba
„ vſurpo) non laudanda ſibi om-
„ nia, ſed recordanda ſumpſit.
„ Quapropter bona cum venia,
„ duo ſolum Metelli, Macedo-
„ nius, & Numidicus maxima
„ Patriæ ornamenta ſtrictim ſe
„ narrare *patientur*. Hi ſunt qui Navarrę Regni maxima ornamẽta ſunt, & quorũ primus irradiat, RR. ac Sapiẽtiſsimus P. Franciſcus Xavier, clariſsimo ſanguine, & Religioſis virtutibus propinquus
„ S. Frãciſco Xaverio, *nõ* alio ma-
„ gis (vt verbis vtar Plinij in Paneg.
„ ad Traj.) illum Deum & fa-
„ ciens, & probans, quam quod ipſe talis *eſt*: in hac Salmanticenſi Academia Doctor Primarius iàm emeritus, huius Regij Collegij Rector, & nunc totius Caſtellanę Provincię optatiſsimus Moderator, & qui ſententię communis vires ſua authoritate, & iudicio roboravit in duplici tractatu de Opin. probabilit. quos anno 1681. & 1682. ſtudioſę Societatis iuventuti dictavit; & ex quorũ divite penu multum me profeciſſe gloriabundus profiteor. Secundus erit, RR. P. Bernardus Sartolo in omni Diſciplinarũ genere

eruditiſsimus Scriptor, mei Eximij Doctoris mirabilis vitæ Eximius illuſtrator, huius Regalis Collegij olim Magiſter, & nunc emicans Primarius S. Ambroſij Valliſoletani Collegij, Supremique S. Inquiſitionis Tribunalis Qualificator, in tractatu quē anno 1689. compoſuit, & Salmanticæ Diſcipulis è ſuggeſtu dictavit, de Sacramentis in genere, tota diſp. 5. vbi benignam ſententiam mirum in modum extollit, & ingenioſiſsimè munit; quem tractatum, & alios ſuos Scholaſticos ſemper præ manibus habens (vel ob eorum excellentiam, vel ob iucundiſsimę amicitię iura) meam tenuitatem auxiſſe, & vberiùs ad huius Diſſertationis exitum perduxiſſe, ità cum Plinio lib. & epiſt. 16. citata, ingenuè proclamabo. *Amabam* Pompeium ,, Saturninum, hunc dico noſ- ,, trum; laudabamque eius inge- ,, nium, etiàm antequam ſcirem ,, quam varium, quam flexibile, ,, quam multiplex eſſet; nunc ve- ,, rò totum me tenet, habet poſsi- ,, detque :: Eſt ergò mecum per ,, diem totum, eundem antequam ,, ſcribam, eundem cum ſcripſi, ,, eundem etiàm cum re- ,, mitto, non tanquam ,, eundem *lego*.

****

SECTIO XXXV.

Continuatio Animadverſionis in RR. Thyrſum: & qualis fuerit mens Eminentiſsimi Cardinalis Roberti Bellarmini, & Celeberimi Doctoris Ludovici de Molina.

§. I.

407 SOCIETATIS Glorioſiſsimi decoris, Pijſsimi, & de Catholica Religione quam optime meriti Cardinalis Bellarmini, refert hæc verba RR. Thyrſus diſſert. 13. num. ,, 90. *Quare* ſi quis velit in tu- ,, to ſalutem ſuam collocare; & ,, ſimul oporteat eum Epiſco- ,, pali officio fungi, is omni- ,, nò debet de octo (de novem) ,, controverſijs certam veritatem ,, inquirere, & non reſpicere, ,, quid multi hoc tempore dicāt, ,, aut faciant. Et ſi rei certitudo ,, non poſsit ad liquidum appare- ,, re, debet omninò tutiorē par- ,, tem ſequi, & nulla ratione, nul- ,, lius imperio, nullà temporali ,, vtilitate propoſita ad minus tu- ,, tam partem declinare. Agitur ,, enim de ſumma rei, cum de ſa-

Digitized by Google

„ luce æterna tractatur; & facillimum eſt, conſcientiam erroneam exemplo aliorum induere, & eo modo conſcientia non remordente, ad eum locū, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur *deſcēdere*.

408. Hęc Bellarminus in admonitione ad Nepotem ſuum Epiſcopum Theanenſem, quę habetur tom. 7. & propter hæc RR. Thyrſus, & ex illo Cardinalis de Aguirre, ſui recentis Antiprobabiliſmi exploratum Patronum referunt Bellarminum. At vt verum fatear, nil mihi reddit Adverſariorum ſententiam magis de ſua falſitate ſuſpectam, quam inſignis hæc confidentia, facilitaſque conquirendi vndique, & allegandi fautores, & aſſeclas, hoc enim Antiprobabiliſmi diligentiſsimum ſtudium perſpicuè demonſtat ſui ipſius imbecillitatem, quæ tot indiget fulcris hinc inde arreptis, & aſportatis, & ad ruinam potiùs quam ad ſtabilimentum inter ſe male compactis.

409 Et primo ſi Bellarminus ab Adverſarijs proponitur, aut fingitur aſſertor Antiprobabiliſmi iàm proſcripti ab Eccleſia; quænam, rogo, iniuria maior adversùs illius ſapientiam; quænam debilior, miſerabiliorque authoritas, vt ſuffragium Bellarmini? At Adverſarij vel id aſſequuntur, vel prorſus nihil: ergò & nomen, famamque deterunt Bellarmini; & ſibi ipſis adverſantur. Minorem probo: nàm Antiprobabiliſmus damnatus aſſerebat, nec opinionem probabiliſsimam excuſare, ſed ex præcepto amplectendam eſſe tutiorem: at hoc aſſeruiſſet Bellarminus ſi, vt volunt Adverſarij, loqueretur in verbis datis de rigoroſo pręcepto; agens de controverſijs propoſitis ait: *Si rei certitudo non poſsit ad liquidum apparere, debet omninò tutiorem partem ſequi*; At nec dum habemus opinionem probabiliſsimam de licito, apparet ad liquidum certitudo rei qua de agitur; ſic enim opinio probabiliſsima, non eſſet iā opinio, ſed certitudo, & liquida veritatis poſſeſsio, nullique in contrarium ſuſpicioni expoſita, vt liquet: ergò iā licèt haberet quis, & ſequeretur opinionem probabiliſsimam contra legem, non excuſaretur à peccato, & ab æterno ſuplicio, ſed obligaretur iuxta Bellarminum tutiorem partem ſequi, & nulla ratione ad minus tutam partem, quanvis probabiliſsimam declinare. Hic autèm eſt Tutioriſmus, & Antiprobabiliſmus iuſtiſsimè confixus ab Eccleſia: faciunt ergò Bellarminum Authorem extravagantis opinionis, & iàm ab Eccleſia reprobatæ.

410 Secundo: iuxta RR. Thyr-

Digitized by Google

Thyrſum, licitum cuique eſt ſequi opinionem ſibi poſt debitum examen probabiliorem, licet ea ſpecificativè ſit minus probabilis, & talis exiſtimetur ab alijs Authoribus etiàm maiori conſenſu, & numero ſubſcribentibus oppoſitæ ſententiæ. Ità ille ſæpiſsimè, & præſertim diſſert. 2. Iàm ſic: mea opinio contra legem, quanvis mihi probabilior non propterea rei certitudinem ad liquidum tenet; niſi velim capiti meo adſcribere eam definiendi certitudinem, quam in Eccleſiæ capite recognoſcimus: ergò ſi iuxtà Bellarminum quando rei certitudo non apparet ad liquidum, tenemur ex præcepto ad tutiorem partem, iàm nec licebit nobis ſequi opinionem pro libertate nobis ſenſibilitèr probabiliorem; eaqueproptèr Bellarminus & RR. Thyrſo erit palam Adverſarius.

411 Tertio, quià licet RR. Thyrſus conetur explicare pro ſua ſententia pijſsimum Cardinalem, quaſi dixerit tantum, dari obligationem ſequendi tutiora, quando quis non habet opinionem ſibi probabiliorem pro libertate; tamen vix erit apud Cordatos qui credat RR. Thyrſum, ſerio & ex animo hanc adhibuiſſe interpretationẽ; ait enim Bellarminus: *debet omninò tutiorem partem ſequi, ſi rei certitudo non poſsit ad liquidum apparere*: At habere opinionem mihi contra alios plures probabiliorem, non eſt idem, àc apparere rei certitudinem ad liquidúm, ſtultus enim forem, ſi proptèr maiorem probabilitatem dicerem huius rei certitudo, ad liquidum apparet, cum ſolum appareat probabilioritas dans locum præcedenti in contrarium formidini: ergò interpretatio RR. Thyrſi incredibilis omninò eſt, nec, vt apparet, ſerio ab illo tradita. Et planè miror quomodo RR. àc doctiſsimus Pater qui obligat ad probabiliora vnicuique, doceat, ſcribatque interpretationem iſtam, quæ nulli, vt opinor, vel probabilis apparebit, cum patentèr, & manifeſtè adverſetur textui Bellarmini, velitque rei liquidam certitudinem idem valere àc maiorem meam probabilitatem.

412 Quarto, Adverſarij contendunt in caſu ſui Antiprobabiliſmi, ſcilicet minoris, vel æqualis probabilitatis, ſequendam ex præcepto tutiorem partem, idque in omnibus omninò controverſijs & caſibus; Bellarminus autem loquitur de novem dumtaxat controverſijs, non de omnibus; ĩtem de Epiſcopis ſtatum perfectionis, ex officij dignitate, tenere debentibus; non autem de reliquis fidelibus:

quo

Digitized by Google

quo ergò iure aſſertum Bellarmini extendunt ad omnes fideles, & ad omnes vndequaque controverſias? Debuiſſet Cardinalis dixiſſe, vt votis reſponderet contrariorum, pronunciaſſe ſic: debet Epiſcopus, & quicunque alius fidelis, in omnibus controverſijs, in quibus rei certitudo ad liquidum non apparet, tutiorem partem ſequi; at nec omnes fideles ſunt Epiſcopi, nec novem controverſiæ ſunt omnes morales controverſiæ, ſed infinito intervalo ab eis diſtant: ergò Bellarminus loquens dumtaxat de Epiſcopis, & de novem controverſijs, infinite diſtat ab ſcopo, & aſſerto Antiprobabiliſtarum.

413 Germanus igitur, naturalis, & genuinus ſenſus Bellarmini, eiuſque bonæ, & pijſſimæ mentis, ab eius ſcopo deducendus eſt. Hic autem eo collimat, vt conſilium ſuum vtiliſſimum aperiat Epiſcopo ſuæ ſalutis amatori, non tamen vt nova inauditaque ei imponat præcepta, qualia proculdubio forent, quæ obligarent ad ſectandam vbique partem tutiorem, talis enim obligatio eſt evidenter contra omnem Theologorum Antiquorum, Recentiumque autheritatem, cui iam ſuam certitudinem adiunxit Eccleſia vt dictum eſt. Quod igitur Bellarminus in dictis verbis loquatur de conſilio, & non de præcepto patet primo ex titulo illius Opuſculi, qui talis eſt: *Admonitio ad Epiſcopum*: monet ergò circa præcipua Epiſcopi munera, vt ſequatur tutiora, & ſic animæ ſalutem in tuto collocet, monet, inquam, & hortatur, non tamen præcipit vt ſectetur ſemper tutiora.

414 Patet ſecundo, quia non vniverſaliter, ſed ſigillatim loquitur de certis quibuſdam controverſijs: ſcilicet de appetitu Epiſcopatus: de obligatione reſidendi, atque etiam contionandi: de obligatione perfectionis: de examine ordinandorum: de indulgencia circa multiplicitatem Beneficiorum, de tutamine libertatis Eccleſiaſticæ: de nimio erga cognatos affectu; & de licitis reddituum vſibus. Cum igitur inſtruat in his Epiſcopum perfectum, quid mirum quod ſuper vnoquoque eorum reſpective ſummam integritatem, & ſeveritatem conſulat, qualem ab Epiſcopis æternæ ſuæ ſaluti invigilantibus ſervari agnoſcimus; & in alijs deſideramus. Quis enim neget ex nimio affectu erga cognatos, ex nimia in domeſticos accumulatione Beneficiorum; ex incuria circa examen promovendorum innumera exoriri, nec rarò deplorari iam exorta, & ſerpentia mala, quæ in iudicio Dei minime diſsimulabūtur Epiſcopis tepidis, parumque de ſua ſuo-

ſuorumque ſalute ſolicitis; & ſine remorſu conſcientiæ deſidioſæ, & ipſo vſu peccandi conſopitæ, ex ſacris infulis ad æternas flammas tranſeuntibus.

415. Ne igitur per incuriam, torporem, & vincibilem ignorantiam, in tantum deveniat malum; merito monet, & hortatur, ne contentus ſit dictis, exemplisque aliorum, multi enim ſunt ex quocunque ordine, qui muneri ſuo non ſatisfaciunt, vel ex incuria culpabili in addiſcēdo, vel ex fragilitate, aut malitia in operando. Meritò item hortatur vt poſt diligentiam, inquiſitionem, ſi veritas ad liquidum non appareat ſequantur tutiora; quia nimirum id magis decet Epiſcopum, & ſic ſe gerendo vberiorem à Deo gratiam impetrabit, & longe aberit ab eo quod nimis indulgeat amori ſuorum, præcibus amicorum, comminationibus Principum, quibus quandoque preſsi Sacri, ſed non ita ſtabiles & firmi, Præſules facile in peccata præſertim occulta labuntur, relabunturque demum in æterna ſuplicia.

416. Sicut igitur peccator quandoque admonetur; vt ſi peccavit ſtatim reſipiſcat, vt ſæculum deſſerat, ad Religionem confugiat, vt ex tali officio animæ periculo ſe eripiat, vt Sacramentis frequenter accedat; quia agitur de ſumma rerum, de ſalute videlicet animæ, de vitanda æterna morte, quam tot, heu miſeri! paſsim obeunt, æternumque patientur, quin propterea in mentem vlli iam veniat, homines ad hæc ex novis præceptis obligare; foret enim id alligare onera importabilia. Sic & pijſsimus Cardinalis omnes admonet Epiſcopos in Nepotis ſui perſona, vt circa controverſias illas ad liquidum examinandas incumbāt, vt tutiora ſectentur; ſic enim longe aberunt à periculo, quod aliquando latere, aut occurrere poteſt, & à peccatis ocultis, à quibus exemplo Regis Vatis admonentur omnes, præſertim Principes, Paſtoreſque cavere. Qui autē ex his infert preceptum ſequendi tutiora, ſeu (quod magis debium, & ab ſcopo alienum eſt) ſibi probabiliora, ſimilis eſt illi qui infert obligationem ſtatim reſipiſcendi à peccato per confeſsionem relinquendi vitam ſæcularem, vel officium Iudicis, munus Epiſcopi, vel etiam Pontificatum exemplo Bellarmini ſic inter ſuas præces, Deum alloquentis: *à Papatu libera me Domine*: cum enim in ſummis hiſce muneribus ſint ſumma etiam pericula peccandi, & amittendi æternitatem, quæ eſt ſumma rerum; omnes deberent ab omnibus his periculis longiſsime recedere, & ſic tutiora ſequi; at hæc illatio eſt non ſolum Bellarmino indigna, ſed etiam

Digitized by Google

etiam quolibet ſanæ mentis homine: agit ergò Bellarminus in his non de præcepto, ſed de conſilio ſequendi tutiora: quod ſatis demonſtrant illa verba, *ſi quis velit in tuto ſalutem ſuam collocare*; quæ quidem loquuntur de homine, non vtcunque faciente quæ ſufficiunt, vel quæ opportuna videntur ad conſequendam ſalutem, & quæ ſunt indiſpenſabiliter neceſſaria ad eum finem; ſed de homine intendente, quod longe maius eſt, nempe in tuto ſalutem collocare, & magnam ſecuritatem aſſequi fœlicitatis æternæ; vitando omnia pericula etiam remota; quæ ſub conſilio quidem vitare oportet, non ſub rigoroſo præcepto.

§. II.

417 NEC Magis felix reputari debet RR. Thyrſus dum in operis introductione n. 15. atque etiam in eius indice pro ſe refert aliud Societatis ornamentum P. Ludovicum de Molina, celeberrimum apud Theologos, & Juriſperitos Doctores, quos inter culmen vtrunque, & ex vtroque Cæſar meritò proclamatur. Hic igitur t. 3. (aliàs 4.) de Iuſtitia, & Iure tract. 3. diſp. 80. reprobans quandam ſententiam, quæ dubios habebat Patronos Sotum, & Canum; & quàm praxi nec vtilem, nec ſeveram eſſe pronuntiaverat ipſe Molina, ſic poſt eius confutationem hanc in eam adhibet rationem: „ *Noſtra* Navarri, communior„ que Doctorum ſententia, vel „ inde ſane eſt omnino amplec„ tenda, quod ea quæ dicta ſunt, „ cum minimum reddunt du„ biam contrariam ſententiam: „ in dubio autem an aliquis fa„ cultatem habeat diſpenſandi, „ aut abſolvendi ab irregulari„ tate, nefas profecto illi omni„ no eſt ab illa abſolvere, circa „ illamvè diſpenſare. Item diſ„ penſatus ipſe, in dubio, an qui „ ſecum diſpenſaverit, legitimam „ ad id poteſtatem, facultatemvè habuerit, tenetur ſe habere „ pro irregulari, minimeque „ diſpenſato, vt ſupradictũ, com„ probatumque eſt. Quare inte„ rim dum contraria ſententia „ non eſt ita moraliter certa, vt „ qui vti ea debet, abſque omni „ dubio eam ſibi omnino perſua„ deat, neque Confeſſario, neque „ irregulari fas eſt ea *vti*.

418 Ex his infert RR. Thyrſus non ſufficere ſententiam probabilem, quia adhuc dubia eſt; ſed vnicuique probabiliorem, quia hæc eſt moraliter certa. Sed fallitur primo, nam Molina dicit dubiam eam ſententiam, eo quod ſuis argumentis ei ademerit probabilitatem; quare dicere eam eſſe dubiam, non eſt idem

Digitized by Google

idem ac dicere eam eſſe probabilem; vt falsò aſſumit RR. Thyrſus: Probatur; nam dubium propriè, & ſtrictè, ſumitur pro negativo, vt paſsim advertunt Authores cum Eximio Doctore diſp. 12. de Bonitat. & malitia ſect. 6. n. 1. At quando quis agnoſcit Petrum eſse irregularem, & eſt in dubio negativo, & ſuſpenſivo de ſua iuriſdictione, ſeu facultate ad tollendam irregularitatem; omnes dicimus cum Molina, non poſse progredi ad praxim tollendi irregularitatem: ergò ſtando verbis Molinæ; & loquendo de dubio toties in eo textu repetito, ſcilicet de negativo, & ſuſpenſivo; non vero de poſitive probabili; quod non Molina, ſed eius commentator ibi vltro memorat; nihil deduci poteſt contra Probabiliſtas vtì per omnia conſentientes Molinæ.

419 Secundo quia ſi Molina quando dicit oppoſitam ſententiam eſſe vt minimum dubiam, ſignificaſſet eam eſſe probabilem; ſtolide fuiſſet loquutus, quod de tanto Doctore credi non poteſt. Probatur autem; nam ſtultus eſſet qui poſtquam multis argumentis ita exploſerat aliquam ſententiam, vt eam pronunciaſſet non ſecuram in praxi; rurſus aſſereret, ſe ſuis argumentis eviciſſe eam ſententiam eſſe probabilem; at id præſtitiſſet Molina iuxta interpretationem RR. Thyrſi; quandoquidem poſt exploſam dicto modo eam ſententiam, ſic fingitur loquens: „*Ea* quæ dicta ſunt cum minimum reddunt dubiam contrariam ſententiam; id eſt reddunt *probabilē*: profiteretur ergò Molina ſe ſuis argumentis reddidiſſe eam ſententiam impracticabilem, & rurſus eiſdem ſimul reddidiſse probabilem; quæ eſt ſumma ſtultitia, & ſublimi ingenio Molinæ prope modum indigna: ergò quando illam dicit dubiam, negat ei probabilitatem, non tamen eam concedit.

420 Dices: Molina in ſententia contraria, vt practicabilis ſit, requirit, quod *contraria* ſententia ita ſit moraliter certa, vt qui vti ea debet, abſque omni dubio eam ſibi omnino *perſuadeat*: ergò iam docet non ſufficere ſolam probabilitatem minorem, aut æqualem, ſed requiri certitudinem moralē in ſententia oppoſita, *vt qui ea vti debet abſque omni dubio eam ſibi omnino perſuadeat*: ergò convenit cum RR. Thyrſo eam moralem certitudinem poſtulante.

421 Sed contra primo; nam iuxta RR. Thyrſum ſufficit ſententia mihi probabilior vt eam practicare poſsim, licet videam oppoſitam eſse probabilem, vel probabiliorem aliis pluribus Authoribus; at ſententia mihi

mihi probabiliori contra tot alios, non tollit omne dubium, & formidinem de eius falſitate, alioquin non eſſet iam opinio, vt patet: ergò Molina eo modo quo intelligitur à P. Thyrſo, quaſi nimirum requirat certitudinem ſpeculativam, & excludentem omne dubium ſpeculativum, & directum circa veritatem talis ſententiæ; proculdubio doceret pluſquam intendit RR. Thyrſus.

422 Contra ſecundo. Nam Molina in ſuis quatuor Voluminibus doctiſsimis, proponit, & docet vt practicabiles innumeras opiniones Morales contra alios Authores graves, & oppoſitum ſentientes ob gravia motiva: erit ergò qui præſumat Molinam propoſuiſſe omnes illas ſuas ſententias tanquam adeò moraliter certas; vt nec permittat dubium de veritate contrariarum? Quis hoc aſſerat de Viro prudentiſsimo & modeſtiſsimo, qualis fuit Molina? Memini in quibuſdam Authoribus phyſicæ Præmotionis accuſari, traducique Molinam vt ſuperbum, & audacem, quaſi ſapientiam ſuam extulerit ſupra ſapientiam Auguſtini. At atrociſſimæ huius calumniæ ictum, à Janſenianis Lobanienſibus primo ebibratum, & ab alijs poſtmodum incautè repetitum, vanum, & irritum eſſe demonſtrant PP. Societatis, & inter alios Doctiſsimus Magiſter Thyrſus tom. 1. ſelect. d. 36. ſect. 11. num. 66. ac poſtmodum §. 5. Conſtabitque erga Auguſtinum; & alios PP. ſumma reverentia Molinæ cum legentibus in Concordia Oliſiponenſi, & Antuerpienſi, vbi ſæpiſsime ex Auguſtino, & PP. ſuam probat ſententiam, & eiſdem Ducibus, & Magiſtris gloriatur ad exponendas dilucidè, & iuxta methodum Scholaſticum veritates catholicas. Cum igitur Molina Vir modeſtiſsimus, & prudentiſsimus fuerit, dubitare non debemus eum minime voluiſſe, vt omnibus ſuis ſententijs, quas ad praxim docuit, haberetur fides, vt indubitabilibus, & non permittentibus aliquod dubium ſpeculativum circa illarum veritatem.

423 Reſtat igitur, quod Molina ſolum requirit ne detur dubium practicum, quando quis in praxi operatur iuxta aliquam ſententiam. Exigit proptereà, vt opinio habeat veram, & certam probabilitatem (qualem non agnoſcit in illa ſententia à ſe impugnata) vt poſsit operans certificari practicè, de eo quod actu non peccet; quæ quidem certitudo practica, & excludens omne dubium practicum rectè cohærere poteſt cum eo quod opinio ſupra quam fundatur permittat dubium ſpeculativum. Hoc principium, quod eſt ipſiſsima Probabiliſtarum ſententia, ſemel

mel & iterum arietare, & fruſtra concutere tentat in ſuo Opere RR. Thyrſus: quod ſi ego oſtendero talem doctrinam approbatam fuiſſe à P. Molina, pariter demonſtrabo illum ex diametro opponi RR. Thyrſo, & ab illo contra eius expreſſam mentem allegari contra Probabiliſtas.

425 Quiſquis autem ſuis oculis credere voluerit in re iſta, adeat acutiſsimum P. Molinam tomo 1. de iuſtitia, & iure, diſp. 63. n. 5. vbi inquirit an poſsidens rem bona fide, poſsit eam retinere, & præſcribere quamvis ſuperveniat dubium, an ſit aliena. Et relata ſententia negante quam tenet Adrianus, hoc eius fundamentum proponit.
,, *Secundo* argumentatur Adria-
,, nus: ſicut qui agit contra conſ-
,, cientiam ad alteram contra-
,, dictionis partem determinatam
,, peccat; ita qui agit contra conſ-
,, cientiam dubiam: & vtrunque
,, comprehenditur verbo illo
,, Pauli *quod non eſt ex fide, pec-*
,, *catum eſt*: ergò qui rem ali-
,, quam poſsidet cum dubio an
,, ſua, ſit non ſecus ſe habet ad
,, præſcribendum, ac is qui
,, eam mala fide *poſsidet &c.*

425 Huic argumẽto Adriani, ſic reſpondet in fine illius diſputa-
,, tionis. *Ad ſecundum* dicen-
,, dum eſt, antecedens eſſe ve-
,, rum per comparationem ad
,, quæſtionem practicam: ſecus
,, autem per comparationem ad
,, quæſtionem ſpeculativam, an
,, res ſua ſit, necne, vt copioſe
,, adverſus eundem Adrianum 1.
,, 2. q. 19. art. 6. *oſtendimus*.

Vbi neceſſe eſt advertere primo, Adrianum in ſuo argumento propoſuiſſe hoc antecedens vniverſale: *peccat qui agit contra conſcientiam dubiam*: cui antecedenti reſpondet Molina illud diſtinguendo; qui agit contra conſcientiam dubiam; dubio ſpeculativo, ſeu relate ad quæſtionem ſpeculativam, negat; dubio practico, ſeu relate ad quæſtionem practicam concedit. Supponit ergò egregius iſte Doctor, poſſe quem habere aliquod dubium ſpeculativum circa aliquam quæſtionem vel caſum conſcientiæ, & tamen cum hoc dubio circa illam quæſtionem, habere certitudinem practicam de eo quod hìc & nunc non peccet ſequendo ſententiam de qua dubitat ſpeculative; quia nimirum in eo dubio ſpeculativo, ſcit meliorem eſſe cõditionem libertatis poſſidẽtis, & propterea poſſe vti ſua libertate, & actionem elicere, vel eam continuare. Ex quo principio ab ipſo contra Adrianum ſtabilito 1. 2. q. 19. qui eſt proprius locus noſtræ Controverſiæ de conſcientia; deducit contra eundem Adrianum, eum qui poſsidet bona fide, poſſe ſuperveniẽte dubio continuare poſſeſſio-

ſionem; quia nimirum dubium illud an res ſit ſua, vel aliena eſt ſpeculativum, & non tollens certitudinem practicam, reflexam & vltimam conſcientiæ; qua reflectens ſupra dubium illud & ſupra totum ſtatum illius eventus, dicit & reſolvit ſic: non obſtante illo dubio ſpeculativo, an res ſit aliena, vel non, an retentio ſit, vel non ſit materialiter iniuſta, quia eſt rei alienæ, adhuc licite & honeſte illam retineo continuando meam poſſeſsionem, eſt enim conditio poſidentis melior.

426 Hæc eſt doctrina Molinæ ab ipſo copioſe tradita in 1.2. quę vtinã in lucem prodijſſet; ſic enim quod loco citato inſinuat contra Adrianum, appareret abunde etiam demonſtratum contra RR. Thyrſum; qui pro ſe ſæpiſsime refert Adrianum vt ſibi faventem in hac controverſia: cum ergò Molina aperte reſiſtat Adriano, ſolvatque eius argumentum per diſtinctionem dubij ſpeculativi, & practici; clarius meridiano lumine apparet Molinam inſimul adverſari Patri Thyrſo; ni velit RR. Author ſibi conciliare Adrianum, & Molinam quantunvis inter ſe diſsidentes circa punctum præſens: quod quidem tam difficile creditu eſt, quam quod ſint idem vni tertio, quæ prorſus repugnant inter ſe.

SECTIO XXXVI.

Abſolvitur Animadverſio in RR. Thyrſum, & an V. P. Ludovicus de la Puente faveat Antiprobabiliſmo, vbi hanc ſententiam denuò, & efficaciter contra antiquiſsimam Eccleſiæ perſuaſsionem eſſe perhibetur.

427 CVM Venerabilis P. Ludovicus de la Puente Societatis Ieſu ſapientia, ac ſanctitate, & miraculorum fama clariſsimus fuerit; vt teſtantur tum conſenſus totius Orbis chriſtiani avidiſſime vtentis ipſius Libris in omnia politicarum Nationum idiomata iam diu verſis; tum mirabilis ipſius vita, inſtrumentaque ad eius Cannonizationem Apoſtolica authoritate cõfecta; magni proculdubio eius iudicium momenti erit ad quæſtionem iſtam decidendam, quæ Baſis eſt totius moralis Theologiæ. Qua de cauſa RR. Thyrſus, V. hunc Doctorem pro ſuo Antiprobabiliſmo refert Diſſert. 2. num. 24. & quanvis verba quę ex illo exſcribit tam longe abſint ab Antiprobabiliſmo, vt illum potius validiſsime quatiant, & evertant,

vt oſtendam deinceps; placuit nihilominus ab ipſis PP. Societatis de re iſta edoceri, & de mente V. Doctoris. Nullus autem omnino fuit ex illis doctiſsimis, & ſapientiſsimis PP. à me conſultis, qui non miraretur hanc allegationem V. Patris Puente pro Antiprobabiliſmo; rationemque huius admirationis ex eo deſumebant: quod Scripta V. Patris adhuc extant ipſius manu exarata, & inſtar ditiſsimi Theſauri in Bibliotheca Ambroſiani Collegij Valliſoletani aſſervata. In his autem Manuſcriptis habetur Diſputatio quæſtionem iſtam in terminis, vt inquiunt, terminantibus reſolvens; & claré patenter, abſque ambagibus docens cum Medina, Mancio, & alijs licitum eſſe ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori, & tutiori. Quapropter ab omnibus Jeſuitis de re iſta ſcribentibus tanquam omnino indubitatus Patronus Benignæ, & communiſsimæ ſententiæ allegatus hactenùs fuit V. P. Ludovicus à Ponte. Cumque hoc tam certum, & inter prædictos PP. notiſsimum fuerit, & præ alijs ipſi RR. Thyrſo perſpectum, omnes merita admiratione obſtupeſcunt, qua de cauſa RR. Pater ſpreta illa Diſputatione, aut certe ſilentio prætermiſsa, in qua mentem ſuam expreſsit V. P. Puente, ipſum nihilominus proponat vt Patronũ Antiprobabiliſmi ab ipſo reprobati.

428 Equidem ſi Authores, quorum Scripta habentur præ manibus, & expreſsimè tuentur ſententiam Benignam, quales ſunt Eximius Doctor, V. P. Puente ita licet inflectere, & allegare pro Antiprobabiliſmo, mirum profectò non erit, ſi Antiqui Doctores non ita clare loquuti tanta cum confidentia pro rigida opinione circumferantur. Imo nec mirum cuiquam videri debuiſſet, ſi ego RR. Thyrſum quanvis ex profeſsò tractantem, & impugnantem Sententiam Benignam; adhuc tamen pro illa referrem; præſertim cum Tomo 3. (Salmanticæ Typis excuſſo anno 1680.) Selectarum Diſp. 50. Sect. vltima num. 101. ,, ſic loquatur: *Quare* vt quis ,, poſsit ſectari ſententiam minus ,, tutam in occurſu tutioris requiritur, quod minus tuta, vel ,, ſit probabilior opinione tutiore, vel ſaltem æquè, aut fere ,, æquè probabilis; vel ſi abſolute, & omnibus inſpectis ,, ſit ſimpliciter minus probabilis, ,, vt minimum requiritur quod ,, fundamentum opinionis minus ,, tutæ, adhuc comparatum ,, cum toto fundamento ſententiæ tutioris, ſit magnum; & ,, validè inclinet intellectum ad ,, aſſenſum opinionis illius, quãvis ſimpliciter & abſolutè fundamentum oppoſitum vehementius inclinet in aſſenſum opi-

„ opinionis tutioris: ac proinde „ requiritur, quod fundamentũ ſẽ-„ tẽtiç tutioris non ſit euidenter, & „ manifeſte maius exceſſu noto-„ rio, ità vt fundamentum ſenten-„ tiæ minus tutæ in compa ratio-„ ne illius meritò cenſeatur exi-„ guæ, & tenuis *probabilitatis*. Quo quodnam clarius & euiden-tius pro noſtra ſententia potuiſ-ſet deſiderari teſtimonium!

429 Nec oberit dice-re quod RR. Thyrſus poſtea fac-tus fuerit Antiprobabiliſta, & non ità anno 1680. & 1686. editio-nis quatuor Tomorum ſuarum Selectarum; nàm vt teſtatur ipſe RR. Pater in ipſo ſuo Fundamen-to Theolog. Moral. diſſert. 12. de Probabilit. num. 1. iàm ab anno 1670. erat Antiprobabiliſta, ſcrip-ſeratque tractatum contra P. Te-rillum: ſi igitur poſtmodùm in Selectis, licèt obiter, tradit Be-nignam ſententiam, cur illum pro ea non allegabimus? Potiori id nobis titulo licitum foret, at cum noſtra & veriſsima ſententia his emendicatis fulcris non indi-geat, vltro damus oppoſitæ RR. Thyrſum, quidquid ſit de eius mente, aut conſtancia in prædic-to loco Selectarum; nunquam ta-men id tolerabimus de V. P. Puen-te; maxime cum verba ex ipſo deprompta à RR. Thyrſo totam Antiprobabiliſmi machinam im-petant, & benignam ſententiam mirum in modum ſtabiliant.

D. D. Franciſcus de Perea.

430 Igitur referente RR. Thyrſo diſſert. 2. num. 24. ſic loquitur V. P. Puente tomo 4. Perfectionis Chriſtianæ tract. 6. „ cap. 6. *Septimus* actus eſt, ità „ probabiles ſuas opiniones ſe-„ qui, vt non contemnat ſequen-„ tes contrarias; nec eos damnet „ tanquam ignorantes, aut teme-„ rarios; ſed permittat vnumquẽ-„ que ſuum ſequi iudicium, ac „ ſenſum, etiàm ſi proprio ipſius „ adverſum in rebus, quæ non „ ſunt apertè ac certò contra fi-„ dem, aut bonos mores. In hoc „ enim ſenſu dixit Apoſtolus: qui „ manducat, non manducantem „ non ſpernat; & qui non mandu-„ cat, manducantem non iudicet: „ ſed vnuſquiſque in ſuo ſenſu „ abundet; ità tamen, vt alteri nõ „ noceat. Voluit enim Apoſtolus „ dicere, vt explicat S. Thom. qui „ exiſtimat licitum eſſe mandu-„ care de omnibus cibis in anti-„ qua lege prohibitis, eo quod il-„ la iàm ceſſaverit; ſequatur ſuum „ iudicium & opinionem; nec ta-„ men contemnat, aut condem-„ net alterum alitèr ſentientem. „ Qui autèm aſſerit non eſſe co-„ medendos tales cibos, ne debi-„ les ſcandalizentur, non condẽ-„ net alterum, nec eum iudicet „ ignorantem, aut incautum. Eſt „ enim ſuperbia temeraria, ità „ pertinaciter ſuæ adhærere opi-„ nioni, vt condemnet non ſe-„ quentes eam. Nàm quod vni ve-

Digitized by Google

„ rum videtur, alteri videtur „ falſum, propter aliam ratio- „ nem æque probabilem, atque „ eſt ipſius. Ac proinde non de- „ bet alium contemnere, ſicut „ nec ipſe contemni vellet; ſed „ ſinat eum ſequi ſuum ſenſum: „ dum non conſtat certò eſſe fal- „ ſum. Et hac ratione etiàm cum „ diverſitate iudiciorum conſer- „ vari poteſt, vt iàm diximus, „ vnio voluntatum, & pax, quę „ fructus eſt charitatis, & amici- „ tiæ *chriſtianæ*.

431 Ex his verbis infert RR. Thyrſus, V. P. docuiſſe cuilibet licitum eſſe ſuam ſequi opinionem propriam, & cui ipſe aſſentiretur ob motivum præponderans; quin tamen propterea deberet deſpicere ſententias aliorum. Sed quid inde? An ne id eſt negare licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, & quam ego in alijs vt probabilem & prudentem laudo, & iuxta quam alios benè & prudenter operari exiſtimo? Nihil certe minus, nàm omnes cum RR. Thyrſo & V. P. Puente concedimus licere cuique ſequi ſuam pręconceptam & probabilem ſententiam; quod autem non ſolum id liceat, ſed teneatur ſemper illam ſequi, quod debeat adhærere probabilioribus ſibi, quidquid ſit de æquali probabilitate, aut probabilioritate quam videt in ſententijs aliorum; id docet quideni noviſsimè P. Thyrſus, minime tamen V. P. Puente. cum de hoc nec verbum quidem habeat in loco allegato; ſed potius oppoſitum doceat in Manuſcriptis omnibus PP. Societatis notiſsimis.

432 Sed videamus iam quo pacto RR. Thyrſus, & quicunque ei adhęrere voluerint, monitum prudentiſsimum V. P. Puente obſervare poſsint. Inquiro enim vel RR. Thyrſus damnat vt reos peccati mortalis eos qui docent & ad praxim deducunt opinionem benignam; vel illos non damnat, ſeb abſolvit? Hoc ſecundum dicere non poteſt, tum quià ſi benigna ſententia innoxia omninò eſt, ſi nullum inducit peccandi periculum, ſi iuxta illam operantes ſalvantur; in auras evaneſcunt omnes clamores Contrariorum & extra ſcopum eſt narratiuncula illa tradita à P. Thyrſo diſſert. 4. numero 45. de Doctore qui ad æternum ignem damnatus inducitur eo quod probabilia fuerit ſequutus, vel enim caſus ille debet exiſti mari fabuloſus; vel ſi verus & rem convincens, convincit omnes Probabiliſtas damnari. Tum etiàm quià iuxta Adverſarios relatos à RR. Thyrſo diſſert. 14. num. 120. & iuxta ipſum RR. Thyrſum ſæpe Confeſſarius non poteſt abſolvere pœnitentem vtentē ſententia probabili

Digitized by Google

bili aliorum Doctorum, imò & propria ipſius pœnitentis, ſi Confeſſarius videat oppoſitam eſſe probabiliorem: ergò talem pœnitentem non abſolvit ſed damnat vt indiſpoſitum & reum peccati mortalis. Cumque omnis Antiprobabiliſta iudicet firmiter illicitum eſſe ſequi ſententiam pro libertate, quanvis ſit æque probabilis àc oppoſita, fit ex inde nullum Confeſſarium Antiprobabiliſtam poſſe abſolvere, ſed potius vt reum condemnare pœnitentem addictum ſententiæ benignæ, quanvis hæc non ſolum ſit probabilis ſed communiſsima omnium fere Theologorum.

433 Iàm ergò Antiprobabiliſta in prædicto dilemate debet eligere illud extremum prius; nempe debet damnare vt reos peccati mortalis eos qui docent, vel ſaltem qui ad praxim deducunt ſententiam benignam tot Doct orum; quià non ſequuntur oppoſitam Antiprobabiliſtarum. Nunc autem audiatur iterum prudentiſsimum „ monitum V. P. Puente: *Eſt* „ enim ſuperbia temeraria, ità „ pertinaciter ſuæ adhærere opi„ nioni, vt condemnet non ſe„ quentes eam. Nàm quod vni „ verum videtur, alteri videtur „ falſum propter aliam rationem „ æque probabilem atque eſt *ip„ ſius*. Vides ſufficere aliam rationem æque probabilem pro altera parte quam alter ſequitur, ne ego illum damnem, ni ſuperbus & temerarius haberi velim? Quid ergò dicemus de Antiprobabiliſta debente damnare & re ipſa damnante ad mortem ſempiternam omnes qui ſequuntur opinionem benignam, & qui deducunt ad praxim opinionem æque aut minus probabilem, quanvis certo cognoſcatur eſſe probabilis & probata Viris doctiſsimis? Homines qui ità alios condemnant, ſuperbiæ, & temeritatis damnat V. P. Ludovicus à Ponte, Vir ſpiritu Dei plenus, & ad ſcribendos ſuos Libros cœlitus illuminatus, & igneo globo circunfuſus, vt habetur in eius vita ex teſte oculari, qui ad inſolitum lumen, & fatiſcentis cubiculi ſtrepitum fere exanimis obſtupuit; & ſupra V. Patrem Spiritum Sanctum, vti quondam, delabi minime dubitavit. Credat ergò qui volet propriæ mentis, & cordis ſpiritui, ego nàmque non mihi, ſed huic, alijſque Sanctiſsimis Viris me, meamque conſcientiam comittere decrevi, ſecurus quidem, & omninò certus de felici exitu, ſi his inhæream, qui faciendo, docendoque vocati ſunt Magni in Regno Cœlorum.

434 Illud item, quod ex prædictis verbis argumentum ſuboritur pro communi ſententia hic omittendum non eſt.

Vt enim ex D. Thoma ſupponit V. P. Puente, & ex vtroque RR. Thyrſus; excitata fuerat inter primos Chriſtianos moralis quæſtio: vtrum liceret adhuc comedere de omnibus cibis in antiqua lege prohibitis? Licitum id eſſe dicebant aliqui: alij èconverſo illicitum, & peccaminoſum. Res erat dubia, & quaſi fluctuans in vtraque parte; nàm pro vtraque aderant Viri Fideles, pij, prudentes, timorati, & fortaſsè ex illis in quos SpiritusSanctus viſibilitèr delapſus erat. Vnde plures aut credere poterant, aut forte credebant vtramque partem ſuis æqualibus, aut non multum ſe excedentibus niti fundamentis; ſed potius ferè æquali probabilitate gaudere. Cur enim omnes Fideles præſertim ignorantes in eo opinionum conflictu deberent credere hos præ illis errare, aut econverſò.

435 In hoc igitur dubio, & ancipiti fidelium, & opinionum dubio, quid protulit Apoſtolus Paulus? Ille ſanè ſi Antiprobabiliſta eſſet, debuiſſet id ipſum omnibus inclamare, quod in eo conflictu pronuntiant Antiprobabiliſtæ: nempe vt ſequerentur partem tutiorem, abſtinendo ab illis cibis, & eligendo alios quibus veſci facilime poſſent. At non ſic electionis Vas, non ſic Gentium Apoſtolus, & Doctor, non ſic Evangelicæ veritatis tuba illa inſonuit ſalutaris. Quin potius vnumquemque in ſenſu ſuo abundare iuſsit; vt nemo alterum iudicaret, condemnaretve, ſive ille ex comedentibus eſſet, ſive ex non comedentibus, ſive adhæreret Sententię Benignę docenti id licitum eſſe; ſive ex adversò abſtineret ab illis cibis, vt omnem ex ſua cōſcientia ſcrupulum remorſumque evelleret. Quid ergò dicemus ad hæc? Si Paulus, ſi Deus ipſe pro nobis eſt, quis contra nos.

SECTIO XXXVII.

Promovetur adhuc aſſumptum Sectionis præcedentis.

436 NON Abſimile argumentū propoſuerunt iàm alij ex quæſtionibus moralibus olim excitatis intèr Sanctos PP. Aliquas memorat Doctiſsimus & pijſsimus P. Cardenas 1. parte Criſis Theologicæ diſp. 15. c. 6. art. 1. Plureſque aliæ numerari facile poſſent. At cum quælibet inſtar omnium ſit; Ecce tibi Auguſtinus, & Hieronymus vtrinque diſputantes; ille docet hunc contractum eſſe licitum; hic negat.

An

Auguſtinus pro ſe Scripturarum Oracula profert: Hieronymus totidem teſtimonia èregione accumulat; Auguſtinus rationum plurima momenta affert: Hieronymus tot oppoſita in medium producit. Sunt

Signa pares Aquilæ, pila minantia pilis.

Quid faciet Fidelium vulgus, vbi Doctores ſuos ſic videt intèr ſe non quidem affectibus pugnantes, ſed mente diviſſos in ſtudia & opiniones contrarias circa licitum, & illicitum?

437 Eo in eventu dicere debet omnis Antiprobabiliſta, neminem poſſe prudentèr aſſentire Auguſtino, neque Hieronymo, aut vnius ſententiam defenſandam ſuſcipere, quanvis fortè eſſet ex Diſcipulis Auguſtini, quàvis eum ob ſanctitatem & ſapientiam eximiè coleret, quanvis in eius verba iuraſſet, vt licitè & honeſtè fieri poſſet, vti iuratur in verba D. Thomæ, quanvis in tali aſſenſu, & defenſione eius ſententiæ, nihil certum reperiret contra fidem & contra bonos mores. Quid ergò faceret, ſi prudens haberi deberet apud Antiprobabiliſtas? Deberet exiſtimare neutram opinionem licèt eorum Doctorum authoritate & rationibus munitam, dignam eſſe aſſenſu, ſed potiùs indignas eſſe cui homo prudens aſſentiretur; quin potiùs aſſentientem vni præ altero, non minùs imprudentem fore, quam ſi interrogatus àn ſtellæ ſint, pares vel Impares, vltro & incunctantèr reſponderet, ſtellæ pares ſunt: vndè ſicut ſic reſpondens omnibus iure meritò eſſet ludibrio; ità & qui Auguſtino potiùs crederet quam Hieronymo.

438 Hæc forſam falſo affingi putabunt Viri probi & extra partium ſtudia conſtituti; ſed qui recentes Antiprobabiliſtas legerint, hanc eſſe eorum doctrinam minimè dubitabit. Fidem pro omnibus faciat, qui inter reliquos caput attollit, eſtque facile Princeps RR. Thyrſus diſſert. 7. n. 47. vbi eo caſu propoſito „ſic ſcribit: *Nec* eſt abſurdum, „ſed veriſsimum, opinionem D. „Auguſtini non eſſe dignam aſ- „ſenſu apud eum, qui ſcit D. „Hieronymum aſſerere oppoſi- „ſitum; ſi vtriuſque authoritas „ſit omninò æqualis apud ip- „ſum: nàm ex illis duobus Sanc- „tiſsimis, & Sapientiſsimis Doc- „toribus contrariè ſentientibus, „manifeſtum eſt alterum decipi „in aſſertione, in qua oppoſiti „ſunt, & vnum dumtaxat verum „attigiſſe. Vndè in eo eccurſu „rerum tantum fundamentum „habet quis, vt cenſeat opinio- „nem Auguſtini eſſe falſam, quã- „tum vt cenſeat eſſe veram: „Non poteſt autẽ quis prudenter „aſſentire (imò nec imprudenter) alicui opinioni, vbi non

,, maius fundamentum habet ad ,, exiſtimandum eſſe veram quam ,, ad exiſtimandum eſſe *falſam.* Sic ibi RR. Thyrſus cum Celladeo & alijs comparantibus per omnia dubium negativum quale eſt illud, àn ſtellæ ſint pares vel impares; cum dubio poſitivo ſeù probabili, quando nimirum ſunt opiniones, Authores, & fundamenta æqualia; ne videlicèt homo poſsit vllo modo aſſentiri vni opinioni præ alia; ſed potiùs debeat vtramque reputare ſibi improbabilem, ſeu inaprobabilem; quidquid ſit de aliorum iudicio exiſtimantium hanc vel illam ſententiam eſſe ſibi probabiliorem.

439 Iam ergò in prædicto conflictu iuxta ſententiam Antiprobabiliſtarum, ſequitur primò omnes Fideles qui ob ignorantiam nequirent examinare fundamenta earum opinionum, nec prudentèr decernere qualis deberet reputari ſenſibilitèr & notabilitèr maior authoritas, àn Auguſtini, àn verò Hieronimi; deberent ſub mortali abſtinere ab illo contractu, & non poſſent ſe in praxi conformare cum ſententia D. Auguſtini, nec ipſum ſequi, & imitari, quantumvis per ſe vel per ſuos illum contractum exercente, aut permittente. Cum ferè omnes Fideles indocti ſint, nec poſſent iudicium ferre potius pro authoritate & fundamentis maioribus Auguſtini quam Hieronimi; nemo ex Fidelibus poſſet illum contractum exercere niſi ſub mortali. Vndè nec illis fidelibus licet, alioquin pro ſua pietate partim addictis Hieronymo, partim Auguſtino poſſet dicere Apoſtolus: Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet; & qui non contrahit cum Hieronymo non condemnet contrahentem cum Auguſtino. Sed potius deberet dicere omnes illos contrahentes cum Auguſtino & ex pio erga ipſum affectu ſentientes & operantes cum illo, damnabiles eſſe, & niſi reſipiſcerent, in æternum perituros. Hęc ſanè conſequentia legitima & certa eſt apud Contrarios; ſed verò eorum Antiprobabiliſmus ex eo mihi invìſus eſt, & de falſitate ſuſpectus, quod Cultores ſuos in has anguſtias & doctrinas compellat; quæ ſerenis mentibus non poſſunt nó vehementem ſtuporem incutere.

440 Sequitur ſecundo, Auguſtinum peccaturum mortaliter, & multipliciter, ſi Fidelibus ſic impotentibus diſcernere inter maiorem minoremvè authoritatem, & probabilitatem, (quales proculdubio forent ferè omnes) nihilominus ſuam ſententiam traderet, conſuleret, & in praxi amplectendam proponeret. Ratio eſt evidens, nam licèt probabilior eſſet Auguſtino, tamen illis Fidelibus non poſſet videri prudentèr probabilior, ſed

ad

ad ſummum ex arbitrio voluntatis; vnde omnes illi practicando eam ſententiam peccarent,& Auguſtinus qui cauſa erat inducens ad talia peccata, fieret eorum omnium reus. Quapropter ſi verum ſit novum illud effatum (ne dicam novellum Antiprobabiliſmi commentum, vt contra nos audet Adverſariorum non nemo) deberet Auguſtinus, deberet etiam quilibet alius ſuam ſententiam ſupprimere, aut certè eam minime conſulere Fidelibus interrogantibus; ſed potius monere illos de contrarietate opinionum, ſuper quibus ipſi non poſſent prudenter iudicium ferre, nec vnam propriam facere ex motivis apud illos ſenſibiliter præponderantibus; proptereaque obligatos eſſe ad partem rigidiorem, & tutiorem, quam alij ob gravia fundamenta docebant. At hoc nunquam feciſſe legitur Auguſtinus, neque vllus alius ex SS. P. & Theologis, ſed vnuſquiſque ſuam ſententiam tenuit, docuit, conſuluit, ſive in moralibus, ſive in expoſitivis: ergò quia nullus ex PP. credidit, neceſſarium eſſe, vt aliquis in praxi vteretur opinione aliqua quod illam crederet probabiliorem alia oppoſita; ſed quod videret illam à Viris doctis probatam, noſſetque illos graves eſſe & prudentes; quidquid in contrarium dicerent alij.

441 Sequitur tertiò nullum Fidelem debere aſſentire opinioni Hieronimi dicentis illicitum eſſe contractum illum; & rurſus omnes debere Hieronimo adhærere. Prima pars conſtat ex dictis quia Hieronimi ſententia non erat probabilior nec digna aſſenſu iuxta Contrarios. Secunda etiam liquet, quandoquidem omnes in eo eventu tenerentur ſequi partem tutiorem & hæc foret opinio Hieronimi. Vnde cum Hieronimo & ſi non habente pro ſe maius pondus authoritatis, vel rationis deberent omnes ſentire ſe eſſe obligatos ad omnittendum illum contractum. Quod ſi dicant tunc non opus eſſe vt directè ſentirent cum Hieronimo, ſed vt reflexè crederent in eo dubio tutiorem partem eſſe eligendam; iam in primis ſupra dubium ſpeculativum fundant iudicium rigidum certum, quod ex eorum principijs debet eſſe impoſſibile. Iam etiam mirabilius aliquid ſequeretur: ſcilicet, quod fideles videntes doctrinam ab Auguſtino, ſuo calculo, & exemplo approbatam, ſimiliterque aliam aſſertam à Hieronymo, nec vni, nec alteri fidere poſſent aut deberent; ſed potius huic principio, *in dubijs tutior pars eſt eligenda*; quod quidem adhuc eſt magis dubium, an videlicet ſit præceptivum an conſiliativum; an intelligendum de dubio negativo an de probabili; an de dubio ſpe-

ſpeculativo, an de practico: Vnde propter principium omnino dubium & mille dubitationibus obnoxium deſiſteri deberet ſententia indubitata Auguſtini; quo nil abſurdius dici poſſet.

442 Sequitur quarto, Theologum examinantem naturam memorati contractus, & poſt diligens examen reſolventē illum eſſe licitum, iam poſſe tutè & ſecurè illū exercere propter maiorē ſibi apparentem probabilitatem; quaſi vero probabilitas hęc à moderato Theologo parta maioris apud ipſum pretij eſſe deberet, quā tota authoritas Auguſtini; ita vt Auguſtino prius fidere non poſſet; ſibi autem pro ſuo modulo ponderanti Auguſtinum, eiuſque fundamenta iam credere omnino valeret. Inſuperque ſi hanc maiorem ſuamque probabilitatem aſſequeretur, iam poſſet tenere, & practicare hanc ſentētiam, quanvis minus communem, minuſque probabilem apud alios frequenter PP. & Theologos. Hoc autem quod placet Adverſarijs, nobis ſummopere diſplicet; quia præſefert magnam proprij iudicij exiſtimationem, nimiamque confidentiam in proprio ingenio & labore; cum iuxta Sanctorum doctrinam hæc iudicij ſicuti & proprij amoris nimis impenſa & pertinax adhæſio, cohibenda omnino ſit quanvis videatur tendere ſub prætextu ſanioris doctrinæ, & reformationis conſcientiæ; quis enim ignorat ſub his larvis quandoque etiam latere peſsimum ſpiritum ſuperbiæ, præſumptionis & pertinatiæ.

SECTIO XXXVIII.

Admonitio ex D. Bernardo, & Operis concluſio.

443 IDEO Auſcultandus ab omnibus eſt & primo præ oculis habendus Meliſluus Parens D. Bernardus ſermone 3. de Reſurrectione ſic admonens: *Lepra*
,, vero proprij conſilij eo perniciosior eſt, quo magis occulta;
,, & quanto plus abundat, tanto
,, ſibi quiſque ſanior eſſe videtur.
,, Hæc illorum eſt, qui zelum
,, Dei habent, ſed non ſecundum
,, ſcientiam ſequentes errorem
,, ſuum, & obſtinati in eo, ità vt
,, nullis velint conſilijs acquieſ-
,, cere. Hi ſunt vnitatis diviſores,
,, inimici pacis, charitatis exper-
,, tes, vanitate tumentes, placen-
,, tes ſibi, & magni in oculis
,, ſuis, ignorantes Dei iuſtitiam,
,, & ſuam volentes conſtituere. Et
,, quæ maior ſuperbia, quam vt
,, vnus homo toti congregationi
,, iudicium ſuum præferat, tan-
,, quam ipſe ſolus habeat ſpiri-

tum

„ tum Dei? Idolatriæ ſcelus eſt
„ non acquieſcere,& quaſi pecca-
„ tum ariolandi repugnare. Eant
„ nunc qui ſe faciunt religioſio-
„ res alijs, qui non ſunt ſicut
„ cæteri hominum, ecce arioli,
„ & idolatræ facti *ſunt &c.* Et
poſt pauca ſic iterum ibi: *Au-*
„ *diant* igitur vtrique pariter,
„ qui propriæ voluntatis, & qui
„ proprij conſilij lepra ſordent,
„ audiant quid ſpiritus dicat Ec-
„ cleſijs brevi vno verſiculo le-
„ pram vtranque condemnans.
„ Sapientia, ait, quæ deſurſum
„ eſt, primum quidem pudica eſt
„ contra propriæ voluntatis im-
„ puritatem, deinde pacifica
„ contra conſilij proprij obſtina-
„ tam *rebellionem*. Hactenus Cla-
revalenſis, apis aculeato calamo
exagitans iudicij proprij amorem
inſanum, & omnium fere hære-
ſum miſerum Parentem.

444 Et, ego quidem neminem ex Adverſarijs meis hac proprij conſilij lepra maculatum dixerim; at dum aliquorum Scripta perluſtro multo felle illita, oprobrijs paſsim ſcaturientia, adverſus alios Theologos; & quales Theologos Deus immortalis! Primos ſane & optimos, & ſapientiæ, & virtutis, & pietatis, laude in Eccleſia conſpicuos; quos tamen & laxones, & chriſtianæ diſciplinæ corruptores, & ſemidoctos, & alijs atrociſsimis convicijs traducere, & onerare non dubitant: dum, inquam homines ſic effutientes intueor, & ſibi ipſis tanquam reformatoribus & omnino religioſioribus adblandiri & gratulari audio; vix me continere poſſum, quin eos hac lepra conſilij proprij aut infectos credam, aut certe pertimeſcam.

445 Vt id fuerit, mihi nunquam probabitur quod nunquam alijs & ſi graviſsimis, ſed meo præponderanti iudicio ſemper fidere debeam; & quod potiſsimum mihi videtur eligere
„ vbique præſumam. *Non* enim
„ iam licet (aiebat Damianus
„ tom. 1. l. 5. ep. 18.) vltimis
„ Eccleſiæ membris, quod ſibi
„ potiſsimum videtur eligere;
„ ſed neceſſe eſt antiquitus ordi-
„ nata ſervare. Hæreſis enim
„ electio dicitur, & illi merito
„ notantur hæretici, qui præſu-
„ munt quod ſibi melius videtur
„ eligere dedignantur autem in
„ his quæ à ſanctis ſunt instituta
„ PP. *permanere.* Fuere ſine dubio à principio orientis Eccleſiæ opiniones Sapientium; natæ ſunt tractu temporum difficultates circa Scripturæ expoſitionẽ; germinarunt in dies dubia circa præceptorum intelligentiam; parta ſunt diverſa Doctorum iudicia & opiniones; floruerunt etiam poſtquam, fatentibus adverſarijs, orta & adulta eſt benigna ſententia. Viri ſanctiſsimi quos ad

Digitized by Google

eorumAltaria provoluti colimus: floruit ipſa Catholica Romana Eccleſia, & veritatis Magiſtra; & tamen non prolatum eſt oraculum hoc: tenemus eligere opinionem, quæ nobis citra paſsionem, & culpam inquirentibus videtur probabilior, quaſi noſtro examini etiam citra paſsionem, & culpam peracto alligata eſſet veritas, vt ſine hæſitatione, ſine formidine errandi etiam materialiter, ſed potius cum evidentia morali, illicò in quolibet dubio reſolvere, & agere poſſemus.

446 Non ergò Oraculum illud ita neceſſarium erat, quandoquidem à ſapientibus, & ſanctis Viris, imò & ab Eccleſia vniverſa prætermiſum. Neque Alexander IV. Pontificio Diplomate Summam benigniſsimi Alexandri Alenſis confirmaret, ſi ſentẽtia, vel probabilior, vel tutior ſẽper ſequẽda eſſet. Neque itẽ ſanctiſsimus pariterque doctiſsimus ille Antiſtes S. Frãciſcus Saleſius, qui in ſuis ad Confeſsarios monitis c. 9. & Toletum, Reginaldum, Leſiũ, alioſque illis coætaneos legerat, varie opinantes, & ſententiam benignam, vt nec diffitentur Contrarij, iam tenentes; non inquam eos laudaſset, nec eorum aliquem ſequendum propoſuiſset, ſi proprio vniuſcuiuſque præponderanti iudicio vnicè fidendum crederet. Et tamen ſic propoſuit, iuſitque ſuos, non quidem omni ſpiritui credere; ſed iudicio quantunvis alieno, gravi, tamen docto, & pietate, ac eruditione conſpicuo, quanvis noſset, & illum hominem eſse, & fallibilem, & in multis opinionibus adverſarios habere fortè non diſpares. Quid ergò? Non ne & hac nobis via illus Sancti, & diſcipulorum ejus veſtigijs trita, ac plane regia in Cœlum ire licebit? Non ne, & illuc pervenire fas erit cum tot Doctoribus pijſsimis, & religioſiſsimis, quos omnes erraſse, & in æternum perijſse, non niſi per ſummã audaciã dici poteſt? Eant ergò, vt iterum loquar cum Div. Bernardo: eant ergò qui ſe faciunt religioſiores alijs, qui non ſunt ſicut cæteri hominum; eant & ſuo præponderanti iudicio vbique credant; nos enim, & alijs etiam nobis doctioribus, probatiſque, & probabilioribus Magiſtris fidem dabimus, & eorum opinionem certo probabilem circa licitum, & illicitum tute, & abſque vllo periculo ad praxim deduci poſse, cum ſummis Theologiæ Magiſtris pronuntiabimus.

447 Sed quot, & qualibus Præceptoribus? Heu! Quantum Authoritatis pondus luſtraret Benigna ſententia, ſi innumeros ſuos Heroas tota hac Diſſertatione diviſos in vno vel altero numero circunſcribere poſſem. Et inprimis cum Auguſtino &

SS.

SS. PP. Cum tot Summis Pontificibus qui ſententiam probabilem ſequuti fuere, relicta tutiori, vel valde probabili, vel probabiliori, diſpẽſando ſcilicet, inter alia, in Voto ſolemni caſtitatis; in Matrimonio rato non conſumato; in primo gradu afinitatis in linea tranſverſali (imò & in linea recta) vt cum alijs graviſsimis Authoribus tradit huius Academiæ ornamentum Maximum, noſtri Caroli II. Magiſter, in eiuſque Caſtellæ Camera olim celeberrimus Senator Dom. D. Frãciſcus Ramos del Mançano in conſult. Iuridica, &c. de hoc caſu, *num.* 437. Item cum vtriuſque Iuriſprudentiæ, tam Civilis, quam Canonicæ, Oraculis, quos retulimus num. 303. præter alios quos refert & ſequitur meus Collega Larrea part. 1. Allegat. Fiſcal. Allegat. 61. num. 11. Cum Subtili Doctore Scoto, eiuſque Sapientiſsimis, ac pijſsimis Aſſeclis à num. 314. & quibus addendi ſunt ex Sacra Capuccinorum Familia Eligius Baſſeo in Floribus Theologiæ Moralis verbo *Conſcientia*, & noviſsimè inter Theologię Moralis huius ſęculi primores Doctiſsimus, ac RR. P. Fr. Martinus de Torrecilla in ſua aurea Summa tom. 1. tract. 1. Diſp. 4. de *Conſcientia opinativa*, vbi Benignam Sententiam illuſtrat, imò latiſsimo calamo hanc Fagnani propoſitionem: *Opinio probabilis non ſufficit ad ſecuritatem conſcientiæ* enervat, & abſurdam, falſiſsimam, de hæreſi ſuſpectam, omninoque erroneam appellat. Cum S. Antonino, D. Thoma eiuſque Illuſtriſsimis Diſcipulis ex omni Ordine, & præcipue Dominicano quos dedimus à num. 332. ex Magiſtris Gallego, & Ferre. Cum Eximio meo Doctore, & ſuis Ieſuitis Sapientia, Sanctitate, ac Purpura inſignibus ex num. 404. & quibus annectendi ſunt ex Sacra Diſcalceatorum SS. Trinitatis Familia, Scholæ Societatis addictiſsima, duo illi doctiſsimi Caſtellæ Provinciales, in hocque ſuo Salmantino Collegio Primarij Magiſtri, Leander à Sacramento in Diſquiſ. Moral. lib. 1. de vnica Reſol. 18. n. 7. & Joſephus à S. Maria in Reſponſ. Moral. Reſp. 15. Sect. 2. §. 7. num. 154. itẽ Curſus Sanct. gallẽſis ad mentem mei Eximij Doctoris editus, pro Sacræ Benedictinorum Familiæ clara iuventute erudienda, apud Gobat ſupra relatum.

448 Quid vltra? cum Hiſpaniæ denique, imò totius Orbis Salomone Dom. D. Alphonſo Toſtado,

Quo nil maius, meliuſve terris
Fata donavere, bonuſve Deus,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priſcum.

Tom. 5. in Matth. cap. 19.

quæſt.

quæſt. 48. vbi ita fatur : *Sed*
,, quia præcepta ſecundaria iuris
,, naturæ licet ſint de dictamine
,, rationis non ſunt tamen per ſe
,, nota quod ſint bona, & recta,
,, neque quiſque audiens ſtatim
,, probat illa, eſt locus opinandi
,, circa talia, & aliqui ſic opi-
,, nantur, alij autem contrarium;
,, ideò cuicumque Genti ſic licet
,, facere ſicut opinatur, quando
,, nihil eſt, per quod convinca-
,, tur male opinari, quia alias
,, eſſet inconveniens, quod pec-
,, caret quis in eo, in quo ſcire
,, non poteſt, an benè vel malè
,, agat, & ideò talia præcepta
,, ſecundaria non obligāt ad pec-
,, catum mortale, quouſque per
,, legem divinam, aut poſitivam,
,, aut conſuetudinem confirma-
,, ta fuerint, cum ante hoc ſem-
,, per ſit locus variè *opinandi.*
Hæc egregia verba Illuſtriſsimus Abulenſis, de cuius Beatificatione iam diu agitur in Romana Curia, & qui vel vnus ſat erat ad immortale noſtræ Salmanticenſis Academiæ ornamentum, & Togatorum omniū decus, ſuique præſertim Collegij Maioris Divi Bartholomæi cuius Trabea inſignitus ſupra hominum invidiam, atque etiam laudem perfulſit. Huic ergò tanto Sæcularis ſtatus honori adſtipulantur ſuus Collega Dom. D. Alphonſus de la Peña Montenegro Epiſcopus Quitenſis, in ſuo Itinerario pro Indorum Parochis lib. 5. Miſcellan. tract. 4. Sect. 10. Profundiſsimus Theologus D. Alphonſus Curiel huius Vniverſitatis celeberrimus olim Primarius 1. 2. quæſt. 76. art. 2. dub. 5. & quæſt. 88. art. 4. §. *Dico primo.* Clarus Doctor D. Ludovicus Monteſinos Complutenſis quondàm Primarius; Sacriſque Salmantinis ab eo recuſatis Infulis, tom. 1. in 1. 2. diſp. 29. tota quæſt. 5. Illuſtriſsimus Dominus Auguſtinus Reding de Biberegg Sacri Romani Imperij Princeps; Monaſterij Virginis Einſidlenſis Abbas tom. 5. Theologiæ Scholaſticæ quæſt. 5. art. 3. Controv. 1. num. 7. & 11. Qui omnes noſtram Benignam Sententiam perſpicuè tradunt, & ſuæ Authoritatis pondere firmiſsimam redunt.

449 Hæc illa Sententia Benigna totius Theologiæ Moralis Cardo, tot illuſtrium Heroum ſerie decorata, vt rectè in eam congruat illud Maronis 6. Æneidos:

—Qualis Berecynthia Mater
Læta Deum partu centum complexa nepotes,
Omnes cælicolas, omnes ſupera alta tenentes.

Hæc illa Benigna Sententia in quam conſtanti & irreſoluta pace adeo coaluere Thomiſtę, Scotiſtę, & Jeſuitę, vt D. Stephanus Spinola Congregationis Somaſchæ

opuſc.

Digitized by Google

opuſc. de lib. & prudenti elect. agibilium in pręfat. Inſignis Antoninus Diana Clericus Regularis part. 2. tract. 13. Reſol. 1.& pluribus alijs in locis, & Paſqualigus Theatinus deciſ. 5. non vnius gentis aut Scholæ eſſe vocem, vno ore pronuntient. Hæc illa Sententia Benigna quam Angelus Boſsius Clericus Regularis, tom. 1. Moral. Var. ad tit. 1. in appendice hac egregia laude inſignivit: *In* toto Orbe Chriſtiano nihil magis decantatum, quam licitum eſſe in operando ſequi quamcunque opinionem probabilem, dummodo ſit probabilis, etiam minus tutam, vbi non agitur de valore facti, vel damno inſequendo, ſed de ſola honeſtate *operationis*. Hęc denique illa Sententia Benigna, quæ vel ab ipſo ore RR. Thyrſi Maieſtatem mutuatur, vel à ſua confeſsione veritatis pariter, authoritatiſque pondus his verbis ſortitur: *Hanc* ſententiam amplexati ſunt ex omni Religioſa familia, & ex omni Chriſtiani Orbis celebri Vniverſitate graviſsimi *Authores*. Si enim ita eſt; quis Sententiam benignam ſuo calculo firmare prudenter renuet? Quis à caſtris tot & talium Catholiciſsimorum Virorum, ad Lobanienſes de Janſeniſmo multùm ſuſpectos ſine maxima nota velit tranſire? Quis denique verbis RR. Thyrſi ſanè convictus non inſurget ad hominem contra eũ & eius Sectatores, illo celebri argumento citati Michaelis Salonij Auguſtiniani, doctrina & ſãctitate clari, vt ex ipſis Antiprobabiliſtis maxime in Sententia Benigna confirmandus videatur? *Eligenda* eſt (aiebat centum ab hinc annis & amplius) opinio, vt volunt, probabilior: ſed quod liceat amplecti probabilem (relicta vt ibi docet probabiliori) eſt probabilior, cum habeat plures ac graviſsimos Authores, & firmiora fundamenta, quam oppoſita, vt ex progreſſu huius Diſputationis *conſtat*. Licet ergò amplecti opinionem probabilem probabiliori relicta.

450 Secundo: pręoculis habenda eſt damnatio illius propoſitionis: *Non licet ſequi opinionem vel inter probabiles probabiliſsimam*. Hæc enim damnata eſt ab Alexandro VIII. Pontifice Maximo die 7. Decembris anno 1690. contra Antiprobabiliſtas fere omnes, qui cum Liberto Fromondo, Sinichio, VVendrochio, Fagnano, Mercoro, Vincentio Baronio, Contenſono, Merenda, obligabant ſemper ad tutiora; ita vt ſtante aliquo ſcrupulo, aut credulitate etiam levi pro lege prohibente actionem, nunquam licitum eſſet, ſed potius peccaminoſum, illam elicere, quin vlla probabilitas, etiam maxima (qualis profectò tunc adeſſet) excuſaret à peccato. Iam enim habemus huiic Antiprobabiliſmum authoritate Sedis Apoſto-

tolicæ exploſum; atque adeo pro ſe non poſſunt allegare prędictos authores RR. Thyrſus, RR. Munieſſa, & ſi qui ſunt reſidui Antiprobabiliſtæ, niſi velint communem ſibi, & illis eſſe Antiprobabiliſmum iam damnatum ab Eccleſia. Neque proficit quidem RR. Thyrſus diſſert. 10. conatus excuſare Fagnanum, & Mercorum, potius enim oſtendit eos contradictoria docuiſſè: nempe ſequenda ſemper eſſe tutiora; & rurſus non ſemper ſequenda.

451 Demum prę oculis habendum eſt, Antiprobabiliſmum eſſe remedium prorſus inutile ad cohibendas opiniones laxas. Nàm inprimis, ille qui obligabat ſemper ad tutiora, ità vt nec probabiliſsima ſententia pro lege permittente excuſaret, iàm eſt ab Eccleſia damnatus, ad minimum vt ſcandaloſus, & conſequentèr inutilis eſt, ſeu potiùs pernicioſus. Deindè Antiprobabiliſmus alter, quem, loco illius damnati ſubſtituere, & ſuſtinere, conantur RR. Thyrſus, & eius abreviator Munieſſa, eſt etiàm ad prædictum finem inutilis; obligat enim ad probabiliora vnicuique: quis autem non videat privatum vniuſcuiuſque iudicium latiſsimam viam aperire laxitatibus? Certè omnes Authores, qui docuerunt propoſitiones ab Eccleſia damnatas, eas traddebant, vt ſibi probabiliores poſt examen diligens, & ſolutionem obiectionum: ergò etiàm qui ſecum ſtatuat nunquam docere, aut conſulere niſi quæ ſibi probabiliora videntur, incidet in huiuſmodi monſtra.

452 Vndè deprehenditur quàm iniuſtè Gonetus, & alij præfatæ probabilioritatis Sectatores, tribuant Opinioni benignæ tanquam origini, & cauſæ primæ, omnes opiniones laxas, & ab Eccleſia, vel à Theologis iàm proſcriptas. Non enim tribuendæ ſunt illæ Probabiliſmo; ſed potius Probabilioriſmo conſtituto à Goneto. Ratio eſt, nàm earum primi Authores illas tradiderunt, vt ſibi poſt diſcuſsionem probabiliores; at per vos, licet docere, & practicare, quod vnicuique poſt diſcuſsionem videtur probabilius: ergò hic Probabilioriſmus, (per vos licitus) fuit origo illarum opinionum, & prima mali labes. Ità prolapſi fuere in plures laxitates Cōtenſonius, Mercorus, Gerſon, & alij Antiprobabiliſtæ, vt nervosè oſtendit V. Seneri §. 4. Deindè ipſe Gonetus huius Probabilioriſmi anteſignanus, ità prolapſus eſt in laxitatem, vt docuerit num. 215. quod ad probabilitatem reſpectivam excuſantem à peccato, *Non* ſolum „ vnius viri docti, & probi au„ thoritas, ſed etiàm vnius Ruſ„ tici, aut Mulierculæ teſtimo„ nium interdum ſufficere poteſt. „ Si enim Puer, aut Puella Ruſti„ ca dubitet, an aliquid licitum „ ſit, & Parochum, aut Confeſ„ ſarium adire non valeat, poteſt inte-

,, interrogare Parentes,& eorum ,, conſilium tuta Conſcientia *ſe-* ,, *qui*. Vide laxitatem , qua maior in nullo Probabiliſta legitur. Omnes enim ſic dubitantem obligant ad omittendam actionem,de qua dubitat àn ſit peccaminoſa ; quià ex conſilio Ruſtici , aut Mulierculæ non poteſt prudentèr deponere ſuum dubium , & manente eo dubio,omnes aſſerunt obligationem abſtinendi ab ea actione. Si igitur Probabilioriſta Gonetus in tantam laxitatem abivit ; cur & alij cum ſuo maiori Probabilioriſmo in alias ſimiles non abibunt?

453 Dicunt , Probabiliſmum eſſe veluti animam cuiuslibet opinionis laxæ ; quià ſtante hoc principio , *licet ſequi opinionem probabilem* : Quælibet opinio laxa practicari poteſt. Sed contra, nàm ſimiliter Probabilioriſmus erit quaſi anima earum opinionum : nàm Theologis laxioris judicij videbuntur eæ opiniones probabiliores , & conſequentèr illas tutò ſequi poterunt iuxta regulam ſequendi *probabiliora mihi*. Deindè Sententia benigna, & communiſsima non dat anſam eis laxitatibus;ſed potius eas omnes cohibet,ſi rectè proponatur, & abſque ſiniſtra interpretatione Adverſariorum.

454 Ea enim comprehenditur hispropoſitionibus,quas in fine Diſſertationis appendere libet.

Non eſt opinio verè probabilis,ſeu practicabilis , ſed potius improbabilis , quæ tenui nititur fundamento , ſeù quæ eſt tenuitèr probabilis ; nàm ly *tenuitèr* ſignificat , eam parum , aut ferè nihil habere veriſimilitudinis.

Non eſt opinio probabilis in ſenſu dicto,quam vnus, vel alter , vel etiàm aliqui Authores ſequuntur , ſi illi exigui nominis ſint; ſi de laxitate meritò notati, & ſuſpecti; vel ſi contra eos militet conſenſus reliquorum , & oppoſitam ſententiam vel de improbabilitate notantium,vel nullam ei probabilitatem concedentium.

Nec item eſt opinio dicto modo probabilis illa, contra quã ità excedit ratio , & authoritas Doctorum ,vt evidentèr , ſenſibiliter , & notabilitèr opinio contraria ſit & habeatur probabilior , niſi ijdem magni Authores eam impugnantes ei probabilitatem concedant frequentèr : ſi enim hanc non concedant,cenſẽda iam eſt probabilitatis , ſeù tenuis , ſeu dubiæ , ſeu non certæ : atque adeò inſufficientèr probabilis , vel non probabilis ſimpliciter.

455 Opinio vere probabilis , & practicabilis eſt illa, quæ æquale pondus authoritatis, & rationis habet , àc alia ſibi oppoſita.

Idem dicendum de opinionibus ità inter Authores controverſis , vt comparatæ cum oppoſitis, (æque plus, minuſve)probabiles

Digitized by Google

biles cenſentur, & ſunt.

Si Theologus habeat aliquam opinionem ex nuper dictis, poteſt iuxta illam abſolvere, & eius praxim non reprobare, quanvis aliquando fundamenta oppoſitæ viſa ſint ei graviora, & propter illa ei aſſenſum præbuerit. Nec enim quæ ſufficiunt, vt prudenter aſſentiatur vni vt probabiliori, ſufficiunt ad deturbandam certam, & ſolidam alterius probabilitatem, & ne poſsit etiã prudenter alterius praxim modò dicto approbare.

Excipitur caſus in quo contra opinionem illam inter Authores probabilem adducitur denuo nova Eccleſiæ declaratio, vel argumentum ità convincens; vt vel nullam, vel ſolum improbabilem patiatur ſolutionem. In hoc autem cautiſsime procedendum eſt; nàm privata iudicia, & argumenta ſuis ſæpe Authoribus videntur evidentia; etiàm cum nec probabilitatem excedunt, nec attingunt.

456. Hæ ſunt regulæ ex noſtra Diſſertatione, & in Eccleſia iàm olim receptiſsimæ vſque ad noſtra tempora. Et illis prudenter obſervatis, nulla laxitas, ſicuti & nulla timeri poteſt nimia rigiditas; *Cavenda eſt* (aiebat Doctor Seraphicus D. Bonaventura tom. 7. lib. 2. comp. Theolog. c. 52.) conſ-
„cientia nimis larga, & nimis
„ſtricta. Nã prima generat præ-
„ſumptionem ſecunda deſpera-
„tionem; item prima dicit ſæpe
„malum bonum; ſecunda è con-
„tra bonum malum. Item prima
„ſæpe ſalvat damnandum; ſecun-
„da contra damnat *ſalvandum*:
Vnde ſolum Opinio Benigna, ſeu verè probabilis; & non alia, vt vult Gonetus, ſtabit Media inter tenuè probabilem, & probabiliorem, vt vnius laxitatibus, & alterius exceſsibus fugiendis poſſimus nos ei adhærentes veriùs & opportuniùs cum Ovidio lib. 2. Methamorph. illud Apollineum decantare.

Altius egreſſus, cœleſtia ſigna cremabis,
Inferius terras, MEDIO TVTISSIMVS IBIS.

Quæ tamen omnia iterum reverenter ſubmitto cenſuræ S.R.M.E. & ex eis abſoluta ſit mea Diſſertatio de licito vſu Opinionis probabilis cedens in laudem Dei Omnipotentis, & Beatiſsimæ Virginis Mariæ ſub cognomento DE LAS ANGVSTIAS *Granatenſibus Numinis propitij; necnon Divi Iacobi Zebedei Hiſpanorum Patroni in cuius Pervigilio Sacro è Typis prodit, & cuius glorioſiſsima advocatione meum Conchenſe Collegium eminet apud Salmanticam Maximum.*

IN-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

INDEX

SECTIONVM QVÆ IN HAC DISSERTATIONE DE VSV LICITO OPINIONIS PROBABILIS CONTINENTVR.

SECTIO I. DE Authoritate minùs antiqua Opinionis Benignæ. Pag. 1.

SECTIO II. De Authoritate antiquiori Opinionis Benignæ. pag. 7.

SECTIO III. Exponitur Sententia Benigna, & communis, conferturque cũ rigida. Pag. 12.

SECTIO IV. An quando adſunt Opiniones pro licito, & illicito cõtractu, is qui vtitur opinione de licito ſivè probabili, ſivè probabiliori debeat regulari iudicio moraliter certo teſtante, ſe hic, & nunc ſine peccato formali operari? Pag. 20.

SECTIO V. Probatur hæc doctrina ex Angelico Magiſtro. Pag. 23.

SECTIO VI. Eadem doctrina vlterius probatur, & oſtenditur inſufficientia opinionis etiam probabilioris pro regula, ſecluſo principio vniverſali, ſeu reflexo. Pag. 30.

SECTIO VII. Expeditur doctrina & obſervatio ingenioſiſsimi P. Vazquez. Pag. 34.

SECTIO VIII. Poſſe obtineri hanc moralem certitudinẽ ex principijs extrinſecis, ſeu reflexis; probatur ratione. Pag. 39.

SECTIO IX. Etiàm quando opinio diuecta excuſans eſt æquè probabilis, àc oppoſita, poſſum formare iudicium prudens, & certum de licito vſu talis opinionis. Pag. 41.

SECTIO X. Non impeditur iudicium reflexum benignũ, & prudens, ex illo principio: in dubijs tutior pars eſt eligenda. Pag. 47.

SECTIO XI. Vtrum ex eo, quod in dubijs circa materiam iuſtitiæ, poſsit quis retinere rem, quam poſsidet, inferatur deſtructio Antiprobabiliſmi? Pag. 51.

SECTIO XII. Præcipuum argumentum contra doctrinam proximam, ſolutione donatur

R   tur

tur. Pag. 58.
Sectio xiii. Reliquę obiectiones ſolvuntur. Pag. 65.
Sectio xiv. An reverentia debita legi faveat opinioni Contrariorum? Vbi altero argumento fulcitur ſententia communis. Pag. 74.
Sectio xv. An Contrarij ſatisfecerint argumento ex obedientia deſumpto? Pag. 78.
Sectio xvi. Solutio data efficaciſsimè reijcitur à ratione. pag. 82.
Sectio xvii. Concluditur impugnatio datæ ſolutionis. Pag. 88.
Setio xviii. An ratio communis pro ſententia benigna efficax ſit? Pag. 94.
Sectio xvix. Confutatur alia Reſponſio, & vlterius probatur noſtra aſſertio. Pag. 100.
Sectio xx. Alterum argumentum pro noſtra ſententia: vbi an Contraria ſit tuta in praxi, & multis peccatis formalibus obnoxia? Pag. 104.
Sectio xxi. Reſponſio Münieſſæ refellitur. Pag. 109.
Sectio xxii. RR. P. Thyrſi cõfutatur Reſponſio. Pag. 114.
Sectio xxiii. Obiectiones aliquæ contra noſtram doctrinam, examinantur. Pag. 119.
Sectio xxiv. Opinio benigna ex praxi Summorum Pontificum apprimè confirmatur. Pag. 122.
Sectio xxv. Ex vſu probabiliũ in materia fidei validiſsimè roboratur doctrina communis. Pag. 125.
Sectio xxvi. Reliqua argumenta, quæ contra noſtram benignam ſententiam reſtant, inſtantur, & retorquentur. Pag. 132.
Sectio xxvii. Argumenta de Iudice, Sacerdote, & Medico ſolvuntur, & retorquentur. Pag. 139.
Sectio xxviii. Proſequutio argumentorum, & eorum ſimilis ſolutio. Pag. 148.
Sectio xxvix. Concluditur argumentorum ſolutio. Pag. 157.
Sectio xxx. Animadverſio in Gonetum, Munieſſam, & Fagnanum. Pag. 161.
Sectio xxxi. Animadverſio in Palancum. Pag. 167.
Sectio xxxii. Reflexio in animadverſionem Palanci: vbi obitèr quædam ſua ſingularis doctrina circa phyſicas prædeterminationes examinatur, refellitur, & retorquetur. Pag. 178.
Sectio xxxiii. Excurſus in alias doctrinas Palanci. Pag. 187.
Sectio xxxiv. Animadverſio in RR. Thyrſum, & quo iure ad ſuum Antiprobabiliſmum adducat meum Granatenſem, & Præceptorem, Eximium Docto-

Digitized by Google

Doctorem Franciſcum Suarez. Pag. 206.

Sectio xxxv. Continuatio Animadverſionis in RR. Thyrſum: & qualis fuerit mens Eminentiſsimi Cardinalis Roberti Bellarmini, & Celeberrimi Doctoris Ludovici de Molina. Pag. 230.

Sectio xxxvi. Abſolvitur Animadverſio in RR. Thyrſum; & an V. P. Ludovicus de la Puente faveat Antiprobabiliſmo, vbi hanc ſententiam denuò, & efficaciter contra antiquiſsimam Eccleſiæ perſuaſionem eſſe perhibetur. Pag. 239.

Sectio xxxvii. Promovetur adhuc aſſumptum Sectionis præcedentis. Pag. 244.

Sectio xxxviii. Admonitio ex Divo Bernardo & Operis concluſio. Pag. 248.

Digitized by Google

beret habere primarium effectum ſubſtantialem, vel eſſentialem rationem conſtitutivam legis gratiæ, & principalem effectum ſpiritus conſtituentis illam; ſed ante adventum Chriſti Domini, & mortem eius non potuit habere ſubſtantialem effectum legis gratiæ, nec eſſentialem perfectionem ſpiritus conſtituentis legem evangelicam, nec augeret excellentiam Chriſti quod à puro homine efficienter hæc haberet in veteri lege: ergo ille ſtatus non eſſet ſubſtantialiter evangelicus, nec inſtitutus quoad eſſentiam in ſpiritu legis gratiæ, nec augeret excellentiam Chriſti præſentis inſtitutus à puro homine in veteri lege ex eius exemplaritate futuri: Maior eſt certa, & minor probatur ex prima ratione, qua Angelicus Præceptor probat, quod lex nova non debuit dari ab origine mundi ſupra loco citato in corp. ait ibi: *Dicendum, quod triplex ratio poteſt aſsignari, quare lex noua non debuit dari à principio mundi: Prima eſt, quia lex noua, ſicut dictum eſt, principaliter eſt gratia Spiritus Sancti, quæ abundanter dari non debuit, antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur, conſummata redemptione per Chriſtum.* Et ibidem art. 1. in corp. aſſerit, quod potiſsima ratio, & virtus legis gratiæ conſiſtit in gratia Spiritus Sancti, ſed ante adventum Chriſti non potuit ille ſtatus Religioſus habere hanc gratiam Spiritus Sancti, & ſine illa non potuit eſſe ſubſtantialiter, nec eſſentialiter inſtitui in ſpiritus legis gratiæ, nec verè evangelicus ſubſtantialiter dici, nec augeret excellentiam Chriſti paſsi, quod ab aliquo puro homine ante eius adventum inſtitueretur ſtatus verè evangelicus in ſpiritu legis gratiæ, non conſumata redemptione generis humani: ergo ante adventum Chriſti Domini ille ſtatus Religioſus ab Elia inſtitutus non potuit habere eſſentialem, & ſubſtantialem, principalemque effectum legis gratiæ, & ſpiritus evangelici, ac perconſequens chimericum eſt hoc augmentum gloriæ Chriſti Domini mortui, & paſsi ex eius exemplaritate futuri in inſtitutione ſtatus Religioſi veri evangelici veteris teſtamenti.

131 Confirmatur noſtra concluſio ex ſecunda ratione D. Thomæ: Non augeret gloriam Chriſti præſentis, quod Moyſes non inſtituiſſet ſtatum communem illius populi figurativum, & vmbraticum; ſed verum, & quoad ſubſtantiam evangelicum, & in ſpiritu legis gratiæ; ergo non augeret gloriam Chriſti præſentis, quod Elias inſtitueret in illa lege ſtatum verum Religioſum evangelicum quoad eſſentiam: Antecedens certum eſt, conſequentia ſatis conſtat à paritate, ſed probatur ex identitate rationis

Digitized by Google

lex gratiæ, & Eccleſia: Quomodo fuerunt revelata myſteria Chriſti in quadam generalitate, docet D. Thomas in epiſt. ad Ephæſ. cap. 3. lect. 1. & 2. quæſt. 1. art. 1. diſputat de augmento fidei in nova lege, & ad 3. ibi: *Et ideò tantum dabatur Patribus illis de cognitione fidei quantum oportebat pro tempore illo populo tradi, vel nudè, vel in figura*: Nimis igitur exaltat Apologiſta fidem Sinagogæ.

151. Continet etiam aliam duriſsimam propoſitionem, quæ nec Iudæis, nec Chriſtianis placere poteſt, ſcilicèt, quod iuſti veteris legis non gubernabantur ſecundùm illam legem in exercitio virtutum, quia ſicut nunc in lege gratiæ placemus Deo, viventes ſecundum novam legem propter res præſentes quas habemus, & futuras quas ſperamus, tùnc in veteri lege placebant Deo iuſti illi viventes ſecundum illam legem, & cæremonias non propter ipſas res ſecùndum ſe conſideratas, ſed propter illas quas præfigurabant: ergo iuſti illi, & perfecti gubernabantur in exercitio virtutum ſecundum illam legem, & cæremonias, & ritum exteriorum rerum illius, vt placerent Deo, licèt alia ſperarent, quia promiſsio rerum, quas ſperabant facta fuit viventibus ſecundum illam legem: Tum etiam, quia lex data fuit ad gubernium fidelium illius populi, & fuit pro tempore illo conveniens, vt Deum diligerent, & viverent iuxta divinam voluntatem; ergo duriſsimum eſt aſſerere, quod in exercitio virtutum non gubernabantur iuſti ſecundum illam legem. Tùm etiam, quia in illa lege præcipiuntur virtutes, præcipuè morales, & datur ritus vt in vero Dei cultu fideles gubernarentur; ergo illa lex non impediebat exercitium virtutum, & licèt non iuvaret, iudebat obſervantiam virtutum, ac per conſequens viventes ſecundum illam legem potuerunt in virtutibus exerceri, & per legem gubernari, & per fidem in Chriſtum iuſtificari, & eſſe perfecti Deum ſuper omnia diligendo.

152. Sed dato, & non conceſſo, quod omnibus iuſtis, & perfectis veteris legis expreſsè revelata fuerunt myſteria legis gratiæ, & eius perfectiora conſilia, & quod viventes ſecundum legem, revelata fuiſſent myſteria Chriſti Domini, & omnis ſtatus Evangelij cogniti, non ſolum in quadam generalitate, vt docet D. Thomas ſuprà citatus in cap. 3. ad Ephæſ. lect. 1. ſed etiam quantum ad ſingulares, & determinatas circumſtantias, quod expreſsè negat ibidem, quod nimis Synagogam exaltat, in hac ſuppoſitione potuerunt eſſe perfectiſsimi, & non poſſent eſſe in ſtatu

per-